§ 6.—Ut igitur, sanctissimi et florentissimi patres, nostri labores vobis manifesti fiant, et per omne tempus obtineant, hanc praesentem legem ad frequentissimum ordinem vestrum duximus destinandam.

Dat. XVI. (6) Kalend. Decemb. Constantinopoli, Domino IUSTINIANO PP. A. IV. et PAULINO (7) V. C. (8) Conss. (9). [534.]

(1) in, *se halla entre paréntesis en Cont. Char. Pac. porque falta en algunos mms.*
(2) eligenda, *ms. Bg., ed. Schf.*
(3) quin si, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(4) inveniatur, *ms. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*
(5) hic, *ed. Nbg. Hal.*

§ 4.—Hecho, pues, todo esto según nuestro propósito, se nos presentó el mencionado Código Justinianeo purgado y purificado por los susodichos gloriosísimos y elocuentísimos varones, verificadas en él, conforme á nuestro mandato, todas las supresiones, adiciones, aclaraciones y reformas, y mandamos que por segunda vez fuera copiado íntegramente, no de la primera composición, sino del texto revisado, y que gozando de la autoridad de nuestro número sea el único, en cuanto á las constituciones imperiales respecta, que se utilice en todos los juicios á partir del cuarto día de las Calendas de Enero de nuestro cuarto felicísimo consulado, y del de Paulino, varón muy esclarecido, sin que pueda citarse ninguna otra constitución no contenida en el cuerpo de este Código, salvo si después la varia naturaleza de las cosas hubiere producido un caso nuevo, que requiera nuestra sanción. A nadie, en efecto, cabe duda de que si en lo sucesivo se encontrare algo mejor y que por necesidad deba reducirse á constitución, será también establecido por nosotros, y recogido en otra compilación, que se designará con el nombre de Novelas.

§ 5.—Así, pues, por reiterada prohibición á nadie permitimos en lo sucesivo, que cite algún texto ó de nuestras resoluciones, ó de las otras constituciones, que antes hicimos, ó de la primera edición del Código Justinianeo; y por el contrario, tenga fuerza de ley, y cítese como tal en todos los casos y juicios, tan sólo lo que se halla escrito en el presente Código nuestro purgado y renovado, cuya copia mandamos hacer á semejanza de las de nuestra Instituta y del Digesto, sin ninguna ambigüedad de signos, para que todo lo que por nosotros ha sido compuesto aparezca con pureza y claridad, así en la escritura, como en su misma sanción, aunque por esta causa se haya dado mayor extensión al volúmen de este Código.

§ 6.—Por tanto, sacratísimos é ilustrísimos padres, para que os sean notorios nuestros trabajos, y en todo tiempo tengan fuerza de ley, hemos creído oportuno haber de dirigir la presente á vuestra muy respetable corporación.

Dada en Constantinopla á 16 de las Calendas de Diciembre, bajo el cuarto consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, y el de PAULINO, varón muy esclarecido. [534.]

(6) XVII., *Russ.*
(7) *El ms. Cas., Cont. 62.*; Paulo, *Russ.*; Theodoto Paulino, *Cont. 66. y los demás.*
(8) viris claris, *Cont. 71. Char. Pac.*
(9) *La indicación de la fecha falta en Hal.*

Digitized by Google

Digitized by Google

D. IUSTINIANI (1)

SACRATISSIMI PRINCIPIS, (2)

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS (3)

LIBER PRIMUS (4)

LIBRO PRIMERO

DE LA SEGUNDA EDICIÓN

DEL

CÓDIGO

DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE SEÑOR JUSTINIANO

TIT. I

DE SUMMA TRINITATE, ET FIDE CATHOLICA, ET UT NEMO DE EA PUBLICE (5) CONTENDERE (6) AUDEAT (7)

1. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS, *et* THEODOSIUS *AAA.* (8) *ad populum urbis Constantinopolitanae.*— Cunctos populos, quos clementiae nostrae regit imperium, in tali volumus religione (9) versari, quam divinum (10) Petrum apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc (11) ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum sequi claret, et Petrum, Alexandriae episcopum, virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam evangelicamque doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam deitatem sub pari maiestate et sub pia Trinitate credamus.

§ 1.—Hanc legem sequentes Christianorum catholicorum (12) nomen iubemus amplecti, reliquos vero dementes vesanosque iudicantes haereticidogmatis infamiam sustinere, divina primum vindicta, post etiam motus (13) nostri, quem ex coelesti arbitrio sumserimus, ultione plectendos.

Dat. III. Kal. Mart. Thessalonicae, GRATIANO V. et THEODOSIO (14) AA. Conss. (15). [380.]

TÍTULO I

DE LA TRINIDAD ALTÍSIMA, Y DE LA FÉ CATÓLICA, Y DE QUE NADIE SE ATREVA Á DISCUTIR SOBRE ELLA EN PÚBLICO

1. *Los emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, al pueblo de la ciudad de Constantinopla.*—Queremos que todos los pueblos, que rige el imperio de nuestra clemencia, profesen aquella religión que enseñó á los romanos el divino apóstol Pedro, según declara hasta hoy la propia religión por él mismo predicada, y que es manifiesto que siguen el Pontífice Dámaso, y Pedro, obispo de Alejandría, varón de apostólica santidad, esto es, que creamos conforme á la disciplina apostólica y á la doctrina evangélica en la sóla deidad del Padre y del Hijo y del Espíritu Santo, con igual majestad y en piadosa Trinidad.

§ 1.—Mandamos que los que observen esta ley abracen el nombre de cristianos católicos, y que los demás locos é insensatos que estimen sustentar la infamia del dogma herético, deberán ser castigados primeramente por la vindicta divina, y después también con la pena de nuestra resolución, que por celestial arbitrio tomemos.

Dada en Tesalónica á 3 de las Calendas de Marzo, bajo el quinto consulado de GRACIANO y el de TEODOSIO, Augustos. [380.]

---

(1) In nomine domini nostri Iesu Christi, *anteponen los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Cont. 62.*; in xpi nomine, *ms. Cas.*

(2) perpetui Augusti, *añaden ms. Pl. 2., ed. Schf. Cont. Char. Pac. Sp.*

(3) *Ms. Pl. 2., Hal. Russ. Cont. Char. Pac. antes de* D. Iustiniani *ponen* codicis, *que de este modo queda muy distante de las palabras* repetitae praelectionis, *en lugar de las que Hal. Russ. leen* ex repetita praelectione.

(4) incipit feliciter, *añaden mms. Pl. Gt., ed. Cont. Char. Pac.*

(5) plus, *ms. Pl. 1.*

(6) contemmere, *ms. Pl. 1.*; disputare, *ms. Gt.*

(7) vel contendat, *añade ms. Gt.*

(8) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.*; edictum, *añaden Cont. 66. y los demás, Theod. C., Ans.*

(9) racione, *ms. Bg.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., Theod. C., Ans.*; divum, *Cont. 66. y los demás.*

(11) nunc, *Theod. C. y Ans.*

(12) catholicorum, *falta en Ans.*

(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Ans., Theod. C., Cont. 62.*; animi, *añaden las ed. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66 y las demás.*

(14) I., *añaden Russ. Cont 62. Bk.*

(15) *La indicación de la fecha falta en el ms. Cas., Hal.; hállase en Russ. y los demás. El ms. Pist. dice:* thesi grat. V. et theod. aaa.

Digitized by Google

2. *Iidem AAA.* (1) EUTROPIO *P. P.* — Nullus haereticis mysteriorum (2) locus, nulla ad exercendam (3) animi obstinatioris dementiam pateat occasio. Sciant omnes, etiamsi quid speciali quolibet rescripto per fraudem elicito ab huiusmodi hominum genere impetratum sit, non valere. Arceantur cunctorum haereticorum ab illicitis congregationibus turbae; unius et summi Dei nomen ubique celebretur; Nicaenae fidei dudum a maioribus traditae, et divinae religionis testimonio atque assertione firmatae, observantia semper mansura teneatur (4).

§ 1.—Is autem Nicaenae assertor fidei et catholicae religionis verus cultor accipiendus est, qui omnipotentem Deum et Christum filium Dei uno nomine confitetur, Deum de Deo, lumen de lumine, qui Spiritum sanctum, quem (5) ex summo rerum parente et speramus et accipimus (6), negando non violat, apud quem intemeratae fidei sensus (7) viget et (8) incorruptae Trinitatis indivisa substantia, quae Graeco verbo οὐσία (9) recte credentibus dicitur. Haec profecto nobis magis probata (10), haec veneranda sunt.

§ 2.—Qui vero non iisdem inserviunt, desinant affectatis dolis alienum verae religionis nomen assumere, et suis apertis criminibus denotentur, atque ab omni (11) submoti ecclesiarum limine penitus arceantur, quum omnes haereticos illicitas agere intra oppida congregationes vetemus. Ac (12) si quid eruptio factiosa tentaverit, ab ipsis etiam urbium moenibus exterminato furore propelli iubemus, ut cunctis orthodoxis episcopis, qui Nicaenam fidem tenent, catholicae ecclesiae toto orbe reddantur.

Dat. (13) IV. Id. Ian. (14) CP. Fl. EUCHERIO (15) et Fl. SYAGRIO (16) Conss. [381.]

3. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* HORMISDAE *PP.*—§ 1.—Sancimus, ut omnia, quaecunque Porphyrius sua pulsus insania, aut quivis alius contra religiosum Christianorum cultum conscripsit, apud quemcunque inventa fuerint, igni tradantur. Omnia enim scripta provocantia Deum ad iracundiam et pias mentes offendentia, ne ad aures quidem hominum venire volumus.

§ 2.—Praeterea sancimus, ut qui affectant impiam Nestorii fidem, vel nefariam eius doctrinam sectantur, si episcopi vel clerici sint, ab ecclesiis eiiciantur, sin laici, anathematizentur; licentiam habituris orthodoxis, qui volunt et piam nostram legislationem sequuntur, absque metu et damno eos propalare et accusare.

2. *Los mismos Augustos á* EUTROPIO, *Prefecto del Pretorio.*—No tengan los hereges local alguno para sus misterios, ni ninguna ocasión para practicar la insensatez de su tan obstinado ánimo. Sepan todos, que, aun cuando fraudulentamente se haya impetrado en cualquier especial rescripto por esta clase de hombres alguna concesión, no es válida. Expúlsense de las ilícitas reuniones las turbas de todos los hereges; celébrese en todas partes el nombre del único y sumo Dios; guárdese la observancia por siempre duradera de la fé de Nicea, ya transmitida por nuestros mayores, y afirmada con el testimonio y la confesión de la religión divina.

§ 1.—Mas ha de ser considerado confesor de la fé Nicena y verdadero observador de la religión católica, el que confiesa á Dios omnipotente y á Cristo hijo de Dios bajo un sólo nombre, Dios de Dios, luz de luz, el que, negándolo, no ofende al Espíritu Santo, que esperamos y recibimos del sumo padre de las cosas, aquel en quien están vivos el sentido de la fé no violada, y la indivisa substancia de la incorrupta Trinidad, que entre los buenos creyentes se dice οὐσία [esencia] con una palabra griega. Estas creencias son en realidad para nosotros las más probadas, y las dignas de veneración.

§ 2.—Mas los que no las siguen, dejen de apropiarse con afectados engaños el nombre, que no les pertenece, de la verdadera religión, sean designados por sus crímenes manifiestos, y alejados de todo acceso á las iglesias sean en absoluto expulsados de ellas, como quiera que prohibimos á todos los hereges celebrar dentro de las poblaciones reuniones ilícitas. Y si una irrupción facciosa hubiere intentado alguna cosa, mandamos que sofocado su furor sean expulsados hasta del recinto de las mismas murallas de las ciudades, para que en todo el orbe sean restituídas las iglesias católicas á todos los obispos ortodoxos, que profesan la fé de Nicea.

Dada en Constantinopla á 4 de los Idus de Enero, bajo el consulado de FLAVIO EUQUERIO y de FLAVIO SIAGRIO. [381.]

3. *Los emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* HORMISDA, *Prefecto del Pretorio.* —§ 1.—Mandamos que sea echado al fuego, luego que en poder de cualquiera hubiere sido hallado, todo lo que Porfirio, impulsado por su locura, ú otro cualquiera escribió contra el religioso culto de los cristianos. Pues queremos que no llegue siquiera á oidos de los hombres ninguno de los escritos que provocan la ira de Dios y ofenden las conciencias piadosas.

§ 2.—Mandamos también, que los que son afectos á la impía fé de Nestorio, ó siguen su nefanda doctrina, sean expulsados de las iglesias, si fuesen obispos ó clérigos, y anatematizados, si fuesen legos; debiendo tener facultad los ortodoxos, que quieren y siguen nuestra piadosa legislación, para denunciarlos y acusarlos sin temor ni riesgo alguno.

(1) AA., *ms. Pl. 1., ed. Nbg. Cont. 66 71 76. Char. Pac.*
(2) *Bas, coll. constit. eccles. I. 1. 2. (Voëlli bibl. II. p. 1232.), Theod. C. requieren* mysteriorum, *que, según anota Cont. 62. al márgen, se lee en la mayor parte de los libros;* ministeriorum, *todas las ed. excepto la de Bk.*
(3) exercendi, *Theod. C.*
(4) *Los mms. Bg. Pl. 2., Theod. C*; observantiam—mansuram teneatis, *ms. Pl. 1. Ans.*; observantia—mansura teneat, *todas las ed.*
(5) qui id quod, *Theod. C.*; a quo id quod, *según conjetura al márgen Cont. 71.*
(6) parente speramus, accipimus, *Theod. C.*
(7) sensu, *Theod. C.*
(8) et, *falta en los mms. Pl. 1. Gt. Rg, ed. Schf. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., Theod. C.*
(9) *Theod. C, Bas., Cont. 62. 76., cuya lectura confirman también los vestigios de la palabra griega en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg. y ed. Schf;* ὁμοιούσιον, *ed. Nbg*; ὁμοούσιος, *Hal. Russ*; ὁμωνσία, *Cont. 66. 71. Char. Pac.*; ὁμοωνσία, *Sp. Bk.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2., ed. Schf., Theod. C.*; δόκιμα, *Bas.*; probanda, *todos los demás libros.*
(11) omnium, *mms. Pl. 1 2., Theod. C., Ans.*; *pero* ἐκ πάντων τῶν τῆς ἐκκλησίας περιβόλων, *Bas.*
(12) *Los mms. Pl. 1. Bg Gt., ed. Nbg. Cont. 62.*; καί, *Bas.*; haec, *ms Pl. 2*; at, *ed. Schf. Hal. y las demás.*
(13) *La indicación de la fecha falta en el ms. Piet., ed. Hal. Russ.*; *hállase en Cont. y en los demás.*
(14) *Iac. Gothofr. opina que se ha de escribir* Iun., ó Iul.
(15) *Theod. C., ed. Bk*; Eucharic, *Cont. con los demás.*
(16) CC., *añaden Cont. 66. y los demás, excepto Bk.*

Digitized by Google

§ 3.—Quoniam vero pervenit ad pias nostras aures, a quibusdam doctrinas conscriptas fuisse et editas ambiguas neque accurate congruentes orthodoxae fidei, expositae a sancta synodo eorum sanctorum patrum, qui Nicaeae et Ephesi convenerunt, et a Cyrillo piae memoriae, magnae Alexandriae civitatis quondam episcopo, iubemus, huiusmodi scripta, sive antea sive nunc facta, potissimum autem ea, quae Nestorii sunt, comburi et perfecto interitui tradi, ita ut in nullius cognitionem veniant; his qui talia scripta aut tales libros habere aut legere sustinuerint, ultimum supplicium experturis; ceterum nulli patere licentiam, praeter fidem, ut diximus, Nicaeae et Ephesi expositam, aliquid dicere vel docere.

Dat. XIV. Kal. Mart. CP. ZENONE et POSTUMIANO Conss. [448.] (1).

4. *Imp.* MARCIANUS *A. Palladio P. P.* (2)— Nemo clericus, vel militans (3), vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis coadunatis et audientibus tractare conetur in posterum, ex hoc tumultus et perfidiae occasionem requirens. Nam (4) iniuriam facit iudicio reverendissimae synodi, si quis semel iudicata ac recte disposita revolvere et publice disputare contenderit, quum ea, quae nunc de Christiana fide a sacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per nostra praeccepta statuta sunt, iuxta apostolicas expositiones, et instituta sanctorum patrum trecentorum decem et octo (5), et centum quinquaginta, in hac regia urbe (6) definita esse noscuntur (7). Nam in contemtores huius legis poena non deerit, quia non solum contra fidem vere expositam veniunt, sed etiam Iudaeis et paganis ex huiusmodi certamine profanant veneranda mysteria. Igitur si clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a consortio clericorum removebitur; si vero militia praeditus sit, cingulo spoliabitur; ceteri etiam (8) huiusmodi (9) criminis rei, si quidem liberi sint, de hac sacratissima urbe expellentur, pro vigore iudiciario etiam competentibus suppliciis (10) subiugandi, si vero servi, severissimis animadversionibus plectentur.

Dat. VIII. Kal. Febr. Constantinop. SPORACIO Cons. [452.] (11).

5. *Imp.* IUSTINIANUS *ad omnes subditos.*— Quum recta atque irreprehensibilis fides, quam

§ 3.—Y habiendo llegado á nuestros piadosos oídos, que por algunos se escribieron y publicaron doctrinas ambiguas y no del todo congruentes con la fé ortodoxa, expuesta por el santo sínodo de los santos padres, que en Nicea y en Efeso se reunieron, y por Cirilo de piadosa memoria, obispo que fué de la gran ciudad de Alejandría, mandamos que tales escritos, hayan sido compuestos ó antes, ó ahora, y principalísimamente los de Nestorio, sean quemados y destinados á completa destrucción, para que de este modo no lleguen á conocimiento de nadie; debiendo sufrir el último suplicio los que se hubieren empeñado en tener ó leer tales escritos ó libros; y que en lo sucesivo nadie tenga licencia para decir ó enseñar alguna cosa fuera de la fé, expuesta, según dijimos, en Nicea y en Efeso.

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de ZENÓN y de POSTUMIANO. [448.]

4. *El emperador* MARCIANO, *Augusto, á* PALLADIO, *Prefecto del Pretorio.*—En lo sucesivo, nadie, clérigo ó militar, ó de cualquiera otra condición, intente tratar en público de la fé cristiana, reunidas y oyéndole las turbas, buscando por este medio ocasión de tumulto y de perfidia. Porque infiere injuria á la decisión del reverendísimo sínodo el que intentare revolver y discutir públicamente lo ya juzgado y acertadamente resuelto, como quiera que lo que en la actualidad se halla establecido sobre la fé cristiana, según nuestros mandatos, por los sacerdotes que se congregaron en Calcedonia, se conoce que fué definido de conformidad á las exposiciones apostólicas, y á las decisiones de los trescientos dieciocho santos padres, y de ciento cincuenta en esta régia ciudad. Y no faltará pena contra los infractores de esta ley, porque no sólo van contra la fé verdaderamente expuesta, sino que además profanan ante judíos y paganos con tales disputas los venerandos misterios. Así, pues, si fuere clérigo el que se hubiere atrevido á tratar en público de religión, será removido de la comunidad de los clérigos; si estuviese afecto á la milicia, será despojado del cíngulo; y los demás reos de este delito, si fuesen hombres libres, serán expulsados de esta sacratísima ciudad, sometiéndose además por virtud de resolución judicial á las penas correspondientes, y si fueran esclavos, serán condenados á severísimos castigos.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de SPORACIO. [452.]

5. *El emperador* JUSTINIANO *á todos los súbditos.*—No admitiendo en manera alguna innovación

(1) *El texto latino de esta ley, originariamente escrita en griego, fué publicado por primera vez en la ed. del Cód. hecha en Lyon por Hugo de Porta, en 1551. Nuestro texto sigue a Ant. Agust.*

(2) *Los mms. Vat. Pl. 2. Bg., Ans., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. 71. Char. Pac. Sp.;* Martianus, *ms. Pist. Después de* A. *añade* et consul, *el ms. Pl. 1.;* Impp. Valentinianus et Marcianus AA., *etc Cont 62. Bk. Después de* A, *interpone* Valentino, *Cont 76. Las actas del conc. Calc. tienen esta inscripción:* οἱ ἅγιοι Φλάβιος Οὐαλεντινιανὸς καὶ Φλάβιος Μαρκιανός, αἰώνιοι αὔγουστοι, τοῖς πολίταις ἡμῶν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. *Cont. 62. dice haber leido en otros libros de actas del concilio:* Impp. Valentinianus et Marcianus AA. universis populis.

(3) *Los mms. Pl. 2 Bg., Ans., ed. Schf.;* στρατευόμενος, *Bas.;* militaris, *los demas.*

(4) *El ms. Pl. 1., Ans.;* et, *añaden los demás;* ὑβρίσει γὰρ πως, *conc. Calc.*

(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Ans., ed. Schf. Nbg. Cont. 62., Bas.;* in Nicaea, *añaden Hal. Russ. Cont. 66. y los demás.*

(6) *Los mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf. Nbg Hal. Russ. Cont. 66. y los demás;* in hac regia urbe, *faltan en el ms. Pl. 1., Cont. 62., Bas.; Ans. pone estas palabras después de* definita.

(7) *Los mms. Pl. 1. 2 Bg. Gt, Ans., ed. Schf. Nbg.;* noscantur, *Hal. y los demás.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt, ed. Schf. Nbg.;* et, *Ans.;* autem, *Hal. y los demás.*

(9) *Los mms Pl. 1. 2. Bg., Ans., ed. Schf.;* τοιούτων *Bas.;* huius, *ed. Nbg. Hal. y los demas.*

(10) iudiciis, *Ans.*

(11) *La indicación de la fecha falta en Hal.;* dat. VIII. id. Feb Constantino, *Russ. en el texto;* VII. Cal. Februar. Constantinopoli Patritio consule, *al márgen;* dat. VIII. Id. Febr. Const. Patr. cons., *Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. y Sp., quien á* Patritio *añade* et Richimer, *conforme á los libros de la lectura de Gothofr.;* dat. — Const. Asporacio et Herculano Conss., *Bk.;* Dat. VII. Kal. Februa. Const. Asporatio et qui fuerit nunciatus conss., *Cont. 62.;* D. VIII. K. Feb. Constantino, *ms. Pist.;* Constantino Sporagio, *ms. Pl. 1.;* Data VI. Kal. Febr. Const., Sporatio Consule, *Baller.*

Digitized by Google

praedicat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia, nullo modo innovationem recipiat, nos sequentes sanctorum apostolorum et eorum, qui post eos in sanctis Dei ecclesiis claruerunt, dogmata, iustum fore existimavimus, cunctis manifestum facere, qualiter de fide, quae in nobis est, sentiamus, sequentes traditionem et confessionem sanctae Dei ecclesiae catholicae.

§ 1.—Credentes enim in Patrem et Filium et sanctum Spiritum, unam substantiam in tribus personis, adoramus unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur unigenitum Dei filium, Deum de Deo, filium ex Deo, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum esse ex Spiritu sancto et sancta gloriosa et semper virgine Maria, et hominem factum esse, crucem pertulisse, sepultum fuisse et resurrexisse tertia die; unius et eiusdem miracula et passiones, quas sponte carne sustinuit, agnoscentes. Neque enim alium Deum verbum novimus, alium Christum, sed unum et eundem consubstantialem patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem. Trinitas enim mansit Trinitas etiam post incarnatum unum ex Trinitate Deum verbum; neque enim quartae personae adiectionem recipit sancta Trinitas.

§ 2.—Haec igitur quum ita se habeant, anathematizamus omnem haeresin, praesertim vero Nestorium, hominicolam, dividentem unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, nec diserte et secundum veritatem confitentem sanctam gloriosam semper virginem Mariam Dei genitricem, sed alium esse dicentem Deum verbum ex Deo patre, alium, qui ex sancta semper virgine Maria natus est, hunc autem gratia et coniunctione cum Deo verbo Deum factum esse; nec non anathemate damnamus Eutychem mente captum, phantasiam inducentem et negantem veram ex sancta semper virgine et deipara Maria incarnationem, hoc est nostram salutem, neque confitentem eum per omnia consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem; simili modo et Apollinarium, animicidam, dicentem, dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, animae humanae expertem esse, et confusionem seu perturbationem superducentem inhumanationi unigeniti filii Dei, et omnes, qui idem cum eis senserunt vel sentiunt. Si qui enim post hanc nostram praemonitionem, certo et liquido id cognoscentibus et comperientibus locorum episcopis Dei amantissimis, inventi fuerint posthac in contraria opinione esse, nullius indulgentiae expectent veniam; iubemus enim tales tanquam confessos haereticos competenti animadversioni subiici.

Dat.... (1).

6. *Idem Imp. Constantinopolitanis.*— Salvatorem et dominum omnium, Iesum Christum, verum Deum nostrum colentes per omnia, studemus etiam, quatenus potest humana mens id assequi, imitari eius demissionem. Etenim quum quosdam

la recta é irreprensible fé, que predica la santa iglesia de Dios católica y apostólica, siguiendo nosotros los dogmas de los santos apóstoles y de los que después de ellos brillaron en las santas iglesias de Dios, estimamos que sería justo manifestar á todos de qué manera sentimos respecto á la fé, que profesamos, siguiendo la tradición y la confesión de la santa iglesia católica de Dios.

§ 1.—Creyendo, pues, en el Padre y el Hijo y el Espíritu Santo, una substancia en tres personas, adoramos una deidad, una potestad, una Trinidad consubstancial. Mas confesamos que en los últimos días el hijo unigénito de Dios, Dios de Dios, hijo de Dios, antes de los siglos y sin tiempo nacido del Padre, coeterno con el Padre, de quien y por quien son todas las cosas, descendió de los cielos, se encarnó por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa y siempre virgen María, se hizo hombre, fué crucificado, y sepultado, y resucitó al tercer día; reconociendo nosotros los milagros de él sólo y la pasión que voluntariamente sufrió en su carne. Y no hemos reconocido, pues, otro Dios verbo, ni otro Cristo, sino al único y mismo consubstancial con el Padre según la divinidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad. Pues la Trinidad subsistió Trinidad aún después de encarnado el Dios verbo, una de las personas de la Trinidad; y tampoco la santa Trinidad admite la agregación de una cuarta persona.

§ 2.—Siendo, pues, así estas cosas, anatematizamos toda heregía, y principalmente á Nestorio, hominícola, que divide la naturaleza única de nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, y que claramente y según la verdad no confiesa á la santa gloriosa siempre virgen María madre de Dios, sino que dice que uno es el Dios verbo nacido de Dios padre, otro el que nació de la santa siempre virgen María, pero que éste por la gracia y la conjunción con Dios verbo fué hecho Dios; y también condenamos con anatema al insensato Eutiques, que induce á error y niega la verdadera encarnación operada en la santa siempre virgen y deípara María, esto es, nuestra salvación, y que no confiesa que aquel sea en todo consubstancial con el Padre según la divinidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad; y de igual modo también á Apolinario, animicida, que dice que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, no tenía alma humana, introduciendo confusión ó perturbación en la humanación del unigénito hijo de Dios, así como también á todos los que con estos opinaron ó creen lo mismo. Si, pues, después de esta advertencia nuestra, conociéndolo y descubriéndolo cierta y positivamente los obispos de cada localidad, amantísimos de Dios, se hubieren encontrado algunas personas que fuesen en lo sucesivo de opinión contraria, no esperen la gracia de ninguna indulgencia; pues mandamos que las tales queden sometidas como hereges confesos á la pena competente.

Dada.....

6. *El mismo emperador á los Constantinopolitanos.*—Siguiendo en todas las cosas al Salvador y Señor de todos, Jesucristo, verdadero Dios nuestro, procuramos también, en cuanto puede alcanzarlo la humana inteligencia, imitar su mansedum-

(1) *Cont. 62. 66. 71. observa que le parece que ha de leerse* Dat.... JUSTINIANO A. II. Cons., *porque dice Justiniano en el siguiente edicto que al principio de su imperio hizo otro edicto semejante —El texto latino de esta constitución, escrita originariamente en griego, fué publicado por primera vez en la ed. del Cód. hecha en Lyon por Hugo de Porta, en 1551. Nuestro texto sigue á Ant. Agust.*

Digitized by Google

invenerimus, morbo atque insania detentos impiorum Nestorii et Eutychis, hostium Dei et sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae, nempe qui detrectant sanctam gloriosam semper virginem Mariam deiparam appellare proprie et secundum veritatem, illos festinavimus rectam Christianorum fidem edocere. Hi autem insanabiles, celantes errorem suum, circumeunt, sicut didicimus, simpliciorum animos exturbantes, scandalum eis afferentes et ea dicentes, quae sunt sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae contraria. Necessarium igitur esse putavimus, tam haereticorum mendacia dissipare, quam omnibus insinuare, quomodo sentiat sancta Dei catholica et apostolica ecclesia, et praedicent sanctissimi eius sacerdotes, quos et nos secuti, manifesta facimus ea, quae fidei nostrae sunt, non innovantes fidem, quod absit, sed coarguentes eorum insaniam, qui eadem cum impiis haereticis sentiunt. Quod quidem et nos in nostri imperii primordiis pridem egimus et cunctis fecimus manifestum.

§ 1.—Credimus enim in unum Deum, patrem omnipotentem, et in unum dominum Iesum Christum, filium Dei, et in Spiritum sanctum, unam substantiam in tribus personis adorantes, unam deitatem, unam potestatem, Trinitatem consubstantialem. In ultimis autem diebus confitemur dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum, Dei filium, ex Deo vero Deum verum, ante saecula et sine tempore ex Patre natum, coaeternum Patri, ex quo omnia et per quem omnia, descendisse de coelis, incarnatum de Spiritu sancto et sancta gloriosa et semper virgine Maria, et hominem factum, et passum crucem pro nobis sub Pontio Pilato, et sepultum esse, et resurrexisse tertio die, unius ac eiusdem miracula et cruciatus, quos sponte pertulit in carne, agnoscentes. Non enim alium Deum verbum et alium Christum novimus sed unum et eundem consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem; ut enim est in divinitate perfectus, ita idem et perfectus est in humanitate. Nam secundum personam unitatem accipimus et confitemur. Trinitas enim mansit Trinitas et post incarnatum unum ex Trinitate Deum verbum; neque enim quartae personae adiectionem admittit sancta Trinitas.

§ 2.—His ita se habentibus, anathematizamus omnem haeresin, praecipue vero Nestorium hominicolam, et qui eadem cum ipso senserunt vel sentiunt, qui dividunt unum dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, et non confitentur proprie et secundum veritatem sanctam gloriosam et semper virginem Mariam deiparam, hoc est Dei matrem, sed duos filios dicunt, unum ex Patre Deum verbum, alterum ex sancta semper virgine deipara Maria, gratia et nexu et propinquitate, quam cum Deo verbo habet, natum esse; et qui negant, nec confitentur dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum incarnatum et hominem factum et crucifixum, unum esse ex sancta et consubstantiali Trinitate. Ipse enim solus est coadorandus et conglorificandus cum Patre et Spiritu sancto.

§ 3.—Anathematizamus et Eutychem mente captum et qui cum eo senserunt aut sentiunt, qui phantasiam inducunt, negantque veram genera-

bre. Por esto, cuando hubimos encontrado á algunas personas, poseídas de la enfermedad y de la insania de los impíos Nestorio y Eutiques, enemigos de Dios y de la santa católica y apostólica iglesia, quienes ciertamente rehusan llamar propiamente y según es la verdad deípara á la santa gloriosa siempre virgen María, nos apresuramos á enseñarles la verdadera fé de los cristianos. Mas estos incurables, ocultando su error, van por todas partes, según hemos sabido, perturbando el ánimo de las personas sencillas, escandalizándolas y diciéndoles cosas que son contrarias á la santa iglesia católica y apostólica. Por esta razón hemos considerado necesario, tanto disipar las falsedades de los hereges, como insinuar á todos de qué modo cree la santa iglesia de Dios católica y apostólica, y predican sus santísimos sacerdotes, y habiéndolos seguido nosotros, manifestamos cuales son los artículos de nuestra fé, no para innovarla, lo que no suceda, sino para combatir la insania de los que creen en estas cosas como los impíos hereges. Lo que ciertamente ejecutamos ha ya tiempo al principio de nuestro imperio, y á todos lo hicimos manifiesto.

§ 1.—Creemos, pues, en un sólo Dios, padre omnipotente, en un sólo señor Jesucristo, hijo de Dios, y en el Espíritu Santo, adorando una sola substancia en tres personas, una deidad, una potestad, una Trinidad consubstancial. Confesamos que en los últimos días nuestro señor Jesucristo, unigénito, hijo de Dios, Dios verdadero de Dios verdadero, nacido del Padre antes de los siglos y sin tiempo, coeterno con el Padre, de quien y por quien son todas las cosas, descendió de los cielos, fué encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa y siempre virgen María, y se hizo hombre, y sufrió por nosotros el suplicio de la cruz bajo el poder de Poncio Pilatos, y fué sepultado, y resucitó al tercero día, reconociendo nosotros los milagros de él sólo y los tormentos que voluntariamente padeció en su carne. No hemos conocido, pues, otro Dios verbo y otro Cristo más que el único y mismo consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad; de modo que así como es perfecto en la divinidad, así es también perfecto en la humanidad. Porque respecto á la persona aceptamos y confesamos la unidad. Pues la Trinidad subsistió Trinidad aún después de encarnado Dios verbo una de las personas de la Trinidad; y la santa Trinidad no admite la agregación de una cuarta persona.

§ 2.—Siendo así estas cosas, anatematizamos toda heregía, y principalmente al antropólatra Nestorio, y á los que con él opinaron ú opinan las mismas cosas, quienes dividen la naturaleza única de nuestro señor Jesucristo, Hijo de Dios y Dios nuestro, y no confiesan claramente y según es la verdad deípara á la santa gloriosa y siempre virgen María, esto es, madre de Dios, sino que dicen que hubo dos hijos, uno, Dios verbo habido del Padre, otro, que nació de la santa siempre virgen deípara María, por gracia, conexión y proximidad que tiene con Dios verbo; y los cuales niegan, y no confiesan que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, que se encarnó, se hizo hombre, y fué crucificado, sea una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad. Pues este sólo debe ser adorado y glorificado juntamente con el Padre y el Espíritu Santo.

§ 3.—Anatematizamos también al insensato Eutiques y á los que con él opinaron ú opinan, quienes inducen á error, y niegan la verdadera genera-

Digitized by Google

tionem domini et salvatoris nostri Iesu Christi ex sancta virgine et deipara, hoc est, nostram salutem; et qui non confitentur ipsum consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis secundum humanitatem.

§ 4.—Similiter autem anathematizamus et Apollinarium animicidam, et qui cum eo senserunt vel sentiunt, qui dicunt animae humanae expertem esse dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, et qui confusionem aut conturbationem introducunt in unigeniti Dei filii inhumanationem, et omnes, qui eadem cum iis senserunt aut sentiunt.

Dat. Id. Mart. Constant. Dn. IUSTINIANO. PP. A. III. Cons. [533.](1).

ción de nuestro señor y salvador Jesucristo de la santa y deípara virgen, esto es, nuestra salvación; y los cuales no confiesan que él mismo sea consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad.

§ 4.—Y de igual modo anatematizamos también al animicida Apolinario, y á los que con él opinaron ú opinan, quienes dicen que nuestro señor Jesucristo, hijo de Dios y Dios nuestro, no tenía alma humana, y los cuales introducen confusión ó perturbación en la humanación del unigénito hijo de Dios, así como también á todos los que con estos opinaron ó creen lo mismo.

Dada en Constantinopla los Idus de Marzo, bajo el tercer consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [533.]

Idem Ephesiis, idem Caesariensibus, idem Cyzicenis, idem Amydenis, Trapezuntiis, Hierosolymitanis, Apameis, Iustinianopolitanis, Theopolitanis, Sebastenis, Tarsensibus, Ancyranis.

Esto mismo se notificó á los Efesios, á los Cesarienses, á los Cizicenos, á los Amidenos, á los de Trebizonda, á los Hierosolimitanos, á los Apameos, á los Justinianopolitanos, á los Teopolitanos, á los Sebastenos, á los Tarsenses, y á los Anciranos.

7. *Idem Imp.* EPIPHANIO, *sanctissimo et beatissimo archiepiscopo regiae huius urbis et oecumenico patriarchae.*—Cognoscere volentes tuam sanctitatem omnia quae ad ecclesiasticum spectant statum, necessarium duximus, hisce ad eam uti divinis literis, et per ea manifesta eidem facere, quae perturbata sunt, quanquam et illa eandem scire sumus persuasi. Quum enim comperissemus quosdam alienos a sancta catholica et apostolica ecclesia impiorum Nestorii et Eutychis secutos deceptionem, divinum promulgavimus edictum, quod et tua novit sanctitas, per quod haereticorum insaniam refutavimus, ita ut nullo modo immutaverimus, immutemus, aut praetergressi simus eum, qui nunc iuvante Deo est, ecclesiasticum statum, quemadmodum et tua novit sanctitas, sed in omnibus servato statu unionis sanctissimarum ecclesiarum cum sanctissimo papa veteris Romae et patriarcha, ad quem similia perscripsimus. Neque enim patimur, ut quicquam eorum, quae ad ecclesiasticum spectant statum, non etiam ad eius referatur beatitudinem, quum sit caput omnium sanctissimorum Dei sacerdotum, et quia, quoties in illis locis haeretici exstiterunt, sententia et recto iudicio illius venerabilis sedis coërciti sunt. Ideoque ex praesentibus divinis nostris literis cognoscet tua sanctitas, quae a nobis proposita sunt, ut, qui prave intelligere vel interpretari tentaverint, quae in edicto recte a nobis dicta sunt, hisce divinis refutentur nostris literis.

7. *El mismo emperador á* EPIFANIO, *santísimo y beatísimo arzobispo de esta régia ciudad y patriarca ecuménico.*—Queriendo nosotros que tu santidad conozca cuanto respecta al estado eclesiástico, hemos creido necesario dirigirnos á ella con estas divinas letras, y por este medio ponerle de manifiesto las perturbaciones que existen, aunque estamos persuadidos de que también las conoce. Pues como hubiésemos averiguado que algunos separados de la santa iglesia católica y apostólica habían seguido el error de los impíos Nestorio y Eutiques, promulgamos un divino edicto, del que también tuvo conocimiento tu santidad, por el cual refrenamos la insania de los hereges, sin que en manera alguna hayamos alterado, alteremos, ó hayamos quebrantado el estado eclesiástico que con el favor de Dios existe en la actualidad, según también supo tu santidad, antes bien, habiendo conservado en todas cosas el estado de unión de las santísimas iglesias con el santísimo papa y patriarca de la antigua Roma, á quien dirigimos análogas letras. Pues no toleramos que nada de lo que respecta al estado eclesiástico no sea también comunicado á su beatitud, siendo cabeza de todos los santísimos sacerdotes de Dios, y como quiera que siempre que en aquellos lugares existieron hereges, fueron refrenados por sentencia y recto juicio de la venerable sede de él. Por tanto, por las presentes divinas letras nuestras conocerá tu santidad lo que por nosotros se ha dispuesto, á fin de que los que hubieren intentado entender ó interpretar malamente lo que por nosotros se dijo rectamente en un edicto, queden corregidos por estas nuestras divinas letras.

§ 1.—Pauci quidam infideles et alieni a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia contradicere iudaice ausi sunt adversus ea, quae ab omnibus sacerdotibus recte observantur, probantur et praedicantur, negantes dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum, incarnatum ex Spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine et Dei genitrice Maria, et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, et coadorandum et

§ 1.—Algunos pocos infieles y separados de la santa iglesia de Dios católica y apostólica se han atrevido á contradecir judáicamente las creencias que justamente se observan, aprueban y predican por todos los sacerdotes, negando que nuestro señor Jesucristo, unigénito hijo de Dios y Dios nuestro, encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa siempre virgen y madre de Dios, María, hecho hombre y crucificado, es una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad, y

(1) *El texto latino de esta constitución, escrita originariamente en griego, se publicó por primera vez en la edición del Código hecha en Lyon en 1551 por Hugo de Porta. Nuestro texto sigue a Ant. Agust. (Coll. p. 8.)*

Digitized by Google

conglorificandum Patri et sancto Spiritui, consubstantialem Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate. Recusantes autem dominum nostrum Iesum Christum, unigenitum filium Dei et Deum nostrum, fateri unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis, manifeste deprehenduntur impii Nestorii sequi pravam doctrinam, secundum gratiam eum dicentes filium Dei, et alium Deum verbum, et alium Christum dicentes; quos anathemate damnamus, eorum etiam dogmata et eos, qui eadem cum ipsis senserunt aut sentiunt, ut alienos a sancta Dei catholica et apostolica ecclesia.

§ 2.—Omnes enim sacerdotes sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae et reverendissimi sacrorum monasteriorum archimandritae, sequentes sanctorum patrum traditionem, quique nihil omnino immutarunt vel immutant ex recepto hactenus ecclesiastico statu, unanimiter fatentur, et cum gloria praedicant dominum nostrum Iesum Christum unigenitum filium Dei esse Deumque nostrum, ante secula et sine tempore ex patre genitum, et novissimis diebus descendisse de coelis, et incarnatum ex Spiritu sancto et sancta gloriosa semper virgine Dei genitrice Maria, et hominem factum et crucifixum, unum esse sanctae et consubstantialis Trinitatis. Consubstantialem enim ipsum scimus Patri secundum deitatem, et consubstantialem nobis eundem secundum humanitatem, passibilem carne, eundem impassibilem deitate. Quemadmodum enim est in deitate perfectus, sic idem in humanitate perfectus; namque eam, quae est secundum personam, unionem amplectimur et confitemur. Quoniam igitur unigenitus filius verbum Dei, ante saecula et sine tempore ex patre genitus, in ultimis diebus descendit de coelis, et incarnatus ex Spiritu sancto et sancta gloriosa et Dei genitrice Maria, et homo factus, dominus noster Iesus Christus proprie et vere Deus est, propterea etiam sanctam semper virginem Mariam proprie et vere matrem Dei dicimus; non quod Deus verbum principium ex ipsa sumsit, sed quia in novissimis diebus descendit de coelis, et ex ipsa incarnatus, natus et homo factus est, quem confitemur, quemadmodum dictum est, consubstantialem Patri secundum divinitatem, et consubstantialem eundem nobis secundum humanitatem, eiusdem miracula et passiones, quas ultro sustinuit carne, agnoscentes.

§ 3.—Haec igitur sunt, in quibus per divinum nostrum edictum haereticos redarguimus, cui divino edicto omnes hic reperti sanctissimi episcopi et reverendissimi archimandritae cum tua sanctitate subscripserunt.

§ 4.—Nam sequimur in omnibus sancta quatuor concilia, et quae ab unoquoque eorum constituta sunt, scilicet Nicaenum CCCXVIII, et huius regiae urbis CL patrum, et Ephesinum prius, et Chalcedonense, quum sit manifestum, nos regulam fidei una nobiscum omnibus fidelibus sanctae catholicae et apostolicae ecclesiae traditam, hoc est sanctam formulam seu symbolum tenere et custodire, a CCCXVIII sanctis patribus expositam, quam et in hac regia urbe CL sancti patres apertius exposuerunt; non quod mancum esset prius, sed quoniam veritatis hostes partim subvertere coeperant sancti Spiritus deitatem, partim ex sancta

debe ser adorado y glorificado juntamente con el Padre y el Espíritu Santo, siendo consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial él mismo con nosotros según la humanidad, pasible en la carne, é impasible él mismo en la deidad Mas rehusando confesar que nuestro señor Jesucristo, unigénito hijo de Dios y Dios nuestro, es una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad, se vé claramente que siguen la depravada doctrina del impío Nestorio, diciendo que es hijo de Dios según la gracia, y afirmando que uno es el Dios verbo, y otro Cristo; á los cuales los condenamos con anatema, así como también sus dogmas, y á los que con ellos opinaron ú opinan lo mismo, como separados de la santa católica y apostólica iglesia de Dios.

§ 2.—Todos los sacerdotes de la santa católica y apostólica iglesia y los reverendísimos arquimandritas de los sagrados monasterios, siguiendo la tradición de los santos padres, y los que nada absolutamente alteraron ó alteran en el estado eclesiástico hasta ahora reconocido, confiesan unánimemente, y predican con gloria que nuestro señor Jesucristo es hijo unigénito de Dios y Dios nuestro, engendrado del padre antes de los siglos y sin tiempo, y que en los últimos días descendió de los cielos, y que encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa siempre virgen madre de Dios, María, y hecho hombre y crucificado, es una de las personas de la santa y consubstancial Trinidad. Y sabemos que es él consubstancial con el Padre según la deidad, y consubstancial con nosotros según la humanidad, pasible en la carne, é impasible en la deidad. Y de la misma manera que es perfecto en deidad, es también perfecto en humanidad; porque reconocemos y confesamos la unión que hay en la persona. Y porque el hijo unigénito verbo de Dios, nacido del Padre antes de los siglos y sin tiempo, descendió de los cielos en los últimos días, y encarnado por obra del Espíritu Santo y de la santa gloriosa y madre de Dios, María, y hecho hombre, nuestro señor Jesucristo es propia y verdaderamente Dios, por eso decimos también que la santa siempre virgen María es propia y verdaderamente madre de Dios; no porque Dios verbo tomó en ella principio, sino porque en los últimos días descendió de los cielos, y encarnado en ella, nació y se hizo hombre, á quien confesamos, conforme se ha dicho, consubstancial con el Padre según la divinidad, y él mismo consubstancial con nosotros según la humanidad, reconociendo los milagros del mismo y la pasión que voluntariamente sufrió en la carne.

§ 3.—Estos son, pues, los puntos respecto de los que redargüimos á los hereges con nuestro divino edicto, cuyo divino edicto subscribieron juntamente con tu santidad todos los santísimos obispos y reverendísimos arquimandritas aquí congregados.

§ 4.—Porque seguimos en todo á los cuatro santos concilios, y lo establecido por cada uno de ellos, á saber, el de Nicea de trescientos dieciocho padres, el de esta régia ciudad de ciento cincuenta, el primero de Efeso, y el de Calcedonia, siendo notorio que sostenemos y custodiamos la regla de fé juntamente con nosotros enseñada á todos los fieles de la santa iglesia católica y apostólica, esto es, la santa fórmula, ó símbolo, expuesta por los trescientos dieciocho padres, y que también expusieron más claramente en esta régia ciudad los ciento cincuentra santos padres; no porque fuese defectuoso el primer símbolo, sino porque los enemigos

Digitized by Google

semper virgine Maria, Dei genitrice, veram incarnationem Dei verbi negaverant; qua de causa scriptis testimoniis idem symbolum supradicti CL sancti patres apertius exposuerunt. Idem et aliae omnes sanctae synodi, id est Ephesina prior et Chalcedonensis, eandem fidem sequentes susceperunt et custodierunt, sanctam gloriosam semper virginem Mariam, Dei genitricem praedicarunt, et non ita confitentes anathemate damnarunt. Similiter anathematizarunt eos, qui aliud symbolum, aliamve sanctam formulam traderent, praeter eam, quae a CCCXVIII sanctis patribus exposita esset, explicata autem et corroborata a CL sanctis patribus in hac regia urbe congregatis. Et Ephesina quidem prior synodus impium Nestorium et eius dogma sustulit et anathematizavit; item eos, qui cum eo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt ei vel consentiunt. Chalcedonense vero sanctum concilium profligavit et eiecit e sanctis Dei ecclesiis et anathemate damnavit impium Eutychem eiusque dogmata, et qui eadem cum illo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt eidem vel consentiunt; et omnes haereticos eorumque dogmata, et qui cum illis senserunt vel sentiunt anathemate damnavit. Pariter anathematizavit Nestorium eiusque dogmata et eos, qui cum eo senserunt vel sentiunt, et qui consenserunt eidem vel consentiunt. Chalcedonense idem sanctum concilium magni Procli ad Armenios conscriptam epistolam, quod oporteat dominum nostrum Iesum Christum, filium Dei et Deum nostrum, dicere unum ex sancta Trinitate, sua relatione suscepit et confirmavit. Quae supradicta quatuor sancta concilia si negligimus, aut ea, quae ab iis constituta sunt, daremus licentiam haereticis per illa damnatis eorumque dogmatibus, suam pestem rursus in sanctis Dei ecclesiis ostendere. Hoc autem quum nondum factum sit, ne unquam contingat, quia dicta quatuor concilia suis dogmatibus haereticos eorumque dogmata expulerunt. Et si quis ab uno supradictorum sanctorum conciliorum dissentiat, palam est, eum amplecti dogmata a sanctis illis patribus expulsa et anathemate damnata.

§ 5.—Nemo itaque frustra nos turbet, spe vana innixus, nos adversus illa quatuor concilia aliquid fecisse vel esse facturos vel ab aliquo fieri permissuros, vel sanctam illarum quatuor sacrarum synodorum memoriam ex ecclesiae tabulis auferri passuros. Omnes enim, qui ab iis profligati et anathemate damnati sunt, et profligatorum opiniones, eosque, qui eadem ac ipsi senserunt aut sentiunt, anathemate damnamus.

§ 6.—Itaque bene precetur nobis et nostro imperio beatitas tua, et omnes de nostra intentione et nostro erga sinceram fidem studio edoceat et certiores faciat.

Dat. VII. Kal. Apr. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. III. Cons. (1). [533.]

8. (2) *Gloriosissimo et clementissimo filio* Iu-

§ 6.—Necessarium quoque esse credidimus, etiam super iis aliquid definire, qui curam susceperunt suscepturive sunt venerabilium xenonum, et nosocomiorum, et ptochiorum, et orphanotrophiorum, et brephotrophiorum. Nam et ipsis omnem licentiam adimimus, de adquisitis rebus post susceptas huiusmodi curationes vel per testamentum, vel per alium quemlibet modum vel machinationem quicquam in alias transferendi personas, exceptis, quae prius habuerant, vel postea a parentibus, vel patruis et avunculis, vel fratribus ad ipsos pervenerunt. Quaecunque vero ad sanctas, quas diximus, domus pertinent, vel quae ad ipsorum praepositos post susceptam huiusmodi curam perveneruntvel perventura sunt, ad ipsa venerabilia pertinebunt loca, et pie in eos erogari volumus, qui in iis locis sunt vel curantur. Manifestum enim est, eum, qui derelinquit vel donat in scriptis sive sine scriptis xenodocho, vel nosocomo, vel ptochotropho, vel orphanotropho, dare idcirco, ut pie per ipsum dispensetur, quippe qui multas pietatis exercendae occasiones habeat propter eos, quorum curam gerit. Neque vero iustum est, ipsum ea, quae sub praetextu eorum, qui sub eius cura sunt, accipit, non in ipsos vel pro ipsis impendere, sed in propriam personam auferre, et proprio lucro applicare, timore Dei contemto. Quis enim tali curae praepositum non existimet idcirco eam suscepisse, ut non solum quae extrinsecus ad eum perventura sint, sed etiam omnia, quae forte habuerit, in eam rem impendat?

§ 7.—Amplius id quoque praecipimus, ut quaecunque post necessarios sumtus ab his personis erogatos in eos, qui ipsis curae commissi sunt, et post debitam curam rerum et aedificiorum superesse contigerit, ea ad redituum comparationem proficiant. Undique enim nostra intentio est, ad incrementum et augmentum adducere res ad pios usus destinatas; namque ita, quisquis pro suae animae salute quidquam facere volet, promtius erogabit, si ea, quae ab ipso data fuerint, pie administratum iri crediderit.

§ 8.—Si autem contigerit aliquem ab administratione cessare, quam habuit, sancimus eum, qui in eius locum constitutus est, cum timore domini Dei rationes exigere gestae ab eo administrationis,

los bienes que por aquellos han sido dejados, y que esto sea en provecho de las santísimas iglesias, y de los que por esta nuestra ley se deben.

§ 5.—Y preceptuamos, que los mismos ecónomos sean ciertamente nombrados con juicio y escrupulosidad, y sepan que cada año han de rendir cuenta de su administración al santísimo obispo; y si pareciere que en cualquier cosa lesionaron los bienes eclesiásticos, ó que para sí procuraron lucro, esto lo restituirán á los bienes eclesiásticos; de tal manera que, si sobreviviendo ellos hubieren rendido las cuentas, se haga lo que arriba se ha dicho, y si hubieren fallecido sin haber rendido las cuentas, queden entonces sujetos á tal rendición sus herederos, y sean demandados para la restitución de todo lo que aparezca que ellos deben por esta causa.

§ 6.—También hemos creido que era necesario establecer asimismo alguna disposición respecto de los que tomaron, ó hayan de tomar, á su cargo el cuidado de los venerables hospitales de peregrinos, nosocomios, hospicios de pobres, asilos de huérfanos, y casas de expósitos. Porque también á estos les quitamos toda facultad para transferir á otras personas, ó por testamento, ó de otro modo ó artificio cualquiera, alguna cosa de los bienes adquiridos después de tomadas á su cargo tales administraciones, exceptuados los que habían tenido antes, ó los que por sus padres, tíos paternos ó maternos, ó por sus hermanos fueron después á poder de ellos mismos. Y todos los que pertenecen á las santas casas, que hemos dicho, ó los que fueron, ó han de ir, á poder de los prepósitos de las mismas después de tomada á su cargo tal administración, pertenecerán á los mismos venerables establecimientos, y queremos que piadosamente se inviertan en aquellos que están ó se curan en estos establecimientos. Porque es evidente, que el que deja ó dona en escritura, ó sin escritura, al encargado de un hospital de peregrinos, ó de un nosocomio, ó de un hospicio de pobres, ó de un asilo de huérfanos, dá por esto, para que piadosamente sea invertido por él mismo, como quiera que tenga muchas ocasiones para ejercer la piedad por causa de aquellos cuyo cuidado tiene á su cargo. Y no es ciertamente justo que lo que so pretexto de aquellos que están á su cuidado recibe, no lo gaste él en ellos ó para ellos, sino que lo quite para su propia persona, y lo aplique á lucro propio, con menosprecio del temor de Dios. Porque ¿quién no creerá que el nombrado para tal administración la tomó á su cargo para esto, para invertir en este objeto no solamente lo que de personas extrañas haya de ir á su poder, sino también todo lo que acaso él hubiere tenido?

§ 7.—También mandamos además esto, que todo lo que aconteciere quedar sobrante, después de los gastos necesarios hechos por estas personas en beneficio de aquellos que están encomendados al cuidado de las mismas, y después de la atención debida á los bienes y edificios, se aproveche para la compra de rentas. Porque es en todos casos nuestra intención, procurar el incremento y aumento de los bienes destinados á usos piadosos; porque así, cualquiera que quisiese hacer alguna cosa para la salvación de su alma, empleará de más buena gana sus bienes, si creyere que los que por él se hubieren dado habrán de ser piadosamente administrados.

§ 8.—Mas si aconteciere que cese alguien en la administración que desempeñó, mandamos que el que en su lugar le sucedió exija, con temor del señor Dios, las cuentas de la administración por

Digitized by Google

sicut divina nostra lege continetur; sciente et eo, qui post ipsum constitutus est, se domino Deo rationem esse hac de causa redditurum.

§ 9.—Praeterea sancimus, quemadmodum divinis canonibus definitum est, ne quis episcopus, aut chorepiscopus, aut visitator, aut circuitor, aut presbyter, aut alius cuiuscunque dignitatis clericus per largitionem ordinetur. Sed nec oeconomus, nec ecclesiae defensor, nec xenodochus, nec nosocomus, nec ptochotrophus, nec orphanotrophus, nec brephotrophus, nec ptochii praefectus per talem fiat largitionem, sed per iudicium et inquisitionem eorum, qui in illis locis sunt, Dei amantissimorum episcoporum praeponantur. Si vero quis inventus fuerit ob ordinationem et administrationem aliquid dedisse vel accepisse, sive episcopus sit sive clericus, et eum qui praebuit, et qui accepit, sacerdotio et clero eiici iubemus, praeter domini Dei condemnationem, cui obnoxii sunt. Quodsi quis per patrocinium factus sit et dedisse aliquid compertus fuerit, eum clero eiici iubemus. Si vero oeconomus, vel ecclesiae defensor, vel chorepiscopus, vel periodeuta vel xenodochus, vel nosocomus, vel ptochotrophus, vel orphanotrophus vel ptochio praepositus comperietur praebuisse quid, ut sibi cura illa committeretur, et hunc removeri ab huiusmodi cura iubemus.

§ 10.—Praeterea sancimus, ut omnes clerici per singulas ecclesias constituti per se ipsos nocturnas et matutinas et vespertinas preces canant, ne ex sola ecclesiasticarum rerum consumtione clerici appareant, nomen quidem habentes clericorum, rem autem non implentes clerici circa ministerium domini Dei. Turpe enim est, pro ipsis scriptos, necessitate ipsis inducta, canere. Si enim multi laicorum, ut suae animae consulant, ad sanctissimas ecclesias confluentes studiosos circa psalmodiam se ostendunt, quomodo indecens non fuerit, clericos ad id ordinatos non implere suum munus? Quapropter omnimodo clericos canere iubemus, et ipsos inquiri a suis episcopis Dei amantissimis, et duobus protopresbyteris in singulis ecclesiis, et ab archonte sive exarcho, quem vocant, et a defensore cuiusque sanctissimae ecclesiae, et eos, qui inventi non fuerint sine reprehensione in ministerio perseverare, extra clerum constitui. Nam qui constituerunt vel fundarunt sanctissimas ecclesias pro sua salute et communis reipublicae, reliquerunt illis facultates, ex quibus deberent sacra ministeria fieri, ut a piis clericis ecclesiarum ministris Deus colatur. Licentiam autem concedimus omni personae, quae quid horum praetermissum esse cognoverit, ea denuntiare et publicare.

§ 11.—Ea vero, quae a nobis sancita sunt, fini tradi et ad effectum perduci cum Dei benignitate, iubemus; eis vero, qui aliquid horum ausu temerario praetermiserint, primum quidem ex domini

aquel desempeñada, según se contiene en nuestra divina ley; sabiendo también el que después de él le sucedió, que por esta causa habrá de rendir cuentas al señor Dios.

§ 9.—Además de esto mandamos, así como se halla establecido en los divinos cánones, que ningún obispo, ó corepíscopo, ó visitador, ó inspector, ó presbítero, ú otro clérigo de cualquier dignidad, sea ordenado por dádivas. Pero ni el ecónomo, ni el defensor de la iglesia, ni el encargado de un hospital de peregrinos, ni el de un nosocomio, ni el de un hospicio de pobres, ni el de un asilo de huérfanos, ni el de una casa de expósitos, ni el prefecto de un hospicio de pobres, sea nombrado mediante tales dádivas, sino que sean designados por juicio é investigación de los obispos amantísimos de Dios, que en aquellos lugares hay. Mas si se hubiere descubierto que alguno dió ó recibió alguna cosa por la ordenación y la administración, ya sea obispo, ya clérigo, mandamos, que tanto el que la dió, como el que la recibió, sean echados del sacerdocio y del clero, sin contar con la condenación del señor Dios, á que están sujetos. Pero si se hubiere averiguado que alguno haya sido nombrado por patrocinio, y que dió alguna cosa, mandamos que sea expulsado del clero. Mas si se descubriere que el ecónomo, ó el defensor de la iglesia, ó el corepíscopo, ó el periodeuta, ó el encargado de un hospital de peregrinos, ó de un nosocomio, ó de un hospicio de pobres, ó de un asilo de huérfanos, ó el prepósito de un hospicio de pobres, dió alguna cosa para que se le confiase aquel cargo, mandamos que también este sea separado de tal cargo.

§ 10.—Mandamos además, que todos los clérigos establecidos en cada una de las iglesias canten por sí mismos las preces nocturnas, matutinas y vespertinas, para que no parezcan clérigos por el solo consumo de los bienes eclesiásticos, teniendo ciertamente el nombre de clérigos, pero no llenando el cometido del clérigo en el servicio del señor Dios. Porque cosa torpe es, que por ellos canten otros nombrados, estando impuesta á ellos mismos la necesidad. Porque si muchos láicos, acudiendo, para procurar por su alma, á las santísimas iglesias, se muestran aficionados á la salmodia, ¿cómo no será indecoroso que los clérigos ordenados para esto no llenen su cometido? Por lo cual mandamos, que de todos modos los clérigos hagan sus cánticos, y que sean vigilados por sus obispos amantísimos de Dios, y por dos protopresbíteros en cada iglesia, y por el que llaman arconte ó exarca, y por el defensor de cada santísima iglesia, y que los que no se hubiere hallado que perseveran sin reprensión en su ministerio, sean expulsados del clero. Porque los que constituyeron y fundaron las santísimas iglesias para su salvación y la de la común república, les dejaron bienes con los que debieran cumplirse los sagrados ministerios, para que por piadosos clérigos ministros de las iglesias se rinda culto á Dios. Mas á toda persona, que hubiere sabido que alguna de estas cosas ha sido desatendida, le damos licencia para denunciarla y publicarla.

§ 11.—Y mandamos, que estas disposiciones, que por nosotros han sido sancionadas, sean cumplimentadas y llevadas á efecto con la benignidad de Dios; mas á aquellos que con temerario atrevi-

Digitized by Google

Dei iudicio periculum, ac deinde positas in hac lege poenas (1) imminent.

Dat. Kal. Mart. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. II. Cons. [528.] (2).

43. [42.] *Idem A.* EPIPHANIO *archiepiscopo Constantinopolitano et patriarchae.*—Omnem semper adhibentes providentiam circa sanctissimas ecclesias, per quas et nostrum imperium sustineri, et communes res clementissimi Dei gratia muniri credidimus, nec non tam nostras quam ceterorum omnium animas studentes salvari, et eam ob rem solliciti assidue, ne commoda sanctissimarum ecclesiarum, in quacunque civitate sint constitutae, aliqua ratione minuantur, neve quae in ipsis fiunt divina ministeria, ex Dei amantissimorum sacerdotum absentia impediantur, aut non convenienter curentur, ac ne etiam sanctissimarum ecclesiarum consumantur res tam propter itinerum, quam etiam commeantium huc sacerdotum et comitantium clericorum et famulorum impensas, unde saepe pecuniae sub foenore sumendae necessitas emergit, et ex ea re onus ad ipsas sanctissimas ecclesias venit, praeter neglectam ecclesiasticarum rerum administrationem convenientem per absentiae Dei amantissimorum sacerdotum tempus; his ad tuam beatitudinem divinis apicibus uti oportere existimavimus.

§ 1.—Per quos ipsi iubemus, fieri manifestum omnibus sacerdotibus, per singulas metropoles uniuscuiusque provinciae ipsi subiectis, non decere aliquem ipsorum aut eorum, qui in aliis provinciarum civitatibus sub metropolitano ordinati sunt, episcoporum secundum propriam voluntatem, absque divina nostra speciali iussione, relinquere quidem gubernatam a se sanctissimam ecclesiam et in hanc felicem commeare civitatem, qualiscunque emergat res, sed mittere oportere huc unum aut duos ex sibi subiecto pio clero, et facere manifesta nostrae pietati ea, quibus opus habent, aut ipsis recta ad nos venientibus, aut per intermediam tuam beatitudinem, sicque perfrui iusta et compendiaria nostra ope. Si enim quippiam eorum, quae ad nos relata fuerunt, tale nobis visum fuerit, ut indigeat ipsorum Dei amantissimorum sacerdotum praesentia, tunc adesse iubebimus ipsos. Absque vero tali divina iussione neminem venire concedimus.

§ 2.—Sciente horum transgressore, et recte ac pie introductam a nobis pro sanctissimarum ecclesiarum honore observantiam praetereunte, se non parvam indignationem experturum. Sed et ab ecclesia separabitur, siquidem metropolites sit, a tua beatitudine, si vero civitatis sit episcopus, quae metropolitae subiecta est, ab ipso metropolita. Pecuniariam enim poenam definire contra transgressores divinae nostrae dispositionis, non necessarium putavimus, ne ad sanctissimas ecclesias, quod inde evenerit damni, redundet, quarum res ab omni deminutione liberas manere cupimus.

miento hubieren desatendido alguna de estas cosas, les amenazará en primer lugar ciertamente el castigo por juicio del señor Dios, y después las penas establecidas en esta ley.

Dada en Constantinopla las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [528.]

43. [42.] *El mismo Augusto á* EPIFANIO, *arzobispo de Constantinopla y patriarca.*—Prestando siempre toda nuestra atención á las santísimas iglesias, por las que hemos creido que se sostiene nuestro imperio, y que con la gracia de Dios clementísimo se afianza el bien común, y procurando también que se salven tanto nuestra alma como las de todos los demás, y solícitos asiduamente por este objeto, para que por ninguna razón se disminuyan los provechos de las santísimas iglesias, en cualquier ciudad que se hallen constituidas, y para que los divinos oficios que en las mismas se hacen no se vean impedidos por la ausencia de sacerdotes amantísimos de Dios, ó no sean atendidos inconvenientemente, y asimismo para que no se consuman los bienes de las santísimas iglesias por los gastos tanto de viajes, como también de los sacerdotes que á ellas van y de los clérigos y fámulos que les acompañan, de donde surge muchas veces la necesidad de tomar dinero á interés, y de ello proviene para las mismas santísimas iglesias una carga, además de quedar descuidada la conveniente administración de los bienes eclesiásticos durante el tiempo de la ausencia de los sacerdotes amantísimos de Dios; hemos creido que debíamos dirigirnos á tu beatitud con estas líneas.

§ 1.—Por las que mandamos á la misma, que haga saber á todos los sacerdotes, á ella sometidos en cada una de las metrópolis de cada provincia, que no es conveniente que ninguno de ellos, ó de los obispos que en otras ciudades de las provincias fueron ordenados bajo la autoridad del metropolitano, deje ciertamente por su propia voluntad, y sin nuestro divino mandato especial, la santísima iglesia por él gobernada, y venga á esta feliz ciudad, cualquiera que sea el caso que ocurra, sino que debe enviar aquí á uno ó dos individuos del piadoso clero á él sometido, y manifestar á nuestra piedad las cosas de que tienen necesidad, ó viniendo ellos mismos directamente á nosotros, ó por mediación de tu beatitud, y de este modo disfrutar de nuestro justo y pronto auxilio. Porque si alguna cosa de las que se nos hayan referido nos pareciere tal, que requiera la presencia de los mismos sacerdotes amantísimos de Dios, mandaremos entonces que ellos mismos se presenten. Pero sin tal divino mandato no permitimos que nadie venga.

§ 2.—Sabiendo el transgresor, y el que desatienda esta observancia, recta y piadosamente introducida por nosotros en honor de las santísimas iglesias, que habrá de soportar no pequeña indignación. Pero también será separado de la iglesia por tu beatitud, si fuera metropolitano, y si obispo de ciudad que esté subordinada á un metropolitano, por el mismo metropolitano. Porque no hemos considerado necesario señalar pena pecuniaria contra los transgresores de nuestra divina disposición, para que el daño que de aquí proviniere no recaiga sobre las santísimas iglesias, cuyos bienes deseamos que permanezcan libres de toda disminución.

(1) *En vez de* positas—poenas *parece que debe leerse* positae—poenae.—*N. del Tr.*

(2) *Esta ley se halla íntegra en la Coll. 25. cap. IV., y en epítome en la Collect. constit. eccles. I. 3. 41. y 42. El texto está ajustado al de Ant. Agust.* (*Coll. p. 36.*)

Digitized by Google

§ 3.—Haec igitur tua sanctitas ad omnium notitiam, qui sub ipsa Dei amantissimi metropolitani episcopi ordinati sunt, perferre studeat, et ab unoquoque missas responsiones tam a metropolitis, quam ab ipsis reliquarum provinciae civitatum Dei amantissimis episcopis de his, quae hac de re didicerint, ad nostram pietatem referrre.

Dat. X. Kal. Mart. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. II. Cons. [528.] (1).

44. [43.] *Idem A.* MENNAE *P. P.*— Sanctissimarum ecclesiarum et piorum monasteriorum decori consulentes, interdicimus omnibus habitantibus monasteria, conversari cum mulieribus monastriis, aut occassionem aliquam excogitare, qua communicationem aliquam cum ipsis habeant (hoc enim iustam suspicionem introducit, assidue eos et quum voluerint, cum ipsis congredi), sed ita segregatos esse, ut nullum commercium inter se ob ullam causam habeant ipsi, neque excogitari aliquam occasionem vel illis vel his mutuae inter se commorationis; sed soli per se viri in quolibet monasterio degant, a vicinis sibi per quamcunque causam monastriis segregati; solae item per se mulieres non commistae viris, ut omnis suspicio indecorae conversationis penitus tollatur. Sed si viri fuerint plures, oportet providentia singularum civitatum episcoporum feminas in alium convenientem locum transferri, et dari monasterium ipsis, in quo oporteat per se ipsas in posterum honeste conversari. Sin plures inveniantur feminae, aut etiam pari numero, viros quidem transferri, feminas autem in monasterio manere, ita ut res ipsius monasterii mobiles et immobiles et se moventes hi, qui exeunt, cum his, qui manent, pro rata dividant. Ad necessarias autem decisiones apud se degentium separatim mulierum unus senex a Dei amantissimo episcopo civitatis designetur; ad divina vero peragenda ministeria, et sanctam communionem ipsis praestandam unus presbyter et unus diaconus honestae vitae constituantur, qui sola supradicta agere debeant, non etiam convesci aut cohabitare cum ipsis. His enim servatis, et ipsis felix vita erit, qui solitariam vitam elegerint, et communis nostrae reipublicae res paratiorem consequentur a Deo clementissimo opem. Quae igitur super communibus rebus et nunc recte se habere existimavimus, haec sunt, et credidimus, non parvam hinc visum iri additam iis ex divina nostra constitutione utilitatem.

§ 1.—Sed custodia diligentissima opus est, ne ullo modo haec migrentur; quae non aliter continget, quam si Dei amantissimi cuiusque civitatis episcopi inspiciant diligenter monachorum degentium in monasteriis sub sua cura ordinatis conversationes, et, si quid senserint huiusmodi lapsus, omnibus modis compescant tale inceptum, et poenis subiiciant eos, qui post nostram prohibitionem

§ 3.—Procure, pues, tu santidad, llevar estas disposiciones á conocimiento de todos los obispos metropolitanos amantísimos de Dios, que bajo la misma fueron ordenados, y comunicar á nuestra piedad las respuestas enviadas por cada uno, tanto por los metropolitanos, como por los mismos obispos amantísimos de Dios, de las demás ciudades de la provincia, sobre lo que acerca de este particular se hubieren informado.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [528.]

44. [43.] *El mismo Augusto á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Proveyendo al decoro de las santísimas iglesias y de los piadosos monasterios, prohibimos á todos los que habitan monasterios, que conversen con mujeres monjas, ó que busquen alguna ocasión en la que tengan alguna comunicación con las mismas, (porque infunde legítima sospecha que asíduamente y cuando quisieren se reunan ellos con las mismas), sino que de tal modo estén separados, que no tengan ellos mismos ningún comercio entre sí por causa alguna, ni busquen ninguna ocasión, ó para ellos, ó para estas, para tener entre sí morada mútua; sino que solos vivan por sí los varones en cualquier monasterio, separados de las monjas que por cualquier causa sean vecinas suyas; y asimismo solas por sí las mujeres, no mezcladas con los varones, para que se quite por completo toda sospecha de comunicación indecorosa. Pero si fueren más los varones, procece que por providencia de los obispos de cada una de las ciudades sean trasladadas las mujeres á otro lugar conveniente, y que se les dé á las mismas un monasterio, en el que honestamente deban vivir por sí mismas en lo sucesivo. Mas si se hallaran en mayor, ó aún en igual número, las mujeres, que ciertamente sean trasladados los varones, y permanezcan en el monasterio las mujeres, de suerte que los que salen se dividan á prorata con los que se quedan los bienes muebles, inmuebles y semovientes del mismo monasterio. Mas para las necesarias decisiones de las mujeres, que en su casa vivan separadamente, designese un anciano por el obispo de la ciudad amantísimo de Dios; y para el desempeño de los divinos servicios, y para darles á las mismas la santa comunión, nómbrense un presbítero y un diácono de vida honesta, los cuales deberán hacer solo lo antes dicho, no también comer y habitar con ellas mismas. Porque observadas estas disposiciones, tendrán una vida feliz los que hubieren elegido la vida solitaria, y los intereses de nuestra común república obtendrán de Dios clementísimo más propicio auxilio. Estas son, pues, las disposiciones que sobre los intereses comunes y en la actualidad hemos considerado convenientes, y hemos creido que habría de parecer que no pequeña utilidad se ha añadido desde hoy á aquellos en virtud de nuestra divina constitución.

§ 1.—Pero es necesaria diligentísima vigilancia para que de nigún modo se quebranten estas disposiciones; la cual no existirá de otro modo, que si los obispos de cada ciudad amantísimos de Dios inspeccionan diligentemente la manera de ser de los monjes que viven en monasterios establecidos bajo su cuidado, y si conociendo alguna infracción de esta naturaleza, reprimen de todos modos tal intento, y

(1) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. V., y en epítome en la Coll. Constit. eccles. I. 3. 43. (Voëlli. bibl. II. p. 1259.), de la que se sirvió Phot. en el Nomoc. VIII. 2. El texto se ajusta al publicado por Ant. Agust., (Coll. p. 45.), el cual fué reproducido por Cont. 71. y por los demás.*

Digitized by Google

adhuc talia perpetrant, et cogant, ut eorum conversationes sint purae et separatae ab omni commercio muliebri. Nam et ipsis Dei amantissimis episcopis, si hoc recte aestimare voluerint, perspicuum est, propter observationem honestae huius devotissimorum monachorum conversationis, et si nihil indecens aut inhonestum acciderit, clementem Deum propitium res communes nostrae reipublicae acturum esse.

§ 2.—Sed ne vel ipsi Dei amantissimi episcopi supervacuum ducant hoc nostrum praeceptum, nosse ipsos volumus, quod, si quis ipsorum non cum omni diligentia haec investigare, aut manifestum lapsum non secundum praedictos modos emendare videatur, obnoxius quidem erit iudicio domini Dei, et nunc in ipsum veniet ex imperiali nostro motu ultio, et circa ipsum periclitabitur sacerdotium, ita ut alio maiore malo non indigeat.

§ 3.—Tua igitur excellentia divinam nostram hanc constitutionem manifestam faciat cuiuscunque metropoleos Dei amantissimis episcopis, et clarissimis praesidibus provinciarum, addens, quod et ipsi, si opus sit, omne ferant auxilium religiosissimis civitatum episcopis ad haec coërcenda, quae tolli iussimus. Et si qua negligentia eos usos esse invenerint, manifestam eam nobis facient suis relationibus, ut utique omnes cognoscant, quaenam ab ipsis servari debeant, et definitam in contemnentes poenam. Curent autem Dei amantissimi metropolitae etiam aliis reverendissimis civitatum episcopis eiusdem provinciae facere manifestam divinam hanc nostram legem, et denuntiare omnibus, ut vigili studio haec custodiant, verentes definitam poenam.

§ 4.—Ac ne protrahatur plena observatio divinae nostrae huius legis, neve ipsi reverendissimi monachi, qui nunc sub eodem tecto vivunt cum monastriis, parvum putent tempus sibi dari ad debitam separationem faciendam, annale ipsis definimus, computandum ab eo die, quo manifesta divina nostra lex haec facta fuerit; ita ut post anni curriculum, si appareant ea, quae ad convictum attinent, in eodem manere statu, locus sit omnimodo insertis divinae huic nostrae legi poenis.

Dat. XV. Kal. (1) Febr. CP. DECIO V. C. Cons. [529.] (2).

45. [44.] *Idem A.* IULIANO *P. P.*—Sacris canonibus neque Dei amantissimis presbyteris, neque reverendissimis diaconis aut subdiaconis nuptias contrahere post huiusmodi ordinationem permittentibus, sed solis reverendissimis cantoribus et lectoribus id concedentibus, animadvertimus quosdam despicere sacros canones, et liberos generare ex mulieribus, quibus coniungi secundum sacerdotalem regulam non possunt. Quoniam vero poena facinoris huius in sola sacerdotii erat amissione, sacros autem canones non minus, quam leges valere, etiam nostrae volunt leges, sancimus, ut obtineant in illis, quae sacris visa sunt canonibus,

sujetan á penas á los que después de nuestra prohibición aún perpetran tales actos, y les obligan á que sea pura y esté separada de todo comercio con mujeres la manera de ser de ellos. Porque es evidente aún para los mismos obispos amantísimos de Dios, si rectamente quisieren considerar esto, que por la observancia de esta honesta manera de vivir de los devotísimos monjes, y si nada indecoroso ó deshonesto aconteciere, Dios clemente habrá de favorecer propicio los intereses comunes de nuestra república.

§ 2.—Mas para que ni aún los mismos obispos amantísimos de Dios consideren supérfluo este precepto nuestro, queremos que los mismos sepan, que si alguno de ellos no investigase estas cosas con toda diligencia, ó no pareciera corregir según las antedichas maneras una manifiesta infracción, quedará ciertamente sujeto al juicio del señor Dios, recaerá por ahora sobre él el castigo en virtud de nuestra imperial resolución, y peligrará en él el sacerdocio, de suerte que no necesite alguna pena mayor.

§ 3.—Haga, pues, conocer tu excelencia esta nuestra divina constitución á los obispos amantísimos de Dios, de cualquier metrópoli, y á los muy esclarecidos presidentes de las provincias, añadiendo, que también ellos, si fuera necesario, presten toda clase de auxilio á los religiosísimos obispos de las ciudades para corregir esto, que hemos mandado que desaparezca. Y si hallaren que procedieron ellos con alguna negligencia, nos la harán saber en sus relaciones, para que ciertamente conozcan todos qué cosas deban observarse por los mismos, y la pena establecida contra los que las desatiendan. Mas cuiden los metropolitanos amantísimos de Dios de hacer conocer esta nuestra divina ley también á los otros reverendísimos obispos de las ciudades de la misma provincia, y de prevenirles á todos, que con celoso empeño guarden estas disposiciones, temiendo la pena establecida.

§ 4.—Y para que no se demore la plena observancia de esta nuestra divina ley, ó para que los mismos reverendísimos monjes, que ahora viven bajo un mismo techo con monjas, no consideren que se les concede corto tiempo para hacer la debida separación, les señalamos á los mismos el de un año, que se ha de computar desde el día en que se les hubiere hecho saber esta nuestra divina ley; de suerte que después del trascurso del año, si se viera que permanece en el mismo estado lo que á la vida en común atañe, haya de todos modos lugar á las penas insertas en esta nuestra divina ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

45. [44.] *El mismo Augusto á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—No permitiendo los sagrados cánones, ni á los presbíteros amantísimos de Dios, ni á los reverendísimos diáconos ó subdiáconos, contraer nupcias después de tal ordenación, sino concediendo esto solamente á los reverendísimos cantores y á los lectores, hemos sabido que algunos desprecian los sagrados cánones, y engendran hijos en mujeres con quienes no pueden unirse según la regla sacerdotal. Mas como la pena de este delito consistía en la sola pérdida del sacerdocio, y también nuestras leyes quieren que los sagrados cánones no tengan menos eficacia que

(1) V. Kal. *dice al márgen Ant. Agust. que léen otros.*
(2) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. c. VI., y en epitome en la Coll. constit. eccles. I. 3. 11. El texto se ajusta al publicado por Ant. Agust., (Coll. p. 48.)*

Digitized by Google

perinde ac si civilibus inscripta essent legibus, et ut omnes istiusmodi homines tam sacerdotio, quam divino ministerio, atque etiam dignitate ipsa, quam habent, priventur. Quemadmodum enim sacris canonibus prohibita sunt talia, sic et secundum nostras leges eadem vetantur, et praeter supradictam excidendi a ministerio poenam, ne legitimis quidem sint ii, qui ex huiusmodi inordinata coniunctione nascuntur aut nati sunt, sed eam, quae ex talibus seminibus oritur, participent turpitudinem. Tales enim eos esse disponimus, quales leges ex incestis aut nefariis natos nuptiis definiunt, ita ut ne quidem naturales aut spurii intelligantur, sed undequaque illiciti, et successione genitorum indigni, neque donationem ab illis capere possint, neque ipsi, neque horum matres, ne per interpositas quidem personas, sed omnibus in hos collatis a patribus beneficiis ad sanctam ecclesiam, ex qua sunt, qui talia deliquerunt, revertentibus. Quod enim sacri canones prohibent, id etiam et nos per nostras vetamus leges. Si vero simulata quaedam obligatio sub specie mutui vel alterius contractus fiat, quae obligatum faciat eum, qui huiusmodi stuprationis particeps factus est, tum hanc infirmam esse volumus, tum talium rerum dationem non ad eam personam, in quam concepta sunt scripta, sed ad sanctissimam ecclesiam pervenire.

Dat. XV. Kalend. Novembr. CP. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.] (1).

46. [**45.**] *Idem A.* IULIANO *P. P.*—Iubemus, si quis moriens piam fecerit dispositionem vel per institutionis modum, vel per legatum, vel fideicommissum, vel mortis causa donationem, vel alium quemcunque modum legitimum, sive iniunxerit pro tempore episcopo curam agere, ut impleantur, quae ipse voluit, sive et hoc reticuerit, sive contra id prohibuerit, necessitatem habere heredes id, quod ordinatum est, facere et adimplere omnimodo; quod si id sponte non fecerint, confestim Dei amantissimos episcopos loci curiosos esse circa haec et expostulare, ut illi omnia impleant secundum voluntatem defuncti. Sed si quidem ecclesiae aedificationem iniunxerit testator, intra triennium ut perficiatur, operam dent, si vero xenonis exstructionem, intra unum annum duntaxat id fieri cogant, quum sufficiat tempus hoc constitutum ad perficienda, quae placuerunt testatoribus. Namque potest et domus conduci, et infirmi illic in lectis sterni, donec opus aedificandi xenonis compleatur. Si vero quaedam dare simul (2) ad pias causas iussi fuerint, hos confestim cogant id facere, hoc est post testamenti insinuationem et post apprehensam hereditatem vel legatum ab iis, qui honorati sunt.

(1) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. VII., y en epítome en la Coll. constit. eccles. I. 3. 45. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 53.)*

(2) *En el original griego se lée ἅπαξ, por lo que parece que en lugar de* simul *deberia leerse* sen el, (*una vez*), *en cuyo caso la traducción seria:* «Mas si se les hubiere mandado dar una sola vez algunas cosas para objetos piadosos...».—*N. del Tr.*

las leyes, mandamos que se apliquen á las cosas que se consideraron en los sagrados cánones, lo mismo que si hubiesen sido comprendidas en las leyes civiles, y que todos estos hombres sean privados, así del sacerdocio, como de su divino ministerio, y también de la misma dignidad que tienen. Porque así como tales cosas están prohibidas por los sagrados cánones, así también están vedadas las mismas según nuestras leyes, y además de la sobredicha pena de salir de su ministerio, no sean ciertamente legítimos los que de tal desordenada conjunción nacen ó nacieron, sino que participen de la torpe condición que nace de tales engendros. Porque disponemos que ellos sean tales, cuales definen las leyes á los nacidos de nupcias incestuosas ó nefandas, de suerte que ciertamente no sean considerados naturales, ó espurios, sino absolutamente ilícitos, é indignos de la sucesión de sus padres, y no puedan recibir de ellos donación, ni para sí mismos, ni para sus madres, ni ciertamente por interpuestas personas, sino que todos los beneficios á ellos colacionados por sus padres reviertan á la santa iglesia, de que son los que de tal modo delinquieron. Porque lo que prohiben los sagrados cánones, esto vedamos también nosotros por nuestras leyes. Mas si se hiciera alguna obligación simulada so color de mútuo, ó de otro contrato, la cual obligue al que se hizo partícipe de semejante estupro, en tal caso queremos que aquella sea nula, y que la dación de tales bienes vaya á poder, no de aquella persona á cuyo favor fueron extendidas las escrituras, sino de la santísima iglesia.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTES, varones esclarecidos. [530.]

46. [**45.**] *El mismo Augusto á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que si alguno al morir hubiere hecho una piadosa disposición, ó por vía de institución, ó por legado, ó por fideicomiso, ó por donación por causa de muerte, ó de otro cualquier modo legítimo, ya si hubiere encomendado al que entonces fuere obispo que cuidase de que se cumplan las disposiciones que él quiso, ya si sobre esto hubiere callado, ya si por el contrario lo hubiere prohibido, tengan necesidad los herederos de hacer y de cumplir de todos modos lo que se dispuso; y si espontáneamente no lo hicieren, muéstrense al punto diligentes respecto de esto los obispos de la localidad, amantísimos de Dios, y exijan que aquellos lo cumplan todo conforme á la voluntad del difunto. Mas si verdaderamente el testador hubiere dispuesto la edificación de una iglesia, procuren que se termine dentro de un trienio, y si la construcción de un hospital de peregrinos, obliguen á que se haga este dentro de un solo año, como quiera que baste este tiempo fijado para la terminación de lo que á los testadores les hubiere placido. Porque puede tomarse también en arrendamiento una casa, y colocarse allí en camas los enfermos, hasta que se termine la obra del hospital de peregrinos que se edifica. Mas si se les hubiere mandado dar al mismo tiempo algunas cosas para objetos piadosos, obliguenlos inmediatamente á hacerlo, esto es, después de la insinuación del testamento y después recibida la herencia ó el legado por los que fueron honrados con el encargo.

Digitized by Google

§ 1.—Si autem transierit praedictum tempus, ac neque ecclesia, neque xenon aedificatus fuerit, neque xenodochus adsit, qui hoc ordinet, mox ipsi Dei amantissimi episcopi exigant ea, quae hac de causa relicta sunt, et in id recte adquisita, faciantque exstructiones sanctissimarum ecclesiarum et xenonum, vel gerontocomiorum vel orphanotrophiorum ordinationem, aut ptochotrophiorum vel nosocomiorum institutionem, aut captivorum redemtionem, aut aliam quamlibet actionem piam, a testatore ordinatam. Designent etiam, qui haec administrent, xenodochos, vel orphanotrophos, vel brephotrophos, vel gerontocomos, vel denique piarum actionum dispensatores et curatores; nec amplius valeant post dicti temporis lapsum et dictam oblivionem ii, qui ista non fecerint, immiscere se praedictarum rerum administrationi, aut Dei amantissimos episcopos impedire ab illarum rerum administratione.

§ 2.—Clarissimi praesides provinciarum necessitatem imponant heredibus omnimodo ea perficiendi. Namque et veteribus definitum est legibus, necessitatem imponi implendi deficientium voluntates eis, quibus permittitur habere, quae illi reliquerunt.

§ 3.—Sed Dei amantissimi episcopi, si testatores diserte aliquos praeposuerint rebus, veluti xenodochos, vel ptochotrophos, aut nosocomos, aut brephotrophos aut orphanotrophos, aut gerontocomos, aut paramonarios, aut oeconomos, aut denique piarum actionum administratores, illis quidem permittant habere administrationem, ipsi vero non administrent, sed administrationem illorum inspiciant, et recte gestam laudent, ullo autem respectu negligentem corrigant; administratione vero pessime gesta, etiam eos expellant, et alios instituant, qui animo concipiant magni Dei timorem, et terribilem magni et aeterni iudicii diem, ad quam respicientes convenit omnia facere ex mente in Dei voluntatem directa. Si vero neminem diserte hi, qui moriuntur, praestituerint administrationi, sed in heredum potestate totum posuerint, hi autem rem neglexerint, tunc ipsi Dei amantissimi episcopi et administrent, et praeponant suprascriptas personas, ut ptochotrophos, aut nosocomos, et ceteros, qua etiam in re magni Dei honorem mente teneant, ut omni modo et via et arte effectum perducantur, quae pie ordinata sunt.

§ 4.—De omni autem tempore, per quod distulerint facere disposita scripti heredes, eos cogi solvere et fructus, et reditus, et omnem legitimam accessionem a tempore mortis testatoris sancimus, non habita ratione morae a litis contestatione aut conventione, sed ipso iure fieri videatur mora, quae dici solet, et locum habeat fructuum et aliarum rerum accessio.

§ 5.—Hoc idem obtineat, si non ab herede, sed a fideicommissario aut legatario relictum fuerit

§ 1.—Mas si hubiere transcurrido el tiempo antes dicho, y no se hubiere edificado ni la iglesia, ni el hospital de peregrinos, ni hubiera encargado del hospital de peregrinos, que esto dispusiera, exijan inmediatamente los mismos obispos amantísimos de Dios los bienes, que se dejaron por esta causa, y para esto se adquirieron debidamente, y hagan las construcciones de las santísimas iglesias y de los hospitales de peregrinos, ó la instalación de los hospicios de ancianos ó de los asilos de huérfanos, ó la fundación de hospicios de pobres ó de nosocomios, ó la redención de cautivos, ú otra cualquiera acción piadosa ordenada por el testador. Designen también encargados de los hospitales de peregrinos, ó de los asilos de huérfanos, ó de las casas de expósitos, ó de los hospicios de ancianos, que los administren, ó por último, los ejecutores y curadores de las obras pías; y los que no hubieren hecho estas cosas, no puedan ya después del lapso de dicho tiempo y del mencionado olvido inmiscuirse en la administración de los bienes antes dichos, ó excluir de la administración de tales bienes á los obispos amantísimos de Dios.

§ 2.—Impongan los muy esclarecidos presidentes de las provincias á los herederos la necesidad de cumplimentar de todos modos estas disposiciones. Porque también en las antiguas leyes se halla establecido, que se impone la necesidad de cumplir la voluntad de los que fallecen á aquellos á quienes se les permite tener lo que ellos dejaron.

§ 3.—Pero los obispos amantísimos de Dios, si los testadores hubieren puesto al frente de las cosas determinadamente á algunas personas, como encargados de hospitales de peregrinos, ó de hospicios de pobres, ó de nosocomios, ó de casas de expósitos, ó de asilos de huérfanos, ó de hospicios de ancianos, ó como paramonarios, ó ecónomos, ó finalmente administradores de las obras pías, permítanles ciertamente tener la administración, y no administren ellos, pero inspeccionen la administración de los mismos, y elogien la bien llevada, y corrijan la negligente bajo algún respecto; pero llevada pésimamente la administración, expulsen también á aquellos, y nombren otros, que conciban en su alma el temor de Dios grande, y el terrible día del grande y eterno juicio, atendiendo al cual conviene que lo hagan todo con la mente dirigida á la voluntad de Dios. Mas si los que mueren no hubieren designado claramente á nadie para la administración, sino que todo lo hubieren dejado al arbitrio de los herederos, y estos hubieren desatendido la cosa, en este caso administren los mismos obispos amantísimos de Dios, y nombren las antedichas personas, como los encargados de los hospicios de pobres, ó de los nosocomios, y los demás, y también en esto atiendan mentalmente á la honra de Dios grande, para que de todos modos, con diligencia y arte se lleve á efecto lo que piadosamente se haya dispuesto.

§ 4.—Pero mandamos, que de todo el tiempo por que hubieren diferido los herederos instituidos hacer lo dispuesto, sean obligados á entregar los frutos, y los intereses, y toda legítima accesión, á partir desde la muerte del testador, sin que se tenga cuenta de la mora desde la contestación de la demanda ó desde la citación, sino que se entienda que de derecho se produce la mora, como suele llamarse, y tenga lugar la accesión de los frutos y de las otras cosas.

§ 5.—Obsérvese esto mismo, si no á cargo del heredero, sino de un fideicomisario, ó de un lega-

Digitized by Google

huiusmodi pium legatum, atque hoc susceperit is, qui legato honoratus est; tunc etiam liceat Dei amantissimis episcopis poscere ab his honoratis, ut faciant disposita.

§ 6.—Si vero neglexerint Dei amantissimi episcopi id agere, forte illecti a scriptis heredibus, vel legatariis, vel fideicommissariis, licentia erit aut metropolitano provinciae, aut archiepiscopo eiusdem dioeceseos haec cognoscenti, inquirere et cogere, ut pium opus aut pia liberalitas omnimodo impleatur; et cuicunque civium volenti idem etiam facere licebit. Quum enim sit communis pietatis ratio, communes etiam debent esse curae, ut hoc ad finem perducatur; et habeat unusquisque licentiam, ex nostra hac lege movere ex lege condictitiam, et exigere, ut relicta adimpleantur. Sciat autem, qui haec neglexerit Dei amantissimus episcopus, se praeter imminentes de coelo poenas etiam imperialem indignationem ob huiusmodi incuriam experturum esse.

§ 7.—Ut autem adhuc maiore metu terreantur heredes morientium, vel harum rerum faciendarum onere gravati, ne ea facere differant, et hoc sancimus, ut, si a Dei amantissimis episcopis conventi his rebus honorati in mora perseveraverint, ita ut praesidum exactione opus fuerit, confestim non solum simplum, quod relictum est, sed omnino duplum exigatur. Si enim apud veteres erant quaedam causae, in quibus ex inficiatione dupla condemnationis inducebantur, quomodo non etiam hic eos, qui non solum non sponte fecerint, sed tempus praeterea protraxerint, et postremo compulsi a Dei amantissimis episcopis, ac neque ipsis statim parentes, opus habuerint etiam praesidali exactione, dupli exactione convenit castigari?

§ 8.—Si vero testatores voluerint, ut ipsorum heredes aliquando morituri actionem aliquam implerent piam, non autem intra vitae tempus, et hoc observetur, et non intra id tempus heredes cogantur facere quid eorum, quae testator post ipsorum mortem voluerit fieri; quum vero morientur, necesse habeant omnimodo ista implere. Dilatione autem aliqua ab ipsorum heredibus facta, tunc necesse est illa fieri, quae ante disposuimus.

§ 9.—Si vero quae vocantur annua legata relicta fuerint aut donata clero forte aut monasterio, aut ascetriis, aut diaconissis, aut ptochiis, aut xenonibus, aut nosocomiis, aut brephotrophiis, aut sanctissimarum ecclesiarum pauperibus, aut simpliciter coetibus quibusdam piis, aut omnino non prohibitis ex plebe collegiis, velint autem aliquo tempore hi, qui tunc reperiuntur, auro accepto super tali actione transigere, non liceat id agere, neque quod factum fuerit, ratum sit, imo et privationem rerum qui haec redemit vel transegit, sustineat. Quoniam vero necessario iis, qui aliqua parte temporis fuerint, magna erit pecuniarum copia, ii autem, qui futuri sunt, omnimodo relictis privantur, nec ipsum annuorum nomen, neque pertario, se hubiere dejado semejante piadoso legado, y de este se hubiere encargado el que fué honrado con el legado; también entonces les sea lícito á los obispos amantísimos de Dios exigir á los que con ellos hayan sido honrados, que hagan lo dispuesto.

§ 6 —Mas si hubieren descuidado hacer esto los obispos amantísimos de Dios, acaso incitados por los herederos instituidos, ó por los legatarios, ó por los fideicomisarios, tendrá facultad ó el metropolitano de la provincia, ó el arzobispo de la misma diócesis, que tenga conocimiento de esto, para hacer averiguaciones y obligar á que de todos modos se realice la obra pía, ó la piadosa liberalidad; y á cualquier ciudadano que lo desee le será lícito hacer también lo mismo. Porque siendo común la razón de la piedad, también deben ser comunes los cuidados, para que esto se lleve á cabo; y tenga cada cual licencia para intentar en virtud de esta ley nuestra la acción condicticia nacida de la ley, y para exigir que se cumpla lo dejado dispuesto. Mas sepa el obispo amantísimo de Dios, que hubiere descuidado esto, que, además de las penas que del cielo le amenacen, habrá de experimentar también la indignación imperial por semejante incuria.

§ 7.—Mas para que aún con mayor miedo se amedrenten los herederos de los que mueren, ó los gravados con la carga de hacer estas cosas, para que no demoren ejecutarlas, mandamos también esto, que si reconvenidos por los obispos amantísimos de Dios los honrados para estas cosas, hubieren perseverado en mora, de suerte que hubiere sido necesaria la exacción de los presidentes, se les exija desde luego no solo el simple importe de lo que se dejó, sino absolutamente el duplo. Porque si para los antiguos había algunas causas, por las que en virtud de la negativa se imponía el duplo de la condena, ¿cómo no convendrá que también aquí sean castigados con la exacción del duplo, los que no solo no hubieren obrado expontáneamente, sino que además hubieren alargado el tiempo, y al fin compelidos por los obispos amantísimos de Dios, y no obedeciéndoles inmediatamente, hubieren hecho necesaria también la exacción por el presidente?

§ 8.—Mas si los testadores hubieren querido, que sus herederos hicieran alguna acción piadosa cuando hubiesen de morir, mas no durante el tiempo de su vida, cúmplase esto, y durante este tiempo no se obligue á los herederos á hacer cosa alguna de las que el testador hubiere querido que se hagan después de la muerte de los mismos; mas cuando murieren, tengan absoluta necesidad de ejecutarlas. Pero tenida alguna dilación por los herederos de ellos mismos, es entonces necesario que se haga lo que antes hemos dispuesto.

§ 9.—Pero si se hubieren dejado ó donado los que se llaman legados ánuos, acaso al clero ó á un monasterio, ó á las ascetas, ó á las diaconisas, ó á los hospicios de pobres, ó á los hospitales de peregrinos, ó á los nosocomios, ó á las casas de expósitos, ó á los pobres de las santísimas iglesias, ó simplemente á algunas asociaciones piadosas, ó á congregaciones de la plebe no prohibidas en manera alguna, y en algún tiempo quisieran los que entonces vivan transigir, mediante dinero recibido, sobre tal acción, no sea lícito hacerlo, ni sea válido lo que se hubiere hecho, antes bien, sufra la privación de sus bienes el que redimió estos gravámenes, ó sobre ellos transigió. Porque, á la verdad, necesariamente tendrán gran abundancia

Digitized by Google

(3) *Ms. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal.;* sed, *habiendo omitido* ad, *mms. Pl. 1. 2. Gt.;* sed et ad, *Russ. y los demás;* sed in, *anota al márgen Russ., que léen otros.*
(4) reverentiam, *mms. Pl. 1. 2. Bg.*

Digitized by Google

si (1), a parentibus sanctimonialium virginum, vel viduarum, vel diaconissarum, aut earum consanguineis, vel tutoribus, seu curatoribus convicti interficiantur. Sin autem post commissum tam detestabile crimen aut potentatu raptor se defendere, aut fuga evadere (2) potuerit, in hac quidem regia urbe tam viri excelsi (3), praefecti praetorio, quam gloriosissimus praefectus (4) urbi, in provinciis autem tam viri eminentissimi, praefecti praetorio per Illyricum et Africam (5), quam magistri militum per diversas nostri orbis regiones, nec non vir spectabilis, praefectus Aegypti, et vicarii, et proconsules, et nihilominus viri spectabiles duces, et viri clarissimi, rectores provinciarum, nec non alii cuiuslibet ordinis iudices, qui in locis illis (6) inventi fuerint, simile studium cum magna sollicitudine adhibeant, ut eos possint comprehendere, et comprehensos in tali crimine post legitimas et iuri cognitas probationes, sine fori praescriptione, durissimis poenis afficiant, et mortis condemnent supplicio. Bona autem eorum, si hoc commissum fuerit in sanctimonialem virginem, quae vel in asceterio vel monasterio degit, sive eadem virgo diaconissa constituta sit, sive non, eidem monasterio vel asceterio, ubi consecrata est, addicantur, ut ex his rebus et ipsa solatium habeat, dum vivit, sufficiens, et res omnes sacrosanctum asceterium seu monasterium pleno habeat dominio. Sin autem diaconissa, cuiuscunque ecclesiae sit, in (7) nullo tamen monasterio vel asceterio (8) constituta est (9), sed per se degit, raptoris eius substantia ecclesiae, cuius diaconissa est, assignetur, ut ex his facultatibus ipsa quidem usumfructum, dum superest, ab eadem ecclesia consequatur, ecclesia vero omnem proprietatem et plenam possessionem earundem rerum nostro habeat beneficio; nemine vel iudice vel quacunque alia persona haec audente contemnere. Poenas autem, quas praediximus, id est mortis et bonorum amissionis (10), constituimus non tantum adversus raptores, sed etiam contra eos, qui hos comitati in ipsa invasione et rapina fuerint. Ceteros autem omnes, qui conscii et ministri huiusmodi criminis reperti et convicti fuerint, vel eos susceperint, vel quamcunque opem eis tulerint (11), sive masculi sive feminae sint, cuiuscunque conditionis vel gradus vel dignitatis, poenae tantummodo capitali (12) subiicimus, ut huic poenae omnes subiaceant, sive volentibus sive nolentibus sanctimonialibus virginibus, sive aliis supradictis mulieribus, tale facinus fuerit perpetratum.

Dat. XV. Kalend. Decemb. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. III. (13) Cons. (14) [533.]

cuando hubieren sido hallados en el mismo rapto y cogidos todavía en flagrante délito, estando convictos, sean muertos por los padres de las vírgenes, ó viudas, ó diaconisas, consagradas á Dios, ó por los parientes consanguíneos de las mismas, ó por sus tutores, ó por sus curadores. Mas si después de cometido tan detestable crimen hubiere podido el raptor ó defenderse con la fuerza, ó evadirse con la fuga, muestren con gran solicitud igual empeño, en esta régia ciudad, así los excelsos varones, prefectos del pretorio, como el gloriosísimo prefecto de la ciudad, y en las provincias, tanto los eminentísimos varones, prefectos del pretorio de Iliria y de Africa, cuanto los maestres militares de las diversas regiones de nuestro orbe, así como el respetable varón prefecto de Egipto, y los vicarios, y los procónsules, y no menos los respetables generales, y los muy esclarecidos varones gobernadores de provincia, y también los otros jueces de cualquier órden, que en aquellas localidades se hallaren, para que puedan prenderlos, y á los presos por tal delito los castiguen, después de las pruebas legítimas y en derecho conocidas, sin excepción de fuero, con durísimas penas, y los condenen al suplicio de muerte. Mas sus bienes, si este delito se hubiere cometido en una vírgen consagrada á Dios, que pasa la vida ó en una casa de ascetas ó en un monasterio, ya esté la misma vírgen ordenada de diaconisa, ya no lo esté, adjudíquense al mismo monasterio ó á la casa de ascetas, en que fué consagrada, para que con estos bienes tenga ella misma consuelo suficiente, mientras viva, y tenga todos los bienes en pleno dominio la sacrosanta casa de ascetas ó el monasterio. Pero si la diaconisa, de cualquier iglesia que sea, no se halla sin embargo constituída en ningún monasterio ó casa de ascetas, sino que vive por sí misma, asígnense los bienes de su raptor á la iglesia, de que es diaconisa, para que de estos bienes consiga ciertamente ella misma de la propia iglesia el usufructo, mientras viva, y tenga la iglesia por beneficio nuestro toda la propiedad y la plena posesión de los mismos bienes; sin que nadie, ó juez, ó cualquiera otra persona, se atreva á no respetar esto. Pero las penas, que antes hemos dicho, esto es, la de muerte y la de pérdida de los bienes, las establecemos no solamente contra los raptores, sino también contra los que les hubieren acompañado en la misma invasión y en el rapto. Pero á todos los demás, que hubieren sido hallados y convictos como cómplices y auxiliares de semejante crímen, ó que los hubieren amparado, ó les hubieren prestado cualquier auxilio, ya sean hombres, ya mujeres, de cualquier condición, ó grado, ó dignidad, los sujetamos tan sólo á la pena capital, de suerte que á esta pena queden todos sujetos, ya si queriendo, ya si no queriendo las vírgenes consagradas á Dios, ó las otras mujeres antes dichas, se hubiere perpetrado tal crímen.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el tercer consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [533.]

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*; deprehensi, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(2) aut fuga evadere, *faltan en la ed. Nbg.*
(3) excellentissimi, *las ed. Nbg. Hal.*
(4) gloriosissimi praefecti, *la ed. Schf.*
(5) et Africam, *faltan en los mms. Pl. 1. Gt.*
(6) illis, *falta en los mms. Pl. 2. Bg. Gt.*
(7) in, *falta en los mms. Pl. 1. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(8) vel asceterio, *faltan en la ed. Nbg. y en el texto de Hal.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*: est, *falta en las ed. Nbg. Hal. y en las demás.*
(10) amissionem, *ed. Nbg. Hal.*
(11) intulerint, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; attulerint, *Hal.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*: poenae capitali tantummodo, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(13) II., *todos menos Bk.*: *véase la nota de la indicación de la fecha y firma de la l. única C. IX. 13.*
(14) *La indicación de la fecha y firma falta en Hal.*; *Russ. la restableció tomándola de la l. única C. IX. 13.*

Digitized by Google

[55. *Idem A.*—Ut non liceat parentibus impedire, quominus liberi eorum volentes monachi aut clerici fiant, aut eam ob solam causam exheredare; sed si ipsi testamentum condant, necesse habento quadrantem illis relinquere, sin autem hoc non fecerint, locus sit ab intestato.

§ 1.—Quod si illi monasteria aut ecclesias relinquant, atque mundani fiant, omne ipsorum ius ad monasterium aut ecclesiam pertinet.]

56. [54.] *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Deo nobis auxilium praebente, omnia, quae pro honore sanctae (1) ecclesiae catholicae ad Dei placitum fieri properamus, legibus constituere, et operibus adimplere desideramus. Et iam quidem multa cum eius auxilio statuimus, quae ecclesiasticae doctrinae statui (2) conveniunt, in praesenti vero hoc pia deliberatione duximus corrigendum, quod hactenus contra Dei timorem fiebat. Cognitum etenim nobis est, quod, si quis sponsus vel sponsa post datas et acceptas arrhas voluisset (3) se divino deputare servitio, et a seculari conversatione recedere, ac sanctimonialem vitam (4) vivere, atque in Dei timore permanere, compellebatur vir quidem ea, quae arrharum nomine dederat, amittere, sponsa vero in (5) duplum id, quod acceperat, reddere. Quod nostrae mansuetudini religioni contrarium esse (6) visum est. Unde per praesentem legem in perpetuum valituram iubemus, ut, si quis sponsus vel sponsa desideraverit saeculi istius vitam contemnere, et [in (7) sanctimonialium conversatione vivere, sponsus quidem omnia, quae arrharum nomine futuri causa coniugii dedisset (8), sine ulla deminutione recipiat, sponsa autem non duplum, sicuti hactenus, sed hoc tantummodo sponso restituat, quod arrharum nomine acceperat, et nihil amplius reddere compellatur, nisi quod probata fuerit accepisse. Nam et maritis et uxoribus, qui saeculo renuntiant, iam anteriore lege (9) a nobis provisum est, ut, sive maritus sive uxor religionis causa a coniugio recesserit, et solitariam vitam elegerit, unusquisque eorum res suas recipiat, quas pro dote vel ante nuptias donatione praestiterat, et hoc tantummodo lucri nomine consequatur ab eo, qui solitariam vitam elegerit (10), quod debuit legitime vel ex pacto (11) per casum mortis exigere.

§ 1.—Hoc etiam cognitum nobis correctione nostra dignum esse iudicamus, ut, si quis in parentum potestate constitutus vel constituta, vel forsitan (12) huiusmodi iure (13) absolutus vel absoluta elegerit se vel (14) monasterio vel clero sociare, et (15) reliquum vitae suae tempus sanctimonialiter

[55. *El mismo Augusto.*—Que no sea lícito á los padres impedir que sus hijos, si lo quisieran, se hagan monjes ó clérigos, ó desheredarlos por esta sola causa; sino que si los mismos hicieran testamento, tengan necesidad de dejarles la cuarta parte, y si no lo hubieren hecho, tenga lugar abintestato.

§ 1.—Pero si ellos dejáran los monasterios ó las iglesias, y se hicieran mundanos, todo el derecho de los mismos pertenece al monastério ó á la iglesia.]

56. [54.] *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Prestándonos Dios auxilio, deseamos establecer en las leyes, y completar con obras, todo lo que en honor de la santa iglesia católica nos apresuramos á que se haga conforme á la voluntad de Dios. Y ya ciertamente hemos establecido con su auxilio muchas cosas, que convienen al estado de la doctrina eclesiástica; pero al presente hemos considerado con piadosa deliberación, que debe corregirse lo que hasta ahora se hacía contra el temor de Dios. Porque ha llegado á nuestro conocimiento, que si algún esposo, ó una esposa, hubiese querido, después de dadas y de recibidas las arras, dedicarse al servicio divino, y apartarse del trato secular, y vivir vida consagrada á la religión, y permanecer en el temor de Dios, era ciertamente compelido el varón á perder lo que había dado á título de arras, y la esposa á devolver en el duplo lo que había recibido. Lo que á nuestra mansedumbre le ha parecido que es contrario á la religión. Por lo que, por la presente ley perpétuamente valedera mandamos, que si algún esposo ó una esposa hubiere deseado despreciar la vida de este siglo, y vivir en el trato de los consagrados á Dios, recobre, á la verdad, el esposo, sin disminución alguna, todo lo que hubiese dado á título de arras por causa del futuro matrimonio, y la esposa restituya al esposo no el duplo, como hasta aquí, sino tan sólo lo que había recibido á títulos de arras, y no sea compelida á devolver nada más, sino lo que se hubiere probado que recibió. Porque respecto á los maridos y á las mujeres, que renuncian al siglo, ya en una ley anterior se proveyó por nosotros, que, ora si el marido, ora si la mujer, se hubiere separado del matrimonio por causa de religión, y hubiere elegido la vida solitaria, recobre cada uno de ellos sus propios bienes, que había aportado en dote ó por donación antes del matrimonio, y por razón de lucro obtenga del que hubiere elegido la vida solitaria tan solamente lo que legítimamente ó por pacto debió exigir por caso de muerte.

§ 1.—Hemos juzgado que era digno de nuestra corrección también esto, de que tuvimos conocimiento, para que si el que ó la que se hallase constituido ó constituida bajo la potestad de sus padres, ó acaso el que ó la que estuviera exento ó exenta de tal derecho, hubiere elegido asociarse, ó á un mo-

(1) sacrosanctae, *ms. Pl. 1.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* doctrinae atque statui, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(3) voluerit, *la ed. Nbg. y Hal. en el texto.*
(4) sanctimoniali vita, *mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.;* in sanctimoniali vita, *las ed. Nbg. Hal.*
(5) in, *falta en los mms. Pl. 1. Gt. y antes de reciente corrección en Bg., ed. Schf.*
(6) mansuetudini satis contrarium esse religioni, *ms. Pl. 1. y lo mismo Bg ;* mansuetudini satis et religioni esse contrarium, *ms. Pl. 2.;* mansuetudinis religioni satis esse contrarium, *ed. Schf.;* mansuetudinis satis religioni esse contrarium, *ed. Nbg.*
(7) contemnens in, *ed. Schf.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* dedit, *Hal. y los demás.*
(9) *Es esta la l. 52. §. 3. de este título.*
(10) unusquisque—elegerit, *faltan en el texto del ms. Pl. 1., pero fueron después anotadas al márgen.*
(11) legitime ex hoc pacto, *ed. Schf.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* vel etiam, *ms. Bg.;* vel forsan, *Russ. y los demás.*
(13) iure huius, *las ed. Nbg. Hal.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Schf.;* vel, *falta en las ed. Nbg. Hal. y en las demás;* velle, *ms. Bg.*
(15) per, *añaden los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.*

Digitized by Google

degere voluerit, non liceat parentibus eosdem vel easdem (1) quocunque modo abstrahere, vel propter hanc tantummodo causam quasi ingratum vel ingratam a sua hereditate vel successione repellere, sed necesse sit eis omnimodo, quum ultimam voluntatem suam sive per scripturam sive alio legitimo modo perficiunt, quartam quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere; sin autem et amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin vero ultimam voluntatem parentes neque testamento, neque alio ultimo elogio declarasse monstrati fuerint, omnem parentum substantiam heredes, quibus ab intestato competit, secundum leges nostras sibi defendant; nullo eis impedimento ex sanctimoniali conversatione generando, sive soli sive cum aliis (2) ad successionem vocantur.

§ 2.—Huius autem perpetuae nostrae legis beneficia eos volumus obtinere, qui in monasterio vel clericatu perseveraverint. Nam si qui eorum, de quibus praesentem legem posuimus, sanctimonialem vitam elegerint, ad saecularem autem conversationem (3) remeaverint, iubemus omnes eorum res ad iura eiusdem ecclesiae vel monasterii, a quo recesserint, pertinere.

§ 3.—His ita dispositis, repetita lege iubemus, ut nullus Iudaeus, vel paganus, vel haereticus servos Christianos habeat. Quodsi inventi in tali reatu fuerint, sancimus, servos omnibus modis liberos esse secundum anteriorem nostrarum legum tenorem. In praesenti autem hoc amplius decernimus, ut, si quis de (4) praedictis Iudaeis, vel paganis, aut haereticis habuerit servos nondum catholicae fidei sanctissimis mysteriis (5) imbutos, et praedicti servi desideraverint ad orthodoxam fidem venire, postquam catholicae ecclesiae sociati fuerint, in libertatem modis omnibus ex praesenti lege eripiantur; et eos tam iudices provinciarum, quam sacrosanctae ecclesiae defensores, nec non beatissimi episcopi defendant, nihil pro eorum pretio (6) penitus accipientibus dominis. Quodsi forte posthac etiam ipsi domini eorum ad orthodoxam fidem conversi fuerint, non liceat eis ad servitutem reducere illos, qui eos ad fidem orthodoxam praecesserunt. Sed si quis talia usurpaverit, poenis gravissimis subiacebit. Haec igitur omnia, quae pietatis intuitu nostra sanxit aeternitas, omnes iudices et religiosissimi antistites, sive Africanae dioeceseos, in qua maxime huiusmodi vitia frequentari cognovimus, sive aliarum provinciarum, gnaviter et studiosissime observari procurent. Nam contemtores (7) non solum pecuniaria multa, sed etiam capitis supplicio ferientur.

57. [55.] *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Praesens lex in alius legis a nobis scriptae refertur mentionem, quam et denuo confirmare cum quadam meliore

(1) parentibus vel easdem personas, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*

(2) conversatione—aliis, *faltan en el texto del ms. Pl. 1., pero fueron más tarde añadidas al márgen.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* postea, *añaden Russ. y los demás.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal.;* ex, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*

nasterio, ó al clero, y querido pasar en religión el restante tiempo de su vida, no les sea lícito á los padres retirarlos de ningún modo á ellos ó á ellas, ó repelerlos de su herencia ó sucesión solamente por esta causa, como á ingrato ó ingrata, sino que les sea absolutamente necesario, cuando otorgan su última voluntad, ya sea en escritura, ya de otro modo legítimo, dejarles ciertamente la cuarta parte conforme á nuestras leyes; pero si hubieren querido dejarles aún más, le concedemos esto á su voluntad. Mas si se hubiere demostrado que los padres no declararon su última voluntad ni por testamento, ni por otra última disposición, defiendan para sí con arreglo á nuestras leyes todos los bienes de los padres los herederos á quienes competen abintestato; sin que se les haya de originar impedimento alguno de su vida consagrada á la religión, ya sean llamados solos, ya con otros, á la sucesión.

§ 2.—Mas queremos que obtengan los beneficios de esta perpétua ley nuestra los que hubieren perseverado en el monasterio ó en el clericato. Porque si algunos de estos, por quienes hemos promulgado la presente ley, hubieren elegido la vida religiosa, pero hubieren vuelto á la vida secular, mandamos que todos sus bienes pertenezcan á los derechos de la misma iglesia ó del monasterio, de que se hubieren separado.

§ 3.—Esto así dispuesto, mandamos por repetida ley, que ningún Judío, ó pagano, ó herege, tenga esclavos cristianos. Mas si en tal reato fueren hallados, mandamos que de todos modos sean libres los esclavos, según el anterior tenor de nuestras leyes. Pero al presente decretamos además esto, que si alguno de los antedichos Judíos, ó paganos, ó hereges, tuviere esclavos aún no imbuídos en los santísimos misterios de la fé católica, y los susodichos esclavos desearen ingresar en la fé ortodoxa, después que hubieren sido asociados á la iglesia católica, sean de todos modos arrebatados para la libertad por la presente ley; y defiéndanlos tanto los jueces de las provincias, cuanto los defensores de la sacrosanta iglesia, y también los beatísimos obispos, sin que los dueños hayan de recibir absolutamente nada por precio de ellos. Mas si acaso en lo sucesivo también sus mismos dueños se hubieren convertido á la fé ortodoxa, no les sea lícito reducir á la esclavitud á los que antes que ellos fueron á la fé ortodoxa. Pero si alguno hubiere hecho tales cosas, quedará sujeto á gravísimas penas. Procuren, pues, con celo y diligentísimamente que se observen todas estas cosas, que por consideración de piedad sancionó nuestra eternidad, todos los jueces y los religiosísimos prelados, ya de la diócesis Africana, en la que hemos sabido que principalmente son frecuentes tales vicios, ya de las otras provincias. Porque los transgresores serán castigados no solamente con pena pecuniaria, sino también con el suplicio capital.

57. [55.] *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—La presente ley hace mención de otra ley escrita por nosotros, que hemos creído

(5) ministeriis, *mms. Bg. Gt.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* pretiis, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(7) huius legis, *añaden los mms. Bg. Gt.;* huius, *añade la ed. Nbg.*

Digitized by Google

adiectione putavimus oportere, maiorem poenam contra delinquentes proferendo, non quia augmentis delectemur poenarum (nihil enim nobis tam gratum est, quam humanitas), sed ut metu poenae eos, qui ad peccandum proclives sunt, a peccando arceamus. Scimus igitur, nos scripsisse legem, dicentem, nullam esse licentiam sanctissimarum ecclesiarum oeconomis, aut antistitibus xenonum, aut nosocomiorum, aut ptochiorum, aut monasteriorum, sive virorum sive mulierum, aut aliorum talium corporum, quorum praefata constitutio meminit, ea quae in perpetuum illis relicta sunt, quae annalia vocant leges, ex aliquo pacto aut auro distrahere certo, aut alienare aliter per quemcunque modum, et posteris adimere solatium, quod eis exinde obveniret. Convenientes etiam legi adiecimus rationes, quod non amplius post tale commentum ne appellatio quidem annui conservatur, nisi per singulos annos contingat praestari, sed semel solutum postea penitus pereat. Hanc iterum cum aliqua adiectione renovantes legem sancimus, si quis aut reverendissimorum oeconomorum, aut xenodochorum, aut nosocomorum, aut ptochotrophorum, aut gerontocomorum, aut brephotrophorum, aut orphanotrophorum, aut archimandritarum, aut aliarum personarum, priore nostra divina constitutione contentarum, id, quod in perpetuum relictum est venerabilibus domibus, quibus praesunt, sive in auro, sive in aliis rebus, tentaverit permutare in id, quod non videatur esse perpetuum, sed transactionibus, aut venditionibus, aut quibusdam aliis machinationibus ut, quod perpetuum manere debebat, terminetur, tentaverit, contra auctoritatem a nobis nuper profectae in huiusmodi rebus divinae legis, nullam habeat ullo modo licentiam hoc faciendi, sed, etsi fecerit, irritum sit, quod actum fuerit, et licentia sit ei, qui post ipsum eandem suscipiet curam, vel etiam eo fortasse negligente, ceteris deinceps omnibus statim revocandi id, quod fuerit actum, et ita infirmum videatur, ac si ab initio non processisset, ut et fructus medii temporis, et usurae, et omnis utilitas omnimodo ad pium pertineat locum; omnibus, quae medio tempore patrata sunt, nihil penitus valentibus. Homini etenim cuique cursus unus est vitae a creatore datus, cuius finis omnino est mors; venerabilibus vero domibus et earum congregationibus, quae immortales a Deo conservantur, non decet ne secundum earum possessiones quidem inducere aliquam metam; sed quousque utique permanserint venerabiles domus (manent autem in perpetuum et usque ad ipsum saeculorum finem, quousque Christianorum nomen apud homines erit et coletur), aequum itidem est, manere et in perpetuum relictas erogationes aut reditus, immortales semper piis actionibus nunquam cessaturis servituros. Is igitur, qui tale quid deliquerit, et transferre rem auro accepto aut per aliam occasionem praesumserit, damnum quidem nullum secundum ea, quae praedicta sunt, afferat iis, contra quas talia perpetravit, domibus, sed eae domus et aurum et rem lucrentur, quam acceperunt, et nihilominus relictum exigant absque ulla quacunque deminutione; ipse etiam, qui hoc egit, et eius heredes et successores illiusque bona obligentur ei, cum quo contraxit, et praestet indemnitatem ex persona sua et bonis suis respectu contrahentis, neque contra venerabilem domum, quam contra fas fraudavit, ullam speret datorum recuperationem, aut eius, quod factum est, instaurationem. Quod autem ad ipsum, quocum contraxit, attinet, omnem habeat a legibus licentiam regrediendi

que también convenía confirmar de nuevo con alguna adición mejor, estableciendo mayor pena contra los delincuentes, no porque nos deleitemos con la agravación de las penas, (pues nada hay para nosotros tan grato como la humanidad), sino para que por miedo á la pena apartemos de delinquir á los que están inclinados á la delincuencia. Sabemos, pues, que escribimos una ley, que dice, que los ecónomos de las santísimas iglesias, ó los prefectos de los hospitales de peregrinos, ó de los nosocomios, ó de los hospicios de pobres, ó de los monasterios, ya de hombres, ya de mujeres, ó de otras tales corporaciones, de que hace mención la antedicha constitución, no tienen facultad alguna para vender en virtud de algún pacto ó por cierta cantidad de dinero los bienes que á perpetuidad se les dejaron, que las leyes llaman anualidades, ó para enajenarlos de otro modo en cualquier forma, y privar á la posteridad del alivio que de ellas le provendría. También añadimos á la ley las convenientes razones, porque después de tal convenio ya ciertamente no se conserva ni el nombre de anualidad, si no aconteciera que se pagase cada año, sino que una vez pagada después se extinguiera por completo. Renovando esta ley con alguna adición, mandamos, que si algún reverendísimo ecónomo, ó prefecto de hospitales de peregrinos, ó de nosocomios, ó de hospicios de pobres, ó de hospitales de ancianos, ó de casas de expósitos, ó de asilos de huérfanos, ó de arquimandritas, ó de otras personas, contenidas en nuestra divina constitución anterior, hubiere intentado permutar lo que á perpetuidad se dejó á las venerables casas, en que presiden, ya en dinero, ya en otras cosas, por algo que no parezca que sea perpétuo, sino de modo que por transacciones, ó ventas, ú otros cualesquiera artificios se extinga lo que debía permanecer perpétuo, contra la autoridad de la divina ley ha poco emanada de nosotros sobre tales cosas, no tenga de ningún modo facultad alguna para hacer esto, sino que, aún cuando lo hubiere hecho, sea nulo lo que se hubiere hecho, y tenga facultad el que después de él se encargare de la misma administración, ó, descuidándolo acaso también este, todos los demás sucesores suyos, para revocar desde luego lo que se hubiere hecho, y como si desde un principio no se hubiese hecho, sea considerado de tal manera nulo, que en absoluto pertenezcan al piadoso establecimiento los frutos del tiempo intermedio, y los intereses, y toda utilidad; no teniendo absolutamente valor alguno nada de lo que se ejecutó en el tiempo intermedio. Porque á cada hombre le ha sido dado por el Creador un sólo período de vida, cuyo término en absoluto es la muerte; pero á las venerables casas y á sus congregaciones, que por Dios son conservadas inmortales, no es conveniente que ni en conformidad á sus posesiones se les imponga, á la verdad, algún término; sino que mientras ciertamente subsistieren las venerables casas, (y subsisten perpétuamente y hasta el mismo fin de los siglos, mientras entre los hombres existiere y se venerare el nombre de Cristianos), es igualmente justo, que subsistan también perpétuamente las distribuciones dejadas ó las rentas, que imperecederas habrán de servir siempre para acciones piadosas, que nunca habrán de cesar. Así, pues, el que hubiere delinquido en algo semejante, y se hubiere atrevido á transferir alguna cosa por dinero recibido, ó de algún otro modo, no cause ciertamente ningún perjuicio, conforme á lo que antes se ha dicho, á las casas contra las que perpetró

Digitized by Google

contra ipsum et heredes eius, et eius res et quod datum est, si possit, exigendi, ut, si minus ob Dei metum, metu saltem propriae ipsorum substantiae et suorum heredum tardiores fiant ad huiusmodi pactiones, quas in confesso est eos nullius boni causa celebrare, sed vel pecuniis corruptos, vel affectionibus quibusdam superatos. Quae omnia per hanc divinam legem prohibentes et ipsam sacris nostris inscribi legibus sancimus, et offerimus eam domino universorum Deo et salvatori nostro Iesu Christo, pulchrum quoddam et conveniens ipsi sacrificium et ipsam adducentes.

Dat. prid. Id. Septemb. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. IV. et PAULINO V. C. Conss. [534.]

TIT. IV

DE EPISCOPALI AUDIENTIA, ET DE (1) DIVERSIS CAPITULIS, QUAE AD IUS CURAMQUE (2) ET REVERENTIAM (3) PONTIFICALEM (4) PERTINENT (5)

1. *Impp.* VALENTINIANUS *et* VALENS *AA.* SECUNDO *PP.* (6)—Negotiatores, si (7) qui ad domum nostram pertinent, ne modum (8) mercandi videantur excedere, Christiani (9), quibus verus cultus est adiuvare pauperes et positos in necessitate, provideant episcopi (10).

Dat XV. Kalend. Maii Constantinop. IOVIANO et VARRONIANO AA. Conss. (11) [364.]

2. *Iidem AA. et* GRATIANUS (12) *ad* CLAUDIUM *P. P.* (13)—Si clericus ante definitivam sententiam frustratoriae dilationis causa ad appellationis auxilium convolaverit, mulctam quinquaginta librarum argenti, quam contra (14) huiusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur (15) expendere. Hanc autem non fisco nostro volumus accedere, sed pauperibus fideliter erogari.

Dat. VIII. (16) Id. Iul. VALENTINIANO N. P. et VICTORE (17) Conss. [369.]

(1) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; de, *falta en Hal. y en los demás.*
(2) ad eius curam, *ms. Pl. 1.*; ad curam, *ms. Pl. 2., Hal. Russ.*; ad curam iusque, *ed. Schf.*; *M. Vacarius (en Wenck. p. 161.)*
(3) et reverentiam, *faltan en los mms. Pist. Gt., ed. Hal. Russ.*
(4) pontificalem, *falta en el ms. Pl. 1.*
(5) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Bg. Gt.*; pertinent pontificalem, *ed. Nbg. Schf. Hal. y las demás.*
(6) *C. Theod., Bk.*; ad Iulianum comitem Orientis, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal y las demás.*; *pero parece que estas palabras fueron interpoladas después.*
(7) si, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg., y se halla entre paréntesis en Cont.*
(8) commodum, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*

tales actos, sino que estas casas se lucren con el dinero, y con la cosa que recibieron, y exijan, no obstante, lo que se les dejó, sin ninguna disminución; y además, el mismo que hizo esto, y sus herederos y sucesores, y sus bienes, queden obligados á favor de aquel con quien contrató, y responda de indemnidad con su persona y sus bienes respecto del contratante, y no espere de la venerable casa, á la que, contra lo que es lícito, defraudó, recuperación alguna de lo dado, ó reparación de lo que se hizo. Mas por lo que atañe al mismo con quien contrató, tenga por las leyes entera facultad para repetir contra él mismo y sus herederos, y para exigir, si pudiera, así sus cosas, como lo que se dió, para que si no por el temor de Dios, á lo menos por miedo á perder sus propios bienes y los de sus herederos se hagan más remisos para semejantes convenios, que es evidente no celebran ellos por causa de ningún bien, sino ó corrompidos por dinero, ó dominados por ciertas afecciones. Prohibiendo todas estas cosas por esta divina ley, mandamos que también ella sea inscrita entre nuestras sagradas leyes, y la ofrecemos al Señor de todas las cosas, Dios y Salvador nuestro, Jesucristo, presentándole cierto sacrificio hermoso y á él adecuado, y la misma ley.

Dada en Constantinopla á 1 de los Idus de Setiembre, bajo el cuarto consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, y el de PAULINO, varón esclarecido. [534.]

TÍTULO IV

DE LA AUDIENCIA EPISCOPAL, Y DE LOS DIVERSOS ASUNTOS QUE AL DERECHO, CUIDADO Y REVERENCIA PONTIFICAL COMPETEN

1. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* VALENTE, *Augustos, á* SEGUNDO, *Prefecto del Pretorio.*—Cuiden los Cristianos obispos, para quienes es verdadero culto ayudar á los pobres y necesitados, de que los comerciantes, si algunos pertenecen á nuestra casa, no parezcan que se exceden de la moderación al comerciar.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de JOVIANO y de VARRONIANO, Augustos. [364.]

2. *Los mismos Augustos y* GRACIANO *á* CLAUDIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si antes de la sentencia definitiva hubiere acudido un clérigo al recurso de la apelación por causa de dilación que la frustre, sea obligado á pagar la multa de cincuenta libras de plata, que contra tales apelantes impone la ley general. Mas no queremos que esta multa se aplique á nuestro fisco, sino que sea empleada fielmente en provecho de los pobres.

Dada á 8 de los Idus de Julio, bajo el consulado del noble jóven VALENTINIANO y de VICTOR. [369.]

(9) Christianos, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Nbg. Schf. Hal., var. l. gl.*
(10) episcopi, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y en todos los mms. según notas de Russ. y Cont.*; episcopos, *var. l. gl.*
(11) *Bk., C. Theod., l. 1. C. IV. 63.*; D. XV. Kal. Mart. CP. Valentiniano et Valente AA. Conss., *Hal. y los demás excepto Bk.*
(12) *Bk., C. Theod., l. 4. C. VII. 65.*; Iidem AA., *todos nuestros mms. y las demás ed.*; Imperatores Valentinus et Valens augusti ad Iulianum comitem Orientis, *Ans., repitiendo la inscripción vulgar de la ley 1. de este título.*
(13) P. U., *Cont. 62., C. Theod., impugnándolo Jac. Goth.*
(14) circa, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., Ans.*
(15) cogantur, *ed. Nbg. Hal.*
(16) *Cont. 62. Bk., C. Theod.*; VI., *Hal. Russ. Cont. 66. y los demás.*
(17) Valente II., *anota al márgen Russ., que léen otros.*

Digitized by Google

3. *Imppp.* (1) VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAA.* NEOTHERIO (2) *P. P.*—Nemo deinceps tardiores fortassis affatus nostrae perennitatis (3) exspectet; exsequantur iudices, quod indulgere consuevimus; ubi primum (4) dies paschalis exstiterit (5), nullum teneat carcer inclusum, omnium vincula dissolvantur. Sed ab his secernimus eos, a quibus contaminari potius gaudia laetitiamque communem, si dimittantur, animadvertimus. Quis enim sacrilego diebus sanctis indulgeat? quis adultero, vel stupri (6) incestive reo tempore castitatis ignoscat? quis non raptorem virginis (7) in summa quiete et gaudio communi persequatur instantius? Nullam accipiat requiem vinculorum (8), qui quiescere sepultos quadam sceleris immanitate non sinit; patiatur tormenta venefícus, maleficus, adulter violatorque (9) monetae; homicida parricidaque (10), quod fecit, semper exspectet; reus etiam maiestatis de domino, adversus quem talia molitus est, veniam sperare non debet. His ergo, tali sub adstrictione (11) damnatis, indultum nostrae serenitatis eo praecepti fine concludimus, ut remissionem veniae crimina nisi semel commissa non habeant, nec in eos liberalitatis Augustae referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputarunt (12).

Dat. V. Kal. Mart. (13) ARCADIO (14) A. et BAUTONE V. C. Conss. [385.]

4. *Imppp.* THEODOSIUS, ARCADIUS *et* HONORIUS *AAA.* RUFINO *P. P.*—Mimae, et quae (15) ludibrio corporis sui quaestum faciunt, publice (16) habitu earum virginum, quae Deo dicatae sunt, non utantur.

Dat. III. Kalend. Iul. (17) Heracleae, ARCADIO A. III. et HONORIO A. II. Conss. (18) [394.]

5. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* GENNADIO, *Praefecto Augustali* (19).— Archigerontes et dioecetae (20) ergasiotanorum (21) non nisi Christiani dirigantur (22). Quod officium tuum sollicitis (23) observet excubiis.

Dat. Non. Februar. Constantinop. PP. Alexan-

3. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* NEOTERIO, *Prefecto del Pretorio.*—Nadie espere en adelante quizás nuevas disposiciones de nuestra perennidad; ejecuten los jueces lo que hemos acostumbrado á conceder; desde el momento mismo en que comenzare el día de pascua, no retenga la cárcel á ningún preso, rómpanse las cadenas de todos. De estos, sin embargo, exceptuamos á aquellos por quienes consideramos que antes bien se turbaría el gozo y la común alegría, si fuesen puestos en libertad. Porque, ¿quién perdonará al sacrílego en los días santos? ¿quién acordará perdón en tiempo de castidad al adúltero, ó al reo de estupro ó de incesto? ¿quién no perseguirá con más empeño, durante el reposo universal y la común alegría, al raptor de una virgen? No reciba descanso alguno en sus cadenas el que con cierta ferocidad de delito no deja descansar á los ya enterrados; sufran sus tormentos el envenenador, el malhechor, el adúltero y el falsificador de moneda; el homicida y el parricida esperen siempre lo que hicieron; y el reo de lesa majestad tampoco debe esperar perdón del señor, contra quien tal crimen intentó. Así, pues, á los condenados con tal restricción limitamos el indulto de nuestra serenidad con este precepto final, que no tengan concesión de perdón sino los crímenes una sola vez cometidos, ni la humanidad de la Augusta liberalidad se aplique á aquellos que no estimaron la impunidad de un antiguo delito para la enmienda, sino antes bien para la reincidencia.

Dada á 5 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de ARCADIO, Augusto, y de BAUTÓN, varón esclarecido. [385.]

4. *Los Emperadores* TEODOSIO, ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* RUFINO, *Prefecto del Pretorio.*—Las mimas, y las que hacen ganancia con el ludibrio de su cuerpo, no usen en público el hábitos de las vírgenes, que á Dios se consagraron.

Dada en Heraclea á 3 de las Calendas de Julio, bajo el tercer consulado de ARCADIO, Augusto, y el segundo de HONORIO, Augusto. [394.]

5. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* GENNADIO, *Prefecto Augustal.*—No sean nombrados archigerontes y dioecetas de los condenados á las minas, sino los Cristianos. Lo cual lo observe tu autoridad con solícito cuidado.

Dada en Constantinopla las Nonas de Febrero,

(1) Gratianus, *anteponen los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.*
(2) *Los mms. Cas. Pl. 2., C. Theod., observándose mucha diversidad en la manera de escribirse este nombre en las varias ediciones.*
(3) serenitatis, *ms. Bg.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Rg., ed. Schf. Cont. 62., C. Theod.*; primus, *ed. Nbg. Hal. Cont. 66. y las demás.*
(5) dies paschales exstiterint, *ms. Pl. 2., Cont. 62.*
(6) stupri, *falta en el C. Theod.*
(7) virginis, *falta en el C. Theod. y el ms. Char.; Russ. opina que se ha de omitir, pero sin razón, porque παρθένων ἁπαξ, dicen las Bas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf., C. Theod.*; vinculorum requiem, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(9) maleficus adulteratorque monetae, *el C. Theod.*; *concuerdan las Bas., πάντες—ἀπολυέσθωσαν, εἰ μὴ—φαρμακός, ἢ μοιχὸν πλαστὴν ἐστι καταδεξάμενος.*
(10) parricidaque, *falta en el C. Theod.; pero φονεὺς ἢ πατραλοίας, Bas.*
(11) tali quoque sub absolutione, *el C. Theod.*, tali quoque sub adstrictione, *ed. Schf.*; tali sub districtione, *ms. Pl. 2.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., C. Theod.*; deputaverint, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(13) *C. Theod., Bk.*; d. k. mar., *mms. Pist. Paris.*; D. Kal. Maii, *Hal. y los demás.*
(14) Arcadio, *apóyase en la autoridad del ms. Pist.*
(15) qui, *C. Theod.*
(16) publico, *mms. Pl. 2. Bg., también el Pl. 1. según reciente corrección, y las ed. Nbg. Schf.; Russ. dice que otros léen* in publico.
(17) Iun., *prefiere leer Jac. Gothofr.*
(18) *Russ. Cont. 62. Bk., C. Theod.; falta la indicación de la fecha y firma en Hal. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.*
(19) Gennadio praefecto augustali, *faltan en el ms. Pl. 1.*; Genadio pp., *mms. Pl. 2. Bg.*; Gana pp., *ms. Vat.*; Emadio pp., *ed. Nbg.*; Eutychiano pp., *Hal.*; Al. P. U., *añaden á la inscripción Cont. Char.*
(20) *Ms. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal., C. Theod.*; et ducetae, *ms. Pl. 1.*; dioecetaeque, *Russ. y los demás.*
(21) ergasiotarum, *dice Russ. al márgen, que se ha de leer, y Leunclav. (Notat. I. 25.)*; ergasiotatonarum, *ms. Pl. 1.*; ergasioctonorum, *Hal. y Russ. en el texto.*
(22) ergasiotanorum numero deligantur, *C. Theod.*
(23) sollicite, *mms. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Schf.*; licite; *ms. Gt.*

Digitized by Google

driae EUTYCHEO, ARCADIO IV. et HONORIO III. AA. Conss. (1) [396.]

6. *Iidem AA.* EUTYCHIANO *P. P.* (2) — Addictos (3) supplicio et pro criminum immanitate damnatos nulli clericorum vel monachorum, eorum etiam, quos synoditas (4) vocant (5), per vim atque usurpationem vindicare liceat ac tenere, sed (6) reos ad locum poenae sub persecutione (7) pergentes nullus teneat aut defendat. Sed sciat se cognitor triginta librarum auri mulcta, et primates officii capitali esse sententia feriendos, nisi usurpatio ista aut protinus vindicetur, aut (8), si tanta clericorum vel (9) monachorum audacia est, ut bellum potius, quam iudicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut arbitrio nostro mox severior ultio procedat. Ad episcoporum sane culpam, ut cetera, redundabit, si quid forte in ea parte regionis, in qua ipsi populos (10) Christianae religionis doctrinae insinuatione moderantur, ex iis, quae fieri hac lege prohibuimus, a monachis perpetratum esse cognoverint, nec vindicaverint. Quibus in causa criminali humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendae provocationis copiam non negamus (11).

Dat. VI. Kal. Aug. Mnyzo (12), HONORIO A. IV. et EUTYCHIANO Conss. (13) [398.]

7. *Iidem AA.* EUTYCHIANO *P. P.*—Si qui ex consensu apud sacrae legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur, sed experientur illius, in civili duntaxat negotio, more arbitri sponte residentis iudicium. Quod his obesse non poterit nec debebit, quos ad praedicti cognitoris examen conventos (14) potius abfuisse (15), quam sponte venisse constiterit.

Dat. VI. Kalend. August. Mediolani, HONORIO A. IV. et EUTYCHIANO Conss. [398.]

8. *Impp.* (16) HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* THEODORO *P. P.*—Episcopale iudicium ratum sit omnibus, qui se audiri a sacerdotibus elegerint, eamque illorum iudicationi adhibendam esse reverentiam iubemus (17), quam vestris deferri (18) necesse est potestatibus, a quibus non licet provocare (19). Per

siendo Prefecto del Pretorio de Alejandría EUTIQUEO, bajo el cuarto consulado de ARCADIO, y el tercero de HONORIO, Augustos. [396.]

6. *Los mismos Augustos á* EUTIQUIANO, *Prefecto del Pretorio.*—No sea lícito á ningún clérigo ó monje, ni tampoco á los que llaman cenobitas, reivindicar y retener por la fuerza y la usurpación á los sentenciados al suplicio y condenados por la enormidad de sus crímenes, sino que nadie arrebate ni ampare á los reos que bajo persecución se dirijan al lugar de la pena. Y sepa el juez, que él será castigado con multa de treinta libras de oro, y con pena capital los principales individuos del oficio, si al punto no fuere vindicada esta usurpación, ó, si tanta es la audacia de los clérigos ó monjes, que se estime que más bien haya de haber combate que juicio, no se pusieran en conocimiento de nuestra clemencia los hechos ejecutados, para que á nuestro arbitrio proceda inmediatamente un castigo más severo. Redundará ciertamente en responsabilidad de los obispos, como lo demás, si acaso conocieren que en aquella parte de la región, en que ellos dirigen á los pueblos con la enseñanza de la doctrina de la religión cristiana, se perpetró por los monjes algo de lo que en esta ley prohibimos que se haga, y no lo hubieren castigado. A los cuales, tratándose de causa criminal, no negamos por consideración de humanidad, si los términos lo consienten, la facultad de interponer apelación.

Dada en Mnyzo á 6 de las Calendas de Agosto, bajo el cuarto consulado de HONORIO, Augusto, y el de EUTIQUIANO. [398.]

7. *Los mismos Augustos á* EUTIQUIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Si en virtud de consentimiento hubieren querido litigar algunos ante el prelado de la sagrada ley, no se les vedará, pero obtendrán su juicio, solamente en negocio civil, á la manera que de árbitro que voluntariamente conoce. Cuyo juicio no podrá ni deberá perjudicar á los que constare que llamados al exámen del mencionado conocedor, más bien no comparecieron, que acudieron espontáneamente.

Dada en Milán á 6 de las Calendas de Agosto, bajo el cuarto consulado de HONORIO, Augusto, y el de EUTIQUIANO. [398.]

8. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* TEODORO, *Prefecto del Pretorio.*—Sea válido el juicio episcopal para todos los que hubieren elegido ser oidos por sacerdotes, y mandamos, que á su judicación se haya de guardar la misma reverencia, que es necesario se tenga á vuestras

(1) *La indicación de la fecha y firma falta en Hal. Cont. 66. 71. 76.*
(2) *Bk., C. Theod., l. 29. C. VII. 62.:* Rufino pp, *mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* Eutychiano, *omitiendo* P. P., *Cont. 66. y las demás.*
(3) Additos, *Cont. 76.*
(4) coenobitas, *C. Theod. en una ley, pero* synoditas, *en otra.*
(5) vocavit, *ed. Nbg.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* sed et, *Hal. y los demás.*
(7) per subsecutionem, *ms. Pl. 1.;* sub prosecutione, *Hal., el C. Theod., y según Cont. algunos libros antiguos.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Nbg. Schf.;* usurpatio ista aut vindicetur aut, *Cont. 62.;* usurpatio ista vindicetur; at, *Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal.;* aut, *Russ. y los demás;* a, *el C. Theod.*
(10) populo, *el C. Theod.*
(11) denegamus, *mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(12) Minizi, *Bk.*
(13) *La indicación de la fecha y firma falta en Hal. El ms. Paris. expresa el día* D. VI. Kal. Aug., *y el ms. Pist. el lugar* Mnyzo.
(14) coactos, *Hal.*
(15) affuisse, *mms. Pl. 1. Rg., ed. Schf. Hal. Cont. 62. var. l. gl.*
(16) Arcadius, *anteponen los mms. y las ed., pero sin razón, porque en este mismo año, pero antes de promulgada esta constitución, falleció Arcadio.*
(17) iubemus, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*
(18) nostris referre, *mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* nostris referri, *ed. Schf.;* vestris referre, *ms. Pl. 2., ed. Nbg. Hal.*
(19) provocari, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*

Digitized by Google

iudicum quoque officia, ne sit cassa episcopalis cognitio, definitioni executio tribuatur.

Dat. Idib. Decembr. Basso et Philippo Conss. [408.]

Authent. *de sanctiss. episcop.* § *Si quis autem litigantium.* (*Nov.* 123. *c.* 21.)—Si quis litigantium intra decem dies contradicat his, quae iudicata sunt, tunc locorum iudex examinet causam (1), et si invenerit iudicium recte factum, etiam per sententiam suam propriam hoc confirmet, et executioni propriae tradat, quae iudicata sunt, et non liceat victo iterum (2) in tali causa appellare. Si vero sententia iudicis contraria fuerit, tunc licet a sententia iudicis appellare. Si tamen ex imperiali iussione aut iudiciali praecepto episcopus iudicat inter quascunque personas, appellatio aut ad principem, aut ad eum, qui transmisit negotium, transferatur.

9. *Impp.* Honorius *et* Theodosius *AA.* Caeciliano *P. P.* (3)—Iudices dominicis (4) diebus productos reos (5) de custodia carcerali videant et (6) interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duabus (7) aut tribus diurnis, vel quot existimaverint commentarienses (8), decretis, quarum (9) sumtibus proficiant alimoniae pauperum, quos ad lavacrum sub fida custodia duci oportet; mulcta iudicibus viginti librarum auri, et officiis eorum eiusdem ponderis constituta, ordinibus quoque trium librarum auri mulcta proposita, si saluberrima (10) statuta contemserint. Nec deerit antistitum Christianae religionis cura laudibilis, quae ad observationem constituti iudicis hanc ingerat monitionem (11).

Dat. VIII. Kal. Februar. (12) Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. (13) AA. Conss. (14) [409.]

10. *Iidem AA.* Caeciliano *P. P.*—Mathematicos, si non (15) parati sunt (16), codicibus erroris proprii sub oculis episcoporum incendio concrematis, catholicae religionis cultui fidem tradere, nunquam ad erronem praeteritum (17) redituri (18), non solum urbe Roma, sed etiam omnibus civitatibus pelli (19) decernimus. Quod si hoc non fecerint, et contra clementiae nostrae salubre (20) constitutum in civitatibus fuerint comprehensi, vel

potestades, de las que no es lícito apelar. Dése también cumplimiento á la resolución por los oficiales de los jueces, para que no sea inútil el conocimiento episcopal.

Dada los Idus de Diciembre, bajo el consulado de Basso y de Filipo. [408.]

Auténtica *de sanctiss. episcop.* § *Si quis autem litigantium.* (*Nov.* 123. *c.* 21.)—Si alguno de los litigantes se opusiera dentro de diez días á lo que se sentenció, en este caso, examine la causa el juez de la localidad, y si hallare bien pronunciado el fallo, confírmelo también con su propia sentencia, y mande á debida ejecución lo que se juzgó, y no sea lícito al vencido apelar de nuevo en aquella causa. Mas si la sentencia del juez fuere contraria, es entonces lícito apelar de la sentencia del juez. Mas si por mandato imperial, ó por mandamiento judicial juzga un obispo entre cualesquiera personas, diríjase la apelación ó al príncipe, ó á aquel que trasmitió el negocio.

9. *Los Emperadores* Honorio *y* Teodosio, *Augustos, á* Ceciliano, *Prefecto del Pretorio.*—Vean é interroguen los jueces los domingos á los reos, sacados de sus calabozos de la cárcel, para que á estos encarcelados no se les niegue la humanidad por carceleros corrompidos. Hagan que se les suministre á los que no lo tengan el sustento necesario, concediéndoseles dos ó tres libelas diarias, ó cuantas estimaren los alcaides, con el gasto de las que atiendan á la alimentación de los pobres, los cuales es conveniente que bajo segura vigilancia sean llevados al baño; habiéndose establecido para los jueces la multa de veinte libras de oro, y otra igual para sus oficiales, y habiéndose fijado también para los ordenanzas la multa de tres libras de oro, si hubieren desatendido estas muy saludables disposiciones. Y no faltará la laudable vigilancia de los prelados de la religión Cristiana, la cual haga esta advertencia para la observancia de los jueces constituidos.

Dada en Rávena á 8 de las Calendas de Febrero, bajo el octavo consulado de Honorio, y el tercero de Teodosio, Augustos. [409.]

10. *Los mismos Augustos á* Ceciliano, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que los matemáticos sean expulsados no solo de la ciudad de Roma, sino también de todas las demás ciudades, si no se hallan dispuestos, quemados los libros de su propio error á la vista de los obispos, á prestar fé al culto de la religión católica, sin haber de reincidir jamás en el pasado error. Lo que si no hicieren, y contra la saludable determinación de nuestra cle-

(1) sive litem, *añade la ed. Schf.*
(2) secundo, *ed. Nbg. Schf.*
(3) Post alia, *añaden Russ. Cont. 62., siguiendo al C. Theod.*
(4) omnibus dominicis, *C. Theod.*
(5) reos, *falta en Cont. 76.*
(6) et, *falta en el C. Theod.*; ut, *ed. Nbg.*
(7) *Así halló Cont. en los mms.*; duobus, *que tienen nuestros mms. y ed., se aparta por completo del sentido de esta ley; pero están mal interpretadas estas palabras en las Bas., δεύτερον καὶ τρίτον ἀοριζομένων τῶν κομεντησίων λίβελλον.*
(8) quod aestimaverint commentariensi, *C. Theod.*; quot existimaverint commentariensi, *Bk.*
(9) *Así se ha de leer por razón de la anterior* duabus; quorum, *mms. y ed.*
(10) saluberrime, *el C. Theod.*
(11) admonitionem, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*

(12) *Russ. Cont. 62., Bk., C. Theod.*; Dat. VII. Idus Februar., *Hal. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.*
(13) VI., *Russ. Cont. 62., y el C. Theod. en el texto.*
(14) *La indicación de la fecha y firma en el ms. Pist. es esta:* D VIIII K Feb. ravenne Honor. VIIII et theod. III. aa oss.
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.*; nisi, *Russ. Cont. 66. y las demás, y el C. Theod.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal.*; sint, *Russ. y los demás, y el C. Theod.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., y el C. Theod.*; primum, *Hal. y los demás.*; *πρὸς τὴν προτέραν πλάνην, las Bas.*
(18) reversuros, *ms. Pl. 1.*
(19) *Los mms. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.*; depelli, *ms. Pl. 2., Russ. Cont. 66. y las demás.*
(20) saluberrime, *mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; saluberrima, *ms. Pl. 2.; pero τὸ ὑγιῶς ἐκτεθὲν, las Bas.*

Digitized by Google

secreta erroris sui et professionis insinuaverint, deportationis poenam excipiant.

Dat. VIII. Kalend. (1) Februar. Ravennae, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

11. *Iidem AA.* Theodoro *P. P.*— Christianos proximorum locorum volumus sollicitudinem gerere, ut Romanos captivos, qui reversi fuerint, nemo teneat, nemo iniuriis aut damnis afficiat.

Dat. III. (2) Idus Decemb. Ravenna, Honorio VIII. et Theodosio III. AA. Conss. [409.]

12. *Impp.* Theodosius *et* Valentinianus *AA.* Florentio *P. P.*— Si lenones patres et domini suis (3) filiabus (4) vel ancillis peccandi necessitatem imposuerint, liceat filiabus et ancillis, episcoporum implorato suffragio, omni miseriarum necessitate absolvi.

Dat. XI. Kal. (5) Maii, Felice et Tauro Conss. (6) [428.]

13. *Imp.* Marcianus *A.* Constantino *P. P.*— Decernimus, ut, quicunque catholicarum ecclesiarum, quae sub viro religioso archiepiscopo huius almae urbis sunt, reverendissimum oeconomum (7), sive de ecclesiasticis, sive de propriis et ad ipsum solum pertinentibus causis, vel quemcunque alterum earundem ecclesiarum clericum aliqua voluerit lite pulsare, apud memoratum beatissimum archiepiscopum causam dicat, in negotiis audiendis fidem ac sinceritatem geminam praebiturum (8), et sacerdotis, et iudicis. Volentibus tamen actoribus pateat episcopale iudicium; ac nullus, qui huiuscemodi intendit in sacrosanctas ecclesias vel in praedictos clericos actionem, ad religiosissimum antistitem cognitorem (9) ducatur invitus.

Dat. VIII.... April. Varane (10) et Ioanne Conss. [456.]

14. *Imp.* Leo *ad populum.*—Neque servum neque liberum corpus quisquam audeat in meretriciam vitam producere aut prostituere, sive thymelicus fuerit, sive alio modo scenica persona. Si autem mancipium sit, quod prostat, in libertatem vindicetur a quocunque sine ullis sumtibus apud eius oppidi magistratum aut episcopum.

§ 1.—Quibus curae erit, ne invitam mulierem, liberam aut ancillam, coniungi patiantur mimis aut choris, aut aliud spectaculum in theatro agere invitam (11).

15. *Impp.* Leo *et* Anthemius (12) *AA.* Nicostrato *P. P.*—Nemo vel in foro magnitudinis

(1) *Bk., C. Theod.*; Dat. Kal., *Hal. Russ. Cont. 62. 66. 71. Char. Pac. Sp.*; Dat. III. Kal., *Cont. 76.*
(2) IV., *Cont. 62., y el C. Theod.*
(3) filiis, *en lugar de* suis, *ms. Gt.*
(4) filiis, *el C. Theod.*
(5) *Bk., y el C. Theod.*; Dat. Kal., *Hal. y los demás.*
(6) *El ms. Pist. tiene esta indicación de la fecha y firma:* D XIII K aug.
(7) defensorem, *ponen antes de* oeconomum, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*

mencia fueren hallados en las ciudades, ó insinuaren los secretos de su error y profesión, sufran la pena de deportación.

Dada en Rávena á 8 de las Calendas de Febrero, bajo el octavo consulado de Honorio, y el tercero de Teodosio, Augustos. [409.]

11. *Los mismos Augustos á* Teodosio, *Prefecto del Pretorio.*—Queremos que los cristianos de los lugares próximos pongan gran cuidado para que nadie retenga á los cautivos Romanos, que hubieren regresado, y para que nadie los ultraje ó perjudique.

Dada en Rávena á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el octavo consulado de Honorio, y el tercero de Teodosio, Augustos. [409.]

12. *Los Emperadores* Teodosio *y* Valentiniano, *Augustos, á* Florencio, *Prefecto del Pretorio.*—Si padres y señores, haciendo de medianeros, hubieren impuesto á sus hijas ó esclavas la necesidad de pecar, sea lícito á las hijas y esclavas, implorado el auxilio de los obispos, ser libradas de toda necesidad de tales miserias.

Dada á 11 de las Calendas de Mayo, bajo el consuladado de Félix y de Tauro. [428.]

13. *El Emperador* Marciano, *Augusto, á* Constantino, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que cualquier individuo de las iglesias católicas, que están sujetas al religioso arzobispo de esta ínclita ciudad, que quisiere llevar á juicio al reverendísimo ecónomo, ya sobre asuntos eclesiásticos, ya sobre negocios propios y á él solo concernientes, ó á otro cualquier clérigo de las mismas iglesias, exponga la causa ante el mencionado beatísimo arzobispo, quien al conocer del asunto deberá mostrar doble buena fé y sinceridad, como sacerdote, y como juez. Mas si los actores lo quisieran, esté expedita la audiencia episcopal; y ninguno que de esta manera dirige una acción contra las sacrosantas iglesias ó contra los mencionados clérigos, sea llevado contra su voluntad ante la audiencia del religiosísimo prelado.

Dada en..... á 8 de Abril, bajo el consulado de Varano y de Juan. [456.]

14. *El Emperador* León *al pueblo.*—Nadie se atreva á llevar á la vida de las meretrices, ó á prostituir, á ninguna persona, ni esclava, ni libre, ya fuere músico de teatro, ya persona escénica de otro modo. Mas si fuese esclavo el que fuera prostituido, sea por cualquiera reivindicado para la libertad, sin gasto alguno, ante el magistrado ó el obispo de su ciudad.

§ 1.—Quienes cuidarán de no permitir que ninguna mujer, libre ó esclava, sea agregada contra su voluntad á las compañías de mímica ó á coros, ó que contra su voluntad represente algún espectáculo en el teatro.

15. *Los Emperadores* León *y* Antemio, *Augustos, á* Nicostrato, *Prefecto del Pretorio.*—Na-

(8) praestiturum, *ed. Schf.*; presbyterum, *var. l. gl.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; cognitorem, *falta en Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(10) Varari, *Hal. y los demás, excepto Bk., que dice* Varare; *pero véase la nota 19. á la l. 25. C. I. 3.*
(11) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. XIII., y en epítome en la Coll. Constit. eccles. I. 4. 14. El texto se ajusta al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 81.)*
(12) Im. Lucius et Anto., *ed. Nbg.*

Digitized by Google

tuae, vel in provinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam (1) machinatione factum vel attentatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuae centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat, idem vero, quicunque ausus fuerit contra providum nostrae serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, et prohibitum patrocinium praestiterit, ab advocationis officio remotus, stilum proscriptionis ac perpetui exilii specialiter sustinebit; sciturus etiam provinciarum rectoribus, quod is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiae proscriptionem et poenam exilii per quinquennium sustinebit.

Dat. pridie Kal. April. (2) Constantinop. ANTHEMIO A. II. Cons. [468.]

16. *Idem AA.* ERYTHRIO *P. P.*—Si legibus prohibitae non sint speratae nuptiae, et post arrhas sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter religionis diversitatem recusaverit, si quidem probatum fuerit, ante datas easdem sponsalitias arrhas hoc idem mulierem vel parentes eius cognovisse, sibi debeant imputare. Si vero horum ignari sponsalitias arrhas susceperint, vel post datas arrhas talis causa poenitentiae intercesserit, iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli (3) poena liberi custodiantur. Quod simili modo etiam de sponsis super recipiendis nec non (4) arrhis praestitis custodiri censemus.

Dat. Kal. Iul. MARCIANO et ZENONE Conss. [469.]

Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.

17 —Per electionem episcopi et primorum inter possessores constituitur frumenti curator ex iis, qui in eius regionis officio militant, vel ex iis, qui impleverunt militiam, vel ex militaturis; et qui hoc transgreditur, triginta libris mulctatur (5).

Epitome graec. const. ex coll. const. eccl.

18.—Milites, qui missi sunt et custodiam agunt, in suis stationibus species, quae sibi praebentur a civitatis vel eius regionis agricolis, accipiant in suas annonas arbitratu episcopi et magistratus, aut defensoris, si desit magistratus, neque cogitur collator numeratam pecuniam praestare (6).

die, ni en el tribunal de tu grandeza, ni en los de provincia, ni ante juez alguno, ingrese en el gremio de los togados, si no estuviere imbuido en los sacrosantos misterios de la religión católica. Mas si de algún modo ó por alguna maquinación se hubiere hecho ó intentado cualquier cosa en contrario, sufra como condena la oficina de tu sublimidad la multa de cien libras de oro, y del mismo modo, cualquiera que, contra el prudente decreto de nuestra serenidad, se hubiere atrevido á apoderarse surrepticiamente del oficio de abogado, y hubiere prestado el patrocinio que le está prohibido, después de separado de la profesión de la abogacía, sufrirá especialmente la pena de proscripción y de destierro perpétuo; debiendo de saber los gobernadores de provincias, que aquel, bajo cuya administración se hubiere cometido un atentado de esta naturaleza, sufrirá la confiscación de la mitad de sus bienes, y la pena de cinco años de destierro.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Abril, bajo el segundo consulado de ANTEMIO, Augusto. [468.]

16. *Los mismos Augustos á* ERITRIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si no estuvieran prohibidas por las leyes las nupcias concertadas, y después de entregadas las arras esponsalicias rehusare la esposa su casamiento con el esposo por causa de diversidad de religión, toda vez que se probare que la mujer ó sus padres habían tenido conocimiento de esto antes de haber sido dadas las mismas arras esponsalicias, deberán imputárselo á sí propios. Mas si ignorándolo hubieren recibido las arras esponsalicias, ó si después de dadas las arras hubiere surgido este motivo de arrepentimiento, devueltas tan solamente aquellas, quedarán libres del pago del otro tanto. Lo que del mismo modo mandamos que se observe también respecto á los esposos, en cuanto á las arras que hayan de recibirse, y también en cuanto á las entregadas.

Dada las Calendas de Julio, bajo el consulado de MARCIANO y de ZENÓN. [469.]

Epítome de la constitución griega tomada de la colección de constituciones eclesiásticas.

17. El administrador de las provisiones es nombrado por elección del obispo y de los principales poseedores, hecha entre aquellos que militan en el cuerpo de su región, ó entre los que cumplieron el tiempo del servicio, ó entre los que hayan de ingresar en él; y el que quebranta esta disposición, es multado en treinta libras.

Epítome de la constitución griega tomada de la colección de constituciones eclesiásticas.

18. Los soldados, que han sido enviados de guarnición y la desempeñan, reciban en sus puestos para sus provisiones, á juicio del obispo y del magistrado, ó del defensor, si no hubiera magistrado, las especies que por los agrícolas de aquella ciudad ó región se les suministran, y no se obligue al contribuyente á dar dinero en efectivo.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; quoquo modo aliqua, *Hal.*; quoquo modo vel quadam etiam, *Russ. y los demás.*
(2) August., *Hal. y los demás; pero* April., *requiere el ms. Pist., en el cual se lée* d pd k apl cp.
(3) simplici, *mms. Pl. 2. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(4) nec ne, *mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*
(5) *De esta constitución solamente se conserva un epítome en la Coll. Constit. eccles. I. 4. 17., publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 81.), al cual se ajusta el texto. Es parte de la ley 3. C. ut nemini liceat (X. 27.) El ms. Vat. tiene la constitución griega.*
(6) *Tampoco queda de esta constitución más que el epítome en la Coll. Constit. eccles. I. 4. 18. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 82.). Esta ley parece sacada de la l. 19. C. de erog. milit. annon. (XII. 38.).*

Digitized by Google

19. *Idem A.* (1) EUSTACHIO *P. P.* — Iubemus eos tantummodo ad defensorum curam peragendam ordinari, qui sacrosanctis orthodoxae religionis imbuti mysteriis (2), haec inprimis sub gestorum (3) testificatione, praesente quoque religiossimo fidei orthodoxae antistite, per depositiones cum sacramenti religione celebrandas patefecerint. Ita enim eos praecipimus ordinari, ut reverendissimorum episcoporum, nec non clericorum, et honoratorum, ac possessorum, et curialium decreto constituantur.

Dat. XIII. Kal. Maii, SABINIANO et THEODORO Conss. [505.]

AUTHENT. *de defensor. civitat.* § *Interim.* (*Nov.* 15. *c.* 1.)—Praesides gentium per unamquamque civitatem praeparent homines non vilissimos, sed nobiliores civitatum habitatores, quibus aliqua ratio est bonae opinionis constituta, nominare (4) defensores per circulum, ut eo expleto rursus ad (5) eandem sollicitudinem revertantur, decreto facto cum iureiurando omnium possessorum in ea civitate consistentium; electione facienda a Deo amabili episcopo, et venerabili clero, et aliis in civitate bonae opinioni studentibus. Et nulli liceat defensoris ordinationem declinare, alioqui quinque librarum auri poena coërcebitur, quae in opera civitatis impendetur, et post poenae solutionem nihilominus defensoris officium suscipere cogetur, et iurabit, omnia secundum leges et ius agere. Et confirmabitur ex praecepto gloriosissimorum praefectorum nostrorum, et in biennio solo administrabit, et iudex potius, quam defensor esse videbitur, ut etiam testamenta et donationes apud hunc insinuentur, et acta apud eum componantur; et habeat unum exceptorem, et duos officiales ex provinciali officio, et iudicet in causis pecuniariis usque ad trecentos aureos. Praeterea habeat defensor publicam habitationem, in qua monumenta recondat (6), et unum hominem, qui acta conservet.

NOVA CONSTITUTIO FRIDERICI *Imperatoris de statutis et consuetud. contra libertat. eccles. editis.* § *Statuimus etiam.*—Statuimus hoc edicto in perpetuum valituro, ut potestates, consules (7), sive rectores, quibuscunque fungantur officiis, pro defensione fidei praestent publice iuramentum, quod de terris suae iurisdictioni subiectis universos haereticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus suis exterminare (8) studebunt, ita ut a modo, quandocunque quis fuerit in potestatem seu perpetuam seu temporalem assumtus, hoc teneatur capitulum firmare iuramento. Alioqui neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro potestatibus, neque pro consulibus, neque pro rectoribus habeantur, eorumque sententias ex tunc irritas iudicamus et inanes.

19. *El mismo Augusto á* EUSTAQUIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que para desempeñar el cargo de defensores sean nombrados solamente los que, imbuídos en los sacrosantos ministerios de la religión ortodoxa, probaron ante todo esta circunstancia con la testificación de actuaciones, hallándose presente también el religiosísimo prelado de la religión ortodoxa, por declaraciones que se han de prestar bajo la santidad del juramento. Mandamos que de esta manera sean nombrados, para que sean constituidos en su cargo por decreto de los reverendísimos obispos, y también de los clérigos, honorables, poseedores y curiales.

Dada á 13 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de SABINIANO y de TEODORO. [505.]

AUTÉNTICA *de defensor. civitat.* § *Interim.* (*Nov.* 15. *c.* 1.)—Dispongan los presidentes del pueblo de cada una de las ciudades, que, no los hombres de clase más ínfima, sino otros más nobles habitantes de las ciudades, á cuyo favor haya establecida alguna razón de buena opinión, nombren defensores por turno, de suerte que llenado este, vuelvan de nuevo al mismo cargo, hecho el decreto con juramento de todos los poseedores residentes en dicha ciudad; debiendo hacerse la elección por el obispo amado de Dios, por el venerable clero, y por otras personas que en la ciudad gocen de buena opinión. Y no sea lícito á nadie declinar el nombramiento de defensor, pues en este caso, será castigado con la multa de cinco libras de oro, que se gastarán en obras de la ciudad, y no obstante será obligado, después de satisfecha su pena, á aceptar el oficio de defensor, y jurará proceder en todo según ley y derecho. Y será confirmado por decreto de nuestros gloriosísimos prefectos, llevando la administración sólo dos años, y más que defensor se considerará que es juez, para que también ante él se insinúen testamentos y donaciones, y se levanten actas; y tenga un escribano y dos oficiales del ministerio provincial, y juzgue en las causas pecuniarias hasta trescientos aúreos. Tenga además el defensor un edificio público en el que archive los documentos, y un hombre que conserve las actuaciones.

NUEVA CONSTITUCIÓN *del Emperador* FEDERICO, *sobre las disposiciones y costumbres establecidas contra las libertades de las iglesias.* § *Statuimus etiam.*—Mandamos por este edicto, perpétuamente valedero, que las potestades, cónsules, ó gobernadores, cualesquiera que sean los cargos que desempeñen, presten en público, en pró de la defensa de la fé, juramento de que procurarán de buena fé, según sus fuerzas, exterminar en las regiones, á su jurisdicción sometidas, á todos los señalados como hereges por la iglesia, de tal manera que, cuando alguno hubiere sido investido de potestad, ya perpétua, ya temporal, se halle obligado á confirmar este particular con juramento. De otro modo, ni como potestades, ni como cónsules, ni como gobernadores sean considerados, y desde entonces declaramos sus sentencias nulas y baldías.

(1) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1., ed. Nbg.*; id. aa., *mms. Pl. 2. Bg.*; Imp. Anastasius A., *Hal. y los demás. Al márgen advierte Cont., que otros atribuyen esta constitución á Marciano.*
(2) ministeriis, *ms. Pl. 1.*
(3) subiectorum, *mms. Pl. 2. Rg., la ed. Nbg. y Hal. en el texto. La glosa dice* subiectorum, *y otras veces* subditorum, *á lo que otras ediciones más recientes de la glosa añaden* sub gestorum.
(4) opinionis, constitutos nominari, *ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.*
(5) ad, *falta en Cont. 76.*
(6) quae instrumenta recondat, *la ed. Nbg.*
(7) consulares, *la ed. Nbg.*
(8) exstirpare, *la ed. Nbg.*

Digitized by Google

Epitome graec. const. ex coll. const, eccl.

20.—Nemo militet, qui non apud acta testificatus cum tribus testibus sit propositis sacrosantis evangeliis, se esse Christianum orthodoxum; fiantque acta apud eum magistratum, sub quo militaturus est, et duo tantum aurei pro ea re praebeantur. Si vero id neglectum sit, dabit libras quinquaginta magistratus, eiusque officium viginti, qui vero militavit, decem, atque a militia eiicietur. Testes, qui peieraverint, in corpus punientur, et mulctae comitis periculo rebus privatis inferentur. (1)

21. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* (2) MENNAE *P. P.*—Si praesens quidem (3) sit, qui pecuniam numerasse vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem in provinciis gerat, ut difficile esse videatur, denuntiationem eidem non numeratae pecuniae mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti velit, alios iudices adire, et per eos manifestare (4) cui (5) exceptionem huiusmodi obiicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. Quod si non sit alius administrator civilis vel militaris, vel per aliquam causam ei sit difficile, qui memoratam querelam opponit, eum adire et ea, quae dicta sunt, facere (6), licentiam damus, etiam per virum reverendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, et ita tempus statutum interrumpere.

§ 1.—Quod etiam in exceptione non numeratae dotis locum habere, receptum est.

Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. IUSTINIANO A. II. Cons. [528.]

22. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—Neminem volumus in custodiam coniici absque iussu gloriosissimorum vel illustrium vel clarissimorum magistratuum huius felicissimae urbis vel provinciarum, aut defensorum in civitatibus.

§ 1.—De his autem, quicunque coniecti sunt aut coniiciuntur, Dei amantissimos locorum episcopos iubemus una cuiusque hebdomadis die, quarta aut sexta, eos, qui in custodia habentur, visitare, et diligenter inquirere causam, ob quam detinentur, et sive servi sint, sive liberi, sive ob pecunias, sive ob alias criminationes, sive ob homicidia coniecti, illustrissimos et spectabiles et clarissimos magistratus admonere, tam eos, qui sunt in hac felicissima urbe, quam qui sunt in provinciis, ut ea exequantur circa ipsos, quae divalis nostra constitutio ad illustres praefectos ea de re emissa praecipit; licentia data Deo carissimis pro tempore episcopis, si quam negligentiam admissam cognoverint ab illustrissimis et magnificentissimis atque clarissimis pro tempore magistratibus, vel iis, quae illis

Epítome de la constitución griega tomado de la colección de constituciones eclesiásticas.

20. No sea militar nadie que no haya probado en actuaciones con tres testigos, tenidos á la vista los sacrosantos evangelios, que es cristiano ortodoxo; y practíquense las actuaciones ante aquel magistrado bajo cuya dependencia ha de entrar, y páguense por esto tan sólo dos aúreos. Mas si se hubiera desatendido esto, pagará el magistrado cincuenta libras, y veinte sus oficiales, pero diez el que ingresó en el ejército, el cual además será expulsado de la milicia. Los testigos que hubieren jurado en falso, sufrirán pena corporal, y á cargo del conde se impondrán multas sobre sus bienes propios.

21. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Si el que declaró por escrito haber entregado cierta cantidad, ó dado otras cosas, estuviera, á la verdad, presente, pero desempeñara algún cargo administrativo en las provincias, de suerte que parezca difícil presentarle al mismo la denuncia del dinero no recibido, damos permiso á aquel que quiera usar de la mencionada excepción, para presentarse á otros jueces, y por su medio manifestar á quien tal excepción opone, que por él ha sido formulada la querella sobre el dinero no recibido. Mas si no hubiera otro funcionario administrativo, civil ó militar, ó si por alguna causa le fuera difícil al que presenta la referida querella acudir ante él, y hacer lo que se ha dicho, le permitimos que también por medio del reverendísimo obispo manifieste al acreedor su misma excepción, y que de este modo interrumpa el tiempo establecido para la prescripción.

§ 1.—Lo que se ha admitido que tenga lugar también en la excepción de la dote no pagada.

Dada en Constantinopla las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado del señor JUSTINIANO, Augusto. [528.]

22. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Queremos que nadie sea conducido á la cárcel sin órden de los gloriosísimos, ó ilustres, ó muy esclarecidos magistrados de esta felicísima ciudad, ó de las provincias, ó de los defensores en las ciudades.

§ 1.—Mas respecto de los que á ella fueron llevados, ó son conducidos, mandamos que los obispos de las localidades, amantísimos de Dios, visiten á los que se hallan en prisión un día de cada semana, el cuarto ó sexto, y que inquieran diligentemente la causa por que están detenidos, y que ya si fueren esclavos, ó libres, ya si estuvieren presos por cuestiones pecuniarias, ó por otras acriminaciones, ó por homicidios, prevengan á los ilustrísimos, insignes y muy esclarecidos magistrados, tanto á los que se hallan en esta felicísima ciudad, como á los que hay en las provincias, para que respecto de los mismos cumplan lo que dispone nuestra imperial constitución dirigida á los ilustres prefectos sobre este asunto; concediéndose licencia á los que á la sazón fueren obispos, queri-

(1) *De esta ley sólo queda el epítome que se halla en la Coll. Constit. eccles. 1. 1. 20. El texto sigue al de Ant. Agust. (Coll. p. 82.)*
(2) Idem A., *mms. Cas. Pl. 1.*; Id. aa., *mms. Vat. Pl. 2. Bg.*
(3) si praesens sit, *ed. Nbg. Hal.*; si praesens quis sit, *mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*: el manifestare, *todas las ed.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; quia, *Hal. y los demás. Véase la l. 14. §. 4. C. de non num. pec.* (IV. 30.)
(6) s. intra biennium, *añade el ms. Bg.*

Digitized by Google

parent officiis, eam indicandi, ut conveniens adversus negligentes animi nostri motus insurgat.

Dat. XVII. Kal. (1) Febr. CP. DECIO Cons. [529.]

23. *Idem A.* MENNAE *P. P.*—Privatos carceres modis omnibus in urbibus atque in vicis constitui vetamus, ipsis, qui custodiuntur, videlicet custodia liberandis diligentia episcoporum eius regionis.

Dat. XII. Kal. Feb. CP. DECIO Cons. [529.] (2)

24. *Idem A.* DEMOSTHENI *P. P.*—Nemini licere volumus, sive ab ingenuis genitoribus puer parvulus procreatus, sive a libertina progenie, sive servili conditione maculatus expositus sit, eum puerum in suum dominium vindicare, sive nomine dominii (3), sive adscriptitiae, sive colonariae conditionis. Sed neque his, qui eos nutriendos sustulerint, licentiam concedimus (4) penitus cum quadam distinctione eos tollere. Sed nullo discrimine habito hi, qui ab huiusmodi hominibus educati, vel nutriti, vel aucti sunt, liberi et ingenui appareant, et sibi acquirant, et in posteritatem suam vel extraneos heredes omnia, quae habuerint, quo modo (5) voluerint, transmittant; haec observantibus non solum praesidibus provinciarum, sed etiam viris religiosissimis episcopis.

Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, DECIO V. C. Cons. (6) [529.]

25. *Idem A.* DEMOSTHENI *P. P.*—Quae de tesserarum sive cottorum ludo, ut vocant, ac de eorum prohibitione a nobis sancita sunt, ea liceat Dei amantissimis episcopis et perscrutari, et admissa cohibere, et flagitiosos per clarissimos praesides provinciarum et patres defensoresque civitatum ad rectam rationem reducere.

Dat. X. Kal. Octob. CP. DECIO Cons. [529.] (7)

26. *Idem A.* IULIANO *P. P.*—De iis, qui singulis annis ad civitates perveniunt, civilibus reditibus sive fructibus ex publicis aut privatis pecuniis, quae ab aliquibus eis aut relinquuntur, aut donantur, aut alio pacto excogitantur vel comparantur, sive ad opera, sive ad rem frumentariam,

dísimos de Dios, para que, si hubieren adquirido conocimiento de alguna negligencia tenida por los ilustrísimos, magnificentísimos y muy esclarecidos magistrados de entonces, ó por los oficiales que les están subordinados, la denuncien, á fin de que una conveniente determinación de nuestra voluntad se alce contra los negligentes.

Dada en Constantinopla á 17 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de DECIO. [529.]

23. *El mismo Augusto á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Prohibimos que en manera alguna se constituyan en las ciudades ni en las aldeas cárceles privadas, debiendo, á la verdad, los que se hallan presos ser librados de la prisión por diligencia de los obispos de aquella región.

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de DECIO. [529.]

24. *El mismo Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Queremos que á nadie sea lícito reivindicar para su dominio, á título ya sea de dominio, ya de la condición de adscripto, ó de colono, á un niño, ora este niño pequeño haya sido expuesto procreado por padres ingénuos, ora de progenia libertina, ora manchado con la condición servil. Y á los que para criarlos los tomaren á su cargo, no les concedemos en absoluto, sin distinción alguna, licencia para que se los apropien. Sino que no estableciéndose diferencia alguna, sean considerados como libres é ingénuos los que por tales personas han sido educados, alimentados ó desarrollados, y adquieran para sí, y trasmitan á sus descendientes ó herederos extraños todo lo que hubieren tenido, del modo que quisieren; debiendo observar estas disposiciones no solo los presidentes de las provincias, sino también los religiosísimos obispos.

Dada en Calcedonia á 15 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

25. *El mismo Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Sea lícito á los obispos amantísimos de Dios investigar las disposiciones que por nosotros se dictaron sobre los juegos de dados, ó de *cotos*, como los llaman, y sobre su prohibición, y reprimir las infracciones, y reducir á buen camino á los viciosos, valiéndose de los muy esclarecidos presidentes de las provincias, y de los padres y defensores de las ciudades.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de DECIO. [529.]

26. *El mismo Augusto, á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Respecto á las rentas civiles, que cada año corresponden á las ciudades, ó en cuanto á los frutos provenientes de caudales públicos ó privados, que por algunos se les dejan, ó donan, ó que por otro pacto se arbitran ó se adquieren, ya

(1) *Agustin;* XV. Kal., *las ed. del Cód.—La genuina ley se conserva en la Coll. 25. cap. XIV., y un epítome de la misma en la Coll. constit. eccles. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 83.)*

(2) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. XV., y un epítome de la misma en la Coll. constit. eccles. I. 4. 23., y en las Bas. III. 1. 4. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 84.). Esta ley está tomada de la l. 2. C. de priv. carcer. (IX. 5.).*

(3) domini, *ms. Pl. 1., ed. Nbg. Hal.*

(4) licentia competit, *ms. Pl. 1., ed. Schf.*

(5) quoquo modo, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg.*

(6) *Se ha fijado esta indicación de fecha y firma atendiendo á la l. 3. C. VIII. 52., habiéndose desechado esto que desde Hal. se halla en las ed.:* Dat. Chalcedone VIII. Kalend. Iul. Lampadio et Oreste VV. CC. Conss. [530.], *porque más bien pertenece á la ley 26 de este título.*

(7) *La genuina ley está en la Coll. 25. cap. XVI., y hay un epítome de la misma en la Coll. const. eccles. I. 4. 25., y en las Bas. III. 1. 5. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 84.). Esta ley está tomada de otra más extensa, l. 1. C. de aleator. (III. 43.). En el ms. Vat. se lée la Const. griega.*

Digitized by Google

sive ad publicos aquaeductus, sive ad balneorum calefactionem, sive ad portus, sive ad murorum aut turrium aedificationem, sive ad pontium aut viarum refectionem, sive ad publicam denique utilitatem ullam pertineant, tam ex publicis, quam ex privatis, ut dictum est, causis, sancimus, ut in unum conveniant religiosissimus episcopus, ac tres bonae existimationis, et qui ceteris praestant in ea civitate, ac singulis annis inspiciant opera facta, et curent, ut et metiantur et rationem conficiant qui ea administrant aut administraverunt, et in monumentorum gestione ostendant impletionem operum, aut administrationem sitonicarum et balneariarum pecuniarum, sive quae in viis muniendis, aut aquaeductibus, aut aliis rebus consumuntur. Quae omnia imminuta manere in omne tempus volumus; et in monumentorum gestione appareat, sitne solutus, an obligatus qui ea administravit, et an, quod debuit, solverit; atque ita erit cautum ei, qui eam curam suscepit. Mittemus enim nos, quum placuerit, quem commodum erit, ut inspiciat rationes ab eis factas; et quum recte factas reperierit, calculum feret, securitatem et ipsis heredibusque eorum et successoribus praestiturum, ex quo neque aliarum rationum aut inquisitionum occasio relinquatur. Omnia vero propositis sanctis evangeliis diligenter fiant; nam inquisitio nostra quum libuerit, ipsis instabit. Oportet itaque studere religiosissimum episcopum, et qui cum eo rationes conficiunt, ut opera, quae ingentes sumtus requirunt, singulis annis diligenter fiant, ex publicis fructibus atque reditibus reparanda. Sin autem noluerit rationibus subesse qui ea administrat, neque ferat sanctissimum eius loci episcopum, et illos possessores, qui ad eam rem constituuntur, et qui ad rationes reddendas eum vocant, cogatur id agere per clarissimum provinciae praesidem et cohortem, quae ei paret, ac sine ullo damno compellatur, ut modis omnibus rationes submittat religiosissimo episcopo et primoribus civitatis, quodque appareat ab eo deberi, civitati reddatur.

§ 1.—Omnem vero libertatem adimimus nostris praesidibus mittendi in agros discussores, seu ratiocinatores, aut exaequatores ad publicarum rationum inquisitionem. Sed si quid huiusmodi nobis ignorantibus fiet, si quidem sacra forma ad aliquos per supreptionem emanaverit, liceat religiosissimo episcopo eius civitatis suscipere quidem sacram formam, renuntiare tamen nobis, ut nos cognoscamus, utrum ex nostra ad illum praesidem iussione, an per subreptionem facta sit, ut, si per subreptionem facta esse videatur, quod factum sit, inutile fiat, et periculum subeat, qui eam quaesivit. Si vero ab aliquo e nostris praefectis emissum decretum aut commonitorium sit aut praeceptum aliquod, et rationum inspectio in praedictis capitibus permittatur, omni modo volumus, ut eius urbis episcopus et primores civitatum hoc non admittant; sed liceat etiam provinciae praesidi, et ipsis possessoribus ac civibus tales iussiones reiicere, ac ne obolum quidem ea de causa praestare. Si vero in ea re sanctissimus episcopus negligens fuerit, habebit et dominum Deum nostrum infen-

esten destinados á obras, ó á la compra de granos, ó á los acueductos públicos, ó á la calefacción de baños, ya para puertos, ó para edificación de muros ó de torres, ya para la reparación de puentes ó de caminos, ó finalmente para alguna utilidad pública, tanto si provengan de causas públicas, como si de privadas, según se ha dicho, mandamos, que se reunan el religiosísimo obispo, y tres personas de buena reputación, y que aventajen á los demás en aquella ciudad, é inspeccionen cada año las obras ejecutadas, y cuiden de que las midan y rindan cuentas los que las administran ó las administraron, y demuestren formalizando documentos la terminación de las obras, ó la administración de los fondos destinados á los víveres y á los baños, ó cuáles se consumen en la reparación de los caminos, ó en acueductos, ó en otras cosas. Todas cuyas disposiciones queremos que permanezcan inalterables en todo tiempo; así como que aparezca consignado en los documentos, si ha quedado libre ú obligado el que ejerció la administración, y si haya pagado lo que debió; y de este modo estará á cubierto el que se encargó de tal administración. Pues, cuando nos pareciere oportuno, enviarémos á quien tendremos por conveniente, para que inspeccione las cuentas formalizadas por ellos; y cuando las hubiere hallado hechas con rectitud, hará un finiquito que les dará seguridad, así á ellos mismos, como á sus herederos y sucesores, y en virtud del que no se deje ocasión para otras rendiciones de cuentas, ó investigaciones. Todo lo cual hágase con diligencia, teniendo á la vista los santos evangelios; pues nuestra investigación les apremiará cuando quisiere. Conviene, por lo tanto, que el religiosísimo obispo, y los que con él hacen las cuentas, procuren que las obras que requieren grandes gastos se hagan con diligencia cada año, debiendo ser reparadas con los frutos y las rentas públicos. Mas si el que administra estos bienes no hubiere querido rendir cuentas, y no obedeciera al santísimo obispo de la localidad, ni á los hacendados que para este objeto son designados, y que lo citan para rendir las cuentas, oblíguesele á hacerlo por medio del muy esclarecido presidente de la provincia y por la cohorte que á este le obedece, y sin inferirle daño alguno apremíesele, para que de todas maneras someta las cuentas al religiosísimo obispo y á los principales de la ciudad, y para que se devuelva á la ciudad lo que aparezca que por él se le debe.

§ 1.—Y quitamos á nuestros presidentes toda facultad para enviar á los campos revisores, contadores, ó liquidadores para el exámen de las cuentas públicas. Mas si algo de esto se hiciere ignorándolo nosotros, porque á algunos se les hubiere dirigido surrepticiamente una órden imperial, sea lícito al religiosísimo obispo de aquella ciudad apoderarse de la sacra órden, comunicándonoslo sin embargo, para que conozcamos si por mandato nuestro ó surrepticiamente ha sido hecha para tal presidente, á fin de que, si pareciere expedida surrepticiamente, sea inutilizado lo que se haya hecho, y sufra los perjuicios el que se la procuró. Pero si por alguno de nuestros prefectos se hubiere expedido un decreto ó conmonitorio, ó algún mandamiento, y se permitiera la inspección de las cuentas sobre los antedichos capítulos, es nuestra voluntad terminante, que no lo admitan el obispo y los principales de la ciudad; sino que sea lícito aún al presidente de la provincia, y á los mismos hacendados y ciudadanos rechazar tales órdenes, y no pagar ciertamente ni un óbolo por esta causa.

Digitized by Google

sum, et imperialem vindictam exspectabit, quod ea servili silentio sacerdotalique potestate indigno praeterierit.

§ 2.—Si quis autem in provincia renunciaverit magistratuum aut consulum processiones, sive generales formas gloriosissimorum praefectorum aut alicuius alterius e nostris magistratibus, sive constitutionem, sive sacrum commonitorium, sive generales literas, sive erectionem imperialium statuarum indicaverit, non liceat amplius sex nummis aureis in singulas nuntiationes, aut in singulas formas, aut constitutiones, aut sacra commonitoria, aut generales literas, aut statuarum erectiones accipere in singulis provinciis, ad quas haec attulit, ita ut, quantaecunque sint in ea provincia urbes, nihil intersit, sed tantum sex nummos accipiat. Si quid vero amplius acceperit, eius quadruplum restituet, liceatque eius urbis episcopo hoc prohibere; et tunc eadem poena, scilicet decem librarum auri, et provinciae praesidi, et ei subdito officio, et episcopo imponitur, si illis permittant plus petere, neque id modis omnibus prohibuerint.

§ 3.—Nemini enim omnino permittimus nostrorum magistratuum huiusmodi formas circa provincias emittere de rivorum vel cloacarum purgatione, aut de amolitione aedificiorum a muris, aut de destructione porticuum vel eorum, quae produlia appellantur, et ruderum, aut de dimidiatarum columnarum eversione, aut de imaginibus, aut si quid alio pacto sit excogitatum, aut etiam de civilibus quibuscunque controversiis. Sed liceat episcopo et iis, qui primi sunt in civitate, et praesidibus provinciarum, et possessoribus, ac civibus, insinuata tali aliqua forma, eam quidem non admittere, sed prohibere ac coërcere omnem exactionem omnemque vim, quae ex eo eveniat; eademque poena afficiat sanctissimos episcopos, nisi id prohibuerint.

§ 4.—Sed et oportet episcopum, ac patrem civitatis, et ceteros bonae opinionis possessores providere, ne locus aliquis civilis aut publicus iuxta muros urbis, aut in publicis porticibus, aut in plateis, aut in quocunque alio loco situs ab aliquo sine titulo possideatur, neve publicus locus alicui sine nostra sacra forma elocetur.

§ 5.—Iidem inquirant de aquarum distributione ut vocant, quae ex sacra forma ad aliquem pertineat, ut ne hic plus, ille minus habeat, quam ei competit.

§ 6.—Neque vero fideiussionis causa nostros subiectos damno affici patimur aut ob procuratoris constitutionem. Sed siquidem immobiles res habeant idoneas, iureiurando praestito tantum scripturam exponant, sin autem non habeant, usque ad dudum constitutam quantitatem fideiussionem sine ullo damno praebeant. Si vero dubitaverint exactores de fideiussorum fide vel de iuratoria cautione, in eundem locum religiosissimus episcopus et patres civitatis ac defensor conveniant, et decernant, an idoneus esse fideiussor videatur usque ad quantitatem, de qua agitur, et necesse habeat exactor suscipere eum fideiussorem, qui nihil pro fideiussione aut sacramento accipiet;

Mas si en este asunto hubiere sido negligente el santísimo obispo, tendrá ofendido á Dios nuestro señor, y esperará la vindicta imperial, porque con silencio servil é indigno de su potestad sacerdotal haya desatendido estas disposiciones.

§ 2.—Pero si alguno hubiere anunciado en una provincia las solemnes llegadas de los magistrados ó de los cónsules, ó las órdenes generales de los gloriosísimos prefectos, ó de otro cualquiera de nuestros magistrados, ó una constitución, ó un sacro conmonitorio, ó cartas generales, ó hubiere publicado la erección de estátuas imperiales, no le sea lícito recibir por cada anuncio de llegada, ó por cada órden, ó constitución, ó sacro conmonitorio, ó por las cartas generales, ó las erecciones de estátuas, mas de seis nummos de oro en cada una de las provincias, á que llevó tales notificaciones, de tal manera, que nada importe cuántas sean las ciudades en la provincia, sino que tan solo reciba seis nummos. Pero si hubiere recibido algo más, restituirá su cuádruplo, y séale lícito al obispo de aquella ciudad prohibirlo; y entonces la misma pena, á saber, de diez libras de oro, se impone al presidente de la provincia, á los funcionarios á él subordinados, y al obispo, si les permitieran á aquellos pedir más, y no lo hubieren prohibido terminantemente.

§ 3.—Porque no permitimos absolutamente á ninguno de nuestros magistrados, que expidan á las provincias órdenes de tal naturaleza sobre la limpia de arroyos y de cloacas, ó sobre separación de edificios de las murallas, ó sobre la demolición de pórticos, ó de lo que llaman *produlia*, y de ruinas, ó sobre el derribo de columnas truncadas, ó sobre imágenes, ó sobre alguna otra cosa en que de otro modo se haya pensado, ó tampoco sobre cualesquiera cuestiones civiles. Mas sea lícito al obispo, á los principales de la ciudad, á los presidentes de las provincias, á los hacendados, y á los ciudadanos, no admitir ciertamente tal órden, cuando se les haya comunicado, sino prohibir y reprimir toda exacción y toda fuerza, que de aquí provenga; y la misma pena afecte á los santísimos obispos, si no hubieren prohibido esto.

§ 4.—Pero conviene también que el obispo, y el padre de la ciudad, y los demás hacendados de buena opinión, provean á que ningún lugar civil ó público contiguo á los muros de la ciudad, ó en los pórticos públicos, ó en las calles anchas, ó en cualquier otro parage situado, sea poseido sin título por alguna persona, y á que á nadie se dé en arrendamiento ningún local público sin nuestra sacra disposición.

§ 5.—Inquieran los mismos acerca de la distribución de aguas, como la llaman, que según sacra disposición corresponda á alguien, á fin de que, ni este tenga más, ni aquel menos, de la que le compete.

§ 6.—Mas no sufrimos, que por causa de una fianza, ó por el nombramiento de procurador se cause perjuicio á nuestros súbditos. Sino que si tuvieran bienes inmuebles suficientes, extiendan tan sólo escritura después de prestado juramento, y si no los tuviesen, presten fianza sin perjuicio alguno, hasta la cantidad entonces establecida. Pero si los exactores dudaren de la fé de los fiadores ó de la caución juratoria, reúnanse en el mismo lugar el religiosísimo obispo, los padres de la ciudad y el defensor, y juzguen si el fiador parece ser abonado hasta la cantidad, de que se trata, y el exactor, que nada recibirá por la fianza ó por el juramento, tenga necesidad de aceptar este fia-

Digitized by Google

praeterquam si privata nostra aut cuiusquam magistratus maioris iussione personam ducere, fide non habita fideiussori, iussus fuerit. Tunc enim licebit exactori fideiussorem non accipere, id vero agere sine ullo detrimento. Ceterum eadem mulcta adversus religiosissimum episcopum et clarissimum provinciae praesidem imponitur, si quid eorum migrari passi fuerint, aut, si quis transgressus fuerit, non id statim renuntiaverint.

§ 7.—Neque etiam patiantur, ut plus definita parte a nostra constitutione pro sportulis accipiatur, neve descriptio ob aliquam causam in civitatibus coacta fiat, nisi ob illas tantum causas, quales sunt renuntiationes processionum, constitutionum, sacri vel generalis commonitorii, aut formae, aut literarum, et huiusmodi omnium rerum, de quibus antea sanximus, item quae propter suam utilitatem atque salutem cives voluerint ad opera forte publica, vel ad sitoniam, vel ad aliam quamvis causam, quae omnibus placeat, propter urbis honorem fieri, ex quo respublica adiuvetur. Contra eos vero, qui haec transgredi tentaverint, et religiosissimos episcopos, qui ad nos id non retulerint, ea serventur, quae antea a nobis commonita sunt.

§ 8.—Oportet autem singularum urbium Dei amantissimos episcopos, quum omnia cognoverint, quae a nobis de his rebus disposita sunt, et de metatorum adaeratione, et de armorum privatione prohibita, ac de ceteris rebus, quae nostra sacra constitutione continentur, quae super his in publicum edita est, finem competentem imponere.

Dat. VIII. Kalend. Iul. Chalcedone, LAMPADIO et ORESTE (1) Conss. [530.]

27. *Idem A.* IULIANO *P. P.* — De creationibus curatorum, qui furiosis utriusque sexus dantur, necessarium (2) nobis visum est constituere, quemadmodum eas celebrari oporteat. Et si quidem pater curatorem furioso vel furiosae in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, ubi (3) et fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio (4) pro (5) satisdatione sufficiente, ipse (6), qui datus est, ad curationem perveniat, ita tamen, ut in provinciis apud praesides earum, praesente (7) etiam (8) tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, actis intervenientibus, tactis sacrosanctis scripturis, depromat, omnia se recte et (9) cum utilitate furiosi gerere, neque praetermittere, quae utilia esse furioso putaverit, neque admittere, quae (10) non utilia (11) esse existimaverit; et inventario cum omni subtilitate publice conscripto, res suscipiat, et eas (12) secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tu-

dor; salvo si por privado mandato nuestro, ó de cualquier magistrado superior, se le hubiere mandado presentar la persona, no habiéndose tenido fé en el fiador. Porque entonces será lícito al exactor no admitir el fiador, pero hacerlo sin perjuicio alguno. Por lo demás, la misma multa se impone al religiosísimo obispo y al muy esclarecido presidente de la provincia, si hubieren tolerado que se infrinja alguna de estas disposiciones, ó si alguien las hubiere infringido, y al punto no lo hubieren denunciado.

§ 7.—Y no consientan tampoco que por espórtulas se reciba más de la porción señalada por nuestra constitución, ni que se haga en las ciudades reparto obligado por otra cualquier causa, sino únicamente por aquellas, de que antes hemos hablado, cuales son las notificaciones de las llegadas, de las constituciones, de un sacro ó general conmonitorio, ó de una órden, ó de cartas, y de todas las cosas semejantes, y además los que los ciudadanos hubieren querido que se hagan por honor de la ciudad atendiendo á su propia utilidad y conveniencia, acaso para obras públicas, ó para la intendencia de provisiones, ó por otra cualquier causa, que á todos convenga, y por lo que sea favorecida la república. Mas contra aquellos que hubieren intentado infringir estas disposiciones, y contra los religiosísimos obispos, que no nos lo denunciaren, obsérvese lo que antes se ha prevenido por nosotros.

§ 8.—Pero conviene que los obispos de cada ciudad, amantísimos de Dios, cuando tuvieren conocimiento de todo lo que por nosotros se ha dispuesto sobre estas cosas, y sobre la tasa de los medidores, y sobre la prohibida privación de armas, y sobre las demás cosas, que se contienen en nuestra sacra constitución, publicada acerca de estas materias, le den el debido cumplimiento.

Dada en Calcedonia á 8 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTES. [530.]

27. *El mismo Augusto, á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Respecto á los nombramientos de curadores, que se dan á los furiosos de uno y otro sexo, nos ha parecido necesario determinar cómo deban hacerse. Y si verdaderamente un padre hubiere nombrado en su última voluntad curador para un furioso ó para una furiosa, instituidos herederos ó desheredados, entonces, siendo necesario que no tenga lugar la fianza, bastando por fianza el testimonio paterno, alcance la curaduría el mismo que fué nombrado, á condición, sin embargo, de que en provincias ante sus presidentes, presentes también, tanto el muy religioso obispo de la localidad, cuanto tres próceres, levantándose actas, y puestas las manos sobre las sacrosantas escrituras, declare que todo lo hará con rectitud y en utilidad del furioso, y no desatenderá nada de lo que juzgare que es útil al furioso, ni admitirá lo que creyere que no le será conveniente; y hecho públicamente el inventario con toda escrupulosidad, tome

(1) et Oreste, *faltan en Agust. y en las ed. del Cód. excepto en la de Bk.—Hállase esta ley, genuina, en la Coll. 25. cap. XVII., y en epítome, en la Coll. Constit. eccles. I. 4. 26. Sus diversas partes se hallan en otros varios títulos del Código. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 85.)*
(2) necesse, *mms. Pl. 1. 2.*
(3) ibi, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*
(4) testamento, *ms. Pl. 1.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* pro eius, *Hal. y los demás.*
(6) ut ipse, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* et ipse, *ed. Nbg.*
(7) praesentibus, *ms. Gt., ed. Schf.*
(8) *L. 7. § 5. C. V. 70.;* eis, *mms. Pl. 1. 2., ed. Schf. Hal. y después los demás; falta en el ms. Bg., ed. Nbg.*
(9) et, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf.;* recte et, *faltan en el ms. Bg.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., l. 7. § 5. C. V. 70.* ea quae, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., l. 7. § 5. C. V. 70* furioso, *añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) *Los mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf., l. 7. § 5. C. V. 70.;* et ea *mms. Pl. 1. Gt.;* et, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*

Digitized by Google

torum (1) et curatorum adulti. Sin autem testamentum quidem parens non confecerit, lex autem curatorem (2) utpote (3) agnatum vocaverit, vel, eo cessante aut non idoneo forsitan existente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit, tunc scilicet et in provinciis apud praesides cuiuscunque provinciae, et virum religiosissimum, episcopum civitatis, necnon tres primates creatio (4) procedat, ita ut, si quidem curator substantiam idoneam possidet et sufficientem ad fidem gubernationis, sine aliqua satisdatione nominatio (5) procedat. Sin autem non talis census eius inveniatur, tunc et fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione omnino sacrosanctis scripturis propositis in omni causa celebranda, ipso autem curatore, cuiuscunque substantiae vel dignitatis sit, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis praestante, et inventarium publice conscribente, et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda, quatenus res possint furiosi undique utiliter gubernari.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.]

28. *Idem A.* (6) IULIANO *P. P.*— Tam dementis quam furiosi liberi cuiuscunque sexus possunt legitimas contrahere nuptias, tam dote quam ante nuptias donatione a curatore eorum praestanda; aestimatione tamen in hac quidem regia urbe excellentissimi praefecti urbi, in provinciis autem virorum clarissimorum earum praesidum vel locorum antistitum, tam opinione personae quam dotis moderatione (7) et ante nuptias donationis statuenda, praesentibus tam curatoribus dementis, quam furiosi, nec non his, qui ex genere eorum nobiliores sunt, ita tamen, ut nulla ex hac causa oriatur vel in hac regia urbe vel in provinciis iactura substantiae furiosi, vel dementis, vel mente capti, sed gratis omnia procedant, ne tale hominum infortunium etiam expensarum detrimento praegravetur.

Dat. Kal. Octobr. LAMPADIO et ORESTE Conss. (8) [530.]

AUTHENT. *ut cum de appellat. cognosc.* § *Si quis de praedictis parentibus furiosus.* (*Nov.* 115. c. 3.)—Liberi furiosi, qui curam ei (9) negligunt praebere, tam exheredatione digni sunt, quam aliis poenis legitimis. Nam si quis alius, attestatione ad eos missa, quum adhuc negligant, in domum suam eum susceperit et procuraverit, ex hoc erit eius successor legitimus, licet testatus esset etiam in liberos forte, manentibus tamen aliis testamenti capitulis.

§ 1.—Eadem poena parentibus imponenda, si

(1) pupilli, *añaden las ed. Nbg. Schf.*
(2) tutorem, *ed. Schf.*
(3) ut puta, *ms. Pl. 2.*
(4) curatio, *ms. Pl. 1.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf., l. 7. § 6. C. V. 70.*; creatio, *Hal. y los demás.*

á su cargo los bienes, y disponga de ellos á la manera que de lo suyo, bajo hipoteca de los bienes que á él le pertenezcan, á semejanza de los tutores y curadores de un adulto. Mas si el ascendiente no hubiere á la verdad hecho testamento, pero la ley hubiere llamado para curador á un agnado, ó si muriendo este, ó no existiendo tal vez ninguno idóneo, hubiere sido necesario darle curador por elección judicial, entonces hágase el nombramiento en las provincias ante el presidente de cualquier provincia que sea, y el muy religioso varón, obispo de la ciudad, y además tres próceres, de tal suerte que, si el curador posee bienes idóneos y suficientes para garantía de su administración, proceda el nombramiento sin fianza alguna. Mas si no se le hallaran tales bienes, entonces exijásele fianza por cuanto le es posible, debiendo hacerse en todo caso el nombramiento en presencia de las sagradas escrituras, y prestando el mismo curador, cualesquiera que sean su riqueza y dig-dignidad, el antedicho juramento de administrar los bienes de una manera conveniente, y formalizando públicamente inventario, y añadiéndose de todos modos la hipoteca de los bienes del curador, á fin de que siempre puedan ser administrados convenientemente los bienes del furioso

Dada en Constantinopla las Calendas de Setiembre bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTES, varones esclarecidos. [530.]

28. *El mismo Augusto á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Los hijos, tanto del demente, como del furioso, de cualquier sexo que sean, pueden contraer legítimas nupcias, debiéndoseles dar, así la dote, como la donación *ante nuptias*, por su curador; definiéndose, sin embargo, tanto la condición de la persona, como la proporción de la dote y de la donación *ante nuptias*, en esta régia ciudad, á juicio de su excelentísimo prefecto, y en provincias, al de los muy esclarecidos presidentes de ellas, ó de los prelados de las localidades, presentes, así los curadores del demente, como los del furioso, y también los individuos de su linage que sean más nobles, pero de modo que, ni en esta régia ciudad, ni en las provincias se origine por este motivo perjuicio alguno á los bienes del furioso, del demente, ó del mentecato, sino que todo se haga gratuitamente, á fin de que no se agrave con el quebranto de los gastos este infortunio de los hombres.

Dada las Calendas de Octubre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTES. [530.]

AUTÉNTICA *ut cum de appellat. cognosc.* § *Si quis de praedictis parentibus furiosus.* (*Nov.* 115. c. 3.) —Los hijos del furioso, que desatienden el cuidar de él, son dignos, tanto de la desheredación, como de otras penas legales. Porque si algún extraño, habiéndoles dirigido una advertencia, y desatendiéndolo todavía ellos, lo hubiere recogido en su casa, y lo hubiere cuidado, será por esto su legítimo sucesor, aún cuando también el furioso hubiese testado acaso en favor de sus hijos, subsistiendo, sin embargo, las demás disposiciones del testamento.

§ 1.—La misma pena debe imponerse á los pa-

(6) Imp. Mar. a., *ms. Pist.*
(7) tam opinione quam moderatione personae dotis, *ms. Pl. 1.*
(8) *La indicación de la fecha y firma falta en todos;* d k oct, *ms. Pist.*
(9) *Ed. Schf. Hal. Russ. Bk.*; eius, *los demás.*

Digitized by Google

quidem de liberis in furore constitutis curare neglexerint.

29. *Idem A.* IULIANO *P. P.*—Sancimus, ut nemo venerabilis clericus ab aliquo sive clerico sive laico statim et ab initio apud beatissimum provinciae patriarcham accusetur, sed prius iuxta sacra instituta apud episcopum civitatis, in qua clericus versatur; tum, si hunc suspectum habet, apud metropolitanum episcopum rem agat; sed si forte ne apud eum quidem accusatio placuerit, ad sacram eius regionis synodum accusatum deducat, tribus cum metropolitano convenientibus religiosissimis episcopis, qui ceteris propter ordinationem praeferuntur, et iustitiam in pleno synodi consessu explorant. Et si quidem ei, quae iudicata sunt, placuerint, ab accusando discedat; si vero se laedi existimaverit, tunc provocet illius provinciae beatissimum patriarcham, atque iis, quae ipse iudicaverit, omnino pareat, perinde ac si eum ab initio iudicem esset consecutus. Nam contra horum antistitum sententias non esse locum appellationi a maioribus nostris constitutum est. Hoc idem servandum est, si episcopus sive ab aliquo laico, sive ab aliquo clerico, sive ab altero religiosissimo episcopo accusatus sit. Nam ut statim accusatio ad sanctissimos patriarchas deferatur, et ut accusati in aliam provinciam mittantur, omnino prohibemus, praeterquam si accusationem quis ob eam rem intulerit, quod causa ad regionis religiosissimum episcopum transmissa fuerit; quo casu licet ad ipsos quoque sanctissimos patriarchas deferre accusationem; literae tamen conficiantur ad aliquem ex episcopis eorum locorum, ut is causam audiat, uti antea a nobis dictum est.

§ 1.—Non vero propterea liceat venerabilibus clericis adesse et immodicis sportulis accusatos affligere, qua in re hucusque peccatum esse cognovimus. Neque enim in singulas reorum personas plus sexta aurei nummi parte pro sportulis dari concedimus iis, qui a sanctissimis patriarchis ac metropolitanis mittuntur; aut, si episcopus missus est, sex tantum aurei ex quacunque quantitate ac causa, neque amplius, praebeantur. Hoc in metropolitanis etiam teneat, quum ad eos accusatio contra episcopum, qui sub iis est, aut eius provinciae clericum defertur. Nam si in civilibus iudiciis moderari sportularum et sumtuum modum curavimus, idque lege definire prospeximus, multo magis in ecclesiasticis accusationibus modum servari sancimus.

§ 2.—Si vero, remissa causa a sanctissimo patriarcha aut ad aliquem ex religiosissimis metropolitanis, aut ad alium Dei amantissimum episcopum, sententia lata sit, quae alicui parti displiceat, ac provocetur, ad archiepiscopalem sedem referatur appellatio, in qua, ut adhuc servatum est, cognoscatur.

§ 3.—Si vero quis ausus fuerit adversus haec agere, is quidem omne, quod accepit, cum altero tanto ei, a quo plus iusto sumtum est, praestabit, et ecclesiasticae mulctae subiicietur apud sanctissimum patriarcham aut religiosissimum metropo-

dres, cuando hubieren desatendido cuidar de sus hijos furiosos.

29. *El mismo Augusto, á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que ningún venerable clérigo sea acusado desde luego y al principio ante el beatísimo patriarca de la provincia, por otro, ya clérigo, ya seglar, sino primeramente, conforme á las sacras disposiciones, ante el obispo de la ciudad en que resida el clérigo; después, si á este lo considera sospechoso, lleve la acusación ante el obispo metropolitano; pero si acaso ni aún ciertamente ante este le agradare la acusación, lleve al acusado ante el sagrado sínodo de aquella región, reuniéndose con el metropolitano los tres religiosísimos obispos, que por su ordenación son anteriores á los demás, y ellos examinan la justicia en plena sesión del sínodo. Y si le hubiere parecido bien lo que se haya sentenciado, desista ya de la acusación; mas si creyere que ha sido perjudicado, apele entonces al beatísimo patriarca de aquella provincia, y sométase por completo á lo que él hubiere sentenciado, como si desde el principio se hubiese dirigido á este juez. Porque por nuestros mayores se estableció, que no ha lugar á apelación contra las sentencias de estos prelados. Esto mismo se ha de observar, si un obispo hubiera sido acusado, ya por algún seglar, ya por un clérigo, ya por otro religiosísimo obispo. Porque prohibimos absolutamente, que la acusación se lleve desde luego ante los santísimos patriarcas, y que los acusados sean enviados á otra provincia, excepto si alguno hubiere formulado la acusación por esto, porque la causa hubiere sido trasmitida al religiosísimo obispo de la región; en cuyo caso, es lícito llevar la acusación también ante los mismos santísimos patriarcas; pero envíense cartas á alguno de los obispos de aquellas localidades, para que este entienda de la causa, según antes se dijo por nosotros.

§ 1.—Mas no por esto sea lícito á los venerables clérigos presentarse y abrumar con exageradas espórtulas á los acusados, en lo que hemos sabido que se ha faltado hasta hoy. Porque no concedemos que por espórtulas se dé por cada uno de los reos más de la sexta parte de un nummo de oro á aquellos que por los santísimos patriarcas y metropolitanos son enviados; ó si fué enviado un obispo, páguense solamente seis áureos, y no más, cualesquiera que sean la cuantía y la causa. Obsérvese también esto respecto á los metropolitanos, cuando ante ellos se presente acusación contra un obispo, que á ellos está subordinado, ó contra un clérigo de su provincia. Pues si en los juicios civiles hemos cuidado de moderar la cuantía de las espórtulas y de los gastos, y creímos conveniente definirlo así en la ley, con mayor razón mandamos que se observe la tasa en las acusaciones eclesiásticas.

§ 2.—Mas si, remitida la causa por el santísimo patriarca, ora á alguno de los religiosísimos metropolitanos, ora á otro obispo amantísimo de Dios, se hubiera pronunciado sentencia, que desagrade á alguna de las partes, y se apelase, llévese la apelación á la sede arzobispal, en la que se conozca de ella, según hasta ahora se ha practicado.

§ 3.—Pero si alguno se hubiere atrevido á hacer algo contra estas disposiciones, devolverá ciertamente todo lo que recibió, con otro tanto, á aquel de quien se ha recibido más de lo justo, y estará sujeto á la multa eclesiástica ante el que á la sa-

Digitized by Google

litanum, qui tunc erit, ecclesiasticorum numero eiiciendus.

§ 4.—Has autem accusationes, si quidem res ad ecclesiasticum statum pertinet, necesse esse iubemus, ut fiant apud solos religiosissimos episcopos, aut metropolitanos, aut apud sacras synodos, aut sanctissimos patriarchas; si vero civilium rerum controversia sit, volentes quaestionem apud antistites instituere patimur, invitos tamen non cogimus, quum ipsis etiam iudicia civilia sint, si ea adire malint, apud quae licet etiam de criminibus cognoscere.

§ 5.—Quoniam vero quidam sunt sanctissimi patriarchae, qui in provinciis, in quibus sunt, et metropolitanorum officium gerunt, et alii per totam dioecesin episcoporum, tam metropolitanorum quam aliorum, ordinationes faciunt, de iis eadem sancimus, quae de metropolitanis antea disposuimus. Is enim iure metropolitanus vocatur, qui in episcopos minores ex sacris regulis potestatem habet.

Dat. XV. Kal. Nov. CP. LAMPADIO et ORESTE (1) Conss. [530.] (2)

30. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Sancimus, in curationibus iuniorum, sive primae sive secundae sint aetatis, aut aliorum, quibus lex dat curatores, si quidem usque ad quingentos aureos solummodo facultates sint iuniorum, non praesidum provinciarum exspectari creationem, neque impensis maximis illos subiici, praesidibus forte non morantibus in urbibus illis, in quibus prospiciendum est curationi, sed apud civitatis illius defensorem aut strategum, vel in Alexandrina civitate apud eius iuridicum, una cum religiosissimo eius episcopo, aut aliis etiam publicis personis, si harum copiam habeat civitas, fieri creationes curatorum et tutorum, fideiussore ex mensura facultatum dato secundum dictarum personarum iudicium, et aliis omnibus procedentibus, quaecunque super tutoribus et curatoribus et fideiussione eorum modum secundum facultatum consueta sunt; solaque personarum transmutatio, per quas haec fiunt, propter minorum utilitatem a praesenti sanctione introducta sit. Omnia videlicet haec pro sola duorum solidorum datione conficiantur, quapropter vel maxime haec posita est constitutio; poena imminente, si quis plus accipere ausus fuerit, aut distulerit constituere tutelam seu curationem spe maioris lucri, non enim solum triplum reddat omne, quidquid acceperit, sed etiam ab ipsa administratione removeatur. Quum autem apud defensorem factae fuerint tutorum aut curatorum creationes, praesente etiam religiosissimo civitatis episcopo, in ipsis sanctissimae ecclesiae archivis deponi gesta sancimus, ut sit perpetua rei memoria, et non intercidat casibus fortuitis curationis exinde quaesita cautela. Quae vero in magna hac urbe sunt

zón fuere santísimo patriarca ó religiosísimo metropolitano, debiendo ser expulsado del número de los eclesiásticos.

§ 4.—Mas si el asunto se refiere ciertamente al estado eclesiástico, mandamos que es necesario que estas acusaciones se hagan solamente ante los religiosísimos obispos, ó ante los metropolitanos, ó ante los sagrados sínodos, ó ante los santísimos patriarcas; mas si la controversia fuese sobre asuntos civiles, permitimos que los que quieran, promuevan la cuestión ante los prelados, pero no obligamos á los que no lo quieran, habiendo para ellos también tribunales civiles, si á estos prefirieran acudir, en los que es lícito conocer asimismo de delitos.

§ 5.—Mas puesto que hay algunos santísimos patriarcas, que en las provincias en que están desempeñan el oficio de metropolitanos, y otros que hacen en toda la diócesis las ordenaciones de los obispos, así de los metropolitanos, como de otros, sancionamos respecto de ellos lo mismo que antes hemos dispuesto acerca de los metropolitanos. Porque con derecho es llamado metropolitano él que por las sagradas leyes tiene potestad sobre los obispos menores.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTES. [530.]

30. *El mismo Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que, en las curadurías de los menores, ya sean de la primera, ya de la segunda edad, ó en las de otros á quienes la ley da curadores, cuando los bienes de los menores lleguen solamente á quinientos aúreos, no se espere el nombramiento de los presidentes de las provincias, ni se les obligue á grandes gastos, por no residir tal vez los presidentes en aquellas ciudades en que deba proveerse á la curaduría, sino que ante el defensor ó gobernador militar de la ciudad, ó en Alejandría ante el jurídico de ella, en unión con su religiosísimo obispo, ó también con otras personas públicas, si de estas tuviera muchas la ciudad, se hagan los nombramientos de curadores y de tutores, habiéndose dado fiador según la cuantía de los bienes á juicio de dichas personas, y practicándose todas las demás formalidades, que sobre los tutores y curadores y sus fianzas se acostumbraron, según la cuantía de los bienes; pues únicamente se ha introducido por la presente ley en utilidad de los menores una transmutación de las personas por quienes estas formalidades se cumplen. Y llévese á cabo todo esto por la sola entrega de dos sueldos, por lo que principalísimamente se ha dado esta ley; amenazando pena, si alguno se hubiere atrevido á recibir más, ó hubiese diferido constituir la tutela ó la curatela con la esperanza de mayor lucro, pues no solo devolverá en el triplo todo lo que hubiere recibido, sino que además será separado de la misma administración. Mas cuando ante el defensor se hubieren hecho los nombramientos de tutores ó curadores, presente también el religiosísimo obispo de la ciudad, man-

(1) et Oreste, *faltan en Agustin y en las ed. del Cód. excepto en la de Bk.*

(2) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. XVIII., 2., y el epítome de la misma en la Coll. constit. eccles. I. 1. 29., (Voëlli bibl. II. p. 1.278.), y en las Bas. III. 1. 6. Cont. 66. tiene en las Praeterm. p. 11. un fragmento tomado del Nomoc. de Focio IX. 1. (Voëlli bibl. II. p. 955.). El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 93.), admitido por Cont. 71 y por los demás. El ms. Vat. hace notar que faltan las constituciones griegas.*

Digitized by Google

tutelae aut curationes apud solum clarissimum praetorem gerantur, uti iam sancitum est.

Dat. V. Kalend. Aug. CP. post consulatum LAMPADII et ORESTAE (1). [531.]

31. *Idem A.* IOANNI *P. P.*— Sancimus, si (2) quando abfuerit is, qui res alienas vel creditori obnoxias detinet, et desiderat (3) dominus rei vel creditor suam intentionem proponere, et non ei licentia sit, absente adversario suo, qui rem detinet, vel infantia vel furore laborante, et neminem tutorem vel curatorem habente, vel in summa potestate constituto, eandem rem auctoritate sua usurpare (4), licentia (5) ei detur adire praesidem provinciae, libellumque ei (6) porrigere, et haec in querimoniam deducere intra constituta tempora, et interruptionem (7) facere. Sin autem nullo poterit modo praesidem adire, saltem ad episcopum locorum eat, et suam manifestare voluntatem in scriptis deproperet.

Dat. Kalend. Octob. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTAE VV. CC. (8). [531.]

A. Epitome graec. const. ex coll. const, eccl.

32. *Idem A.*—Differente domino recipere canonem, licet emphyteutae eum signare, et Constantinopoli quidem in fine triennii contestari id ipsum apud praefectos praetorio, aut praefectum urbis, aut apud competentem recusantis magistratum, aut patriarcham, si dominus homo sit potens, in provinciis autem apud praesidem, aut, eo absente, apud defensorem aut episcopum civitatis, in qua est recusans, et unius ipsorum testimonium assumere; ac si ne ita quidem accipiat, non solvitur emphyteusis, et lucratur pensionem emphyteuta etiam sequentis temporis, donec dominus mittat et attestationem petat. Exinde etenim, non autem ex praeterito tempore accipiet, et post triennium post attestationem contumacem emphyteutam expellere poterit. (9)

B. Epitome eiusd. ex Bas.

Si per triennium emphyteuta canonem emphyteuticum domino afferat, dominus autem eum accipere moretur in hac regia urbe vel in provinciis degens, licere emphyteutae ei canonem offere, et

damos que las actas sean depositadas en los mismos archivos de la santísima iglesia, para que haya perpétua memoria del asunto, y para que no se pierda en casos fortuitos de la curatela la seguridad de este modo adquirida. Pero las tutelas ó curatelas que en esta gran ciudad ocurren, confiéranse únicamente ante el muy esclarecido pretor, según ya está mandado.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Agosto, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTES. [531.]

31. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que, si cuando estuviere ausente el que detenta bienes ajenos ú obligados á un acreedor, desea el dueño de la cosa é el acreedor proponer su demanda, y no tuviera medio para apoderarse de dichos bienes por su propia autoridad, por hallarse ausente su adversario, que detenta la cosa, ó porque es infante ó furioso, y no tiene ni tutor ni curador, ó por hallarse constituido en muy alta autoridad, se le conceda licencia para presentarse al presidente de la provincia, y entregarle su demanda, y para aducir esto en el litigio dentro del tiempo señalado, y producir la interrupción. Mas si en manera alguna pudiere presentarse al presidente, diríjase á lo menos al obispo de la localidad, y apresúrese á manifestar por escrito su voluntad.

Dada en Constantinopla las Calendas de Octubre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTES, varones esclarecidos. [531.]

A. Epítome de la constitución griega tomado de la colección de constituciones eclesiásticas.

32. *El mismo Augusto.*—Defiriendo el señor recibir el cánon, es lícito al enfiteuta consignarlo, y al fin del trienio contestar esto mismo, en Constantinopla, ante los prefectos del pretorio, ó ante el prefecto de la ciudad, ó ante el magistrado competente del que lo rehusa, ó ante el patriarca, si el señor fuese hombre pudiente, y en provincias, ante el presidente, ó ausente este, ante el defensor ó el obispo de la ciudad en que está el que rehusa el cánon, y tomar testimonio de uno de estos; y si ni aún así ciertamente lo aceptase, no se paga la enfiteusis, y se aprovecha el enfiteuta de la pensión, aún del tiempo siguiente, hasta tanto que el señor envíe, y pida la atestación. Porque desde entonces, pero no por el tiempo pasado, recibirá el cánon, y pasados tres años de la atestación, podrá lanzar al enfiteuta contumaz.

B. Epítome de la misma tomado de las Basílicas.

Si por espacio de tres años llevase el enfiteuta el cánon enfitéutico al señor, y el señor, viviendo en esta régia ciudad ó en las provincias, demorase recibirlo, es lícito al enfiteuta ofrecerle el cá-

(1) et Oreste, *faltan en Agustin y en las ed. del Cód. excepto en la de Bk.—Consérvase la genuina ley en la Coll. 25, cap. XIX. 2., y su epítome en la Coll. constit. eccles. I. 4. 30., y en el § 5. I. de Atil. tut. (I. 20.). El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 98).*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., l. 2. C. VII. 40.;* ut si, *ed. Nbg. Hal.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. en el texto;* desideret, *los demás.*

(4) eandem rem auctoritate sua usurpare, *faltan en los mms. Pl. 1. Gt., ed. Nbg. y en muchos mms. de Cont. y de Russ.; también la glosa dice que en los más hay esta laguna.*

(5) sed per se ipsum licentia, *ms. Pl. 2.*

(6) ei, *falta en los mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf Hal.; pero λίβελλον αὐτῷ ἀποδοῦναι, Bas.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf., l. 2. C. VII. 40.; también las Bas., εἰς μέμψιν ἀγαγεῖν ἐντὸς τοῦ ὡρισμένου χρόνου;* in querimoniam deducere et intra constituta tempora interruptionem, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(8) Coss., *adicionan Hal. y los demás, excepto Bk.*

(9) *Tan solo se conserva un epítome de esta ley en la Coll. constit. eccles. I. 4. 32., y otro en las Bas. XX. 2. 4. El texto sigue al publicado por Ant. Agust. (Coll. p. 100.), y el del segundo epítome al publicado por Br. Por lo demás, esta ley se halla reproducida en la l. 4. C. de iure emphit.* (IV. 66.).

Digitized by Google

sub finem triennii, si recuset accipere, obsignare illud, idque attestari vel apud gloriosissimum praefectum urbi, vel gloriosissimos praefectos sacrorum praetoriorum, vel competentem magistratum, cui dominus praedii subest, in provinciis autem id agere apud praesidem, vel absente praeside apud defensorem locorum, vel episcopum civitatis, in qua dominus rei degit, ita ut unius ex supradictis personis testationem adiiciat. Quodsi ne ita quidem maluerit accipere dominus oblatum canonem, lucretur eum emphyteuta, domino nullam ad eum exigendum actionem habituro. Neque vero emphyteusis solvatur exacto triennio, neque canonem praestari solitum deinceps petere liceat domino, donec ipse rursus emphyteutam inquietet, et missa attestatione canonem emhyteuticum petere incipiat; tunc enim non totius quidem praeteriti temporis canonem exigat dominus, quum ipsius culpa, ne eum acciperet, factum fuerit, currentis autem post suam attestationem temporis canonem petat. Si vero post triennium ab attestatione domini emphyteuta iuste non solverit, propterea eum dominus emphyteusi expellat secundum alteram huius tituli constitutionem.

33. *Idem A. ubique terrarum constitutis episcopis.*—Sacram fecimus constitutionem, nemini permittentes neque invitam mulierem, ancillam aut liberam, in scenam aut orchestram pertrahere, neque discedere volentem prohibere et eius fideiussores, qui super hoc ipso certum auri modum promiserint, convenire. Sed si quid tale factum fuerit, prohiberi haec et a clarissimis provinciarum praesidibus, et a civitatum religiosissimis episcopis constituimus, dantes licentiam religiosissimis episcopis una cum clarissimo provinciae praeside, etiam invitos trahere ad se eos, qui compulerint, aut qui discedere ab eo quaestu prohibuerint, et publicari quidem eorum substantiam, ipsos vero civitate expelli. Si vero qui provinciam regit, ipse sit, qui eas compulerit, aut a praedicto quaestu conversionem prohibuerit, damus licentiam, ad solos religiosissimos episcopos accedere eam, quae talia patitur, aut eius fideiussorem; hic vero episcopus sese opponat magistratui, et non permittat iniuriam, aut, si minus fuerint ad id idonei, indicent id nostro imperio, ut a nobis competens exerceatur poena, fideiussionibus simul solvendis, et fideiussoribus indemnibus conservandis; et licentiam damus conversis huiusmodi mulieribus, liberis et ingenuis, ad matrimonium transire legitimum, neque, si gravissimis dignitatibus qui illas duxerint decorati sint, indigeant imperialibus rescriptis, sed ex suo arbitrio nuptias celebrent, nuptialibus nimirum instrumentis omnimodo inter ipsos factis; eademque et de filiabus scenicarum constituimus.

§ 1.—Hanc autem dictam constitutionem et in quinto libro omnium constitutionum huius scilicet nostrae pietatis cognominis libri, ad civiles magistratus rescriptam, posuimus. Quoniam enim oportebat per praesentem sanctionem et vobis ubique terrarum positis religiosissimis episcopis haec fa-

non, y consignarlo, al terminar el triennio, si rehusara recibirlo, y atestiguar esto ó ante el gloriosísimo prefecto de la ciudad, ó ante los muy gloriosos prefectos de los sacros pretorios, ó ante el magistrado competente, á quien el señor del predio está sometido, y en las provincias haga esto ante el presidente, ó en ausencia del presidente ante el defensor de la localidad, ó ante el obispo de la ciudad, en que habita el señor del predio, de suerte que añada el testimonio de una de las susodichas personas. Mas si ni así ciertamente hubiere querido recibir el señor el cánon que se le ofrece, aprovéchese de él el enfiteuta, sin que el señor haya de tener acción alguna para exigírselo. Y ni se pague la enfiteusis transcurrido el trienio, ni sea lícito al señor exigir después que se le preste el cánon acostumbrado, hasta que inquiete por segunda vez al enfiteuta, y enviada su atestación comience á pedir el cánon enfitéutico; porque entonces ciertamente no exigirá el señor el cánon de todo el tiempo pasado, como quiera que por culpa suya haya sucedido que no lo recibiera, pero pedirá el cánon del tiempo que transcurre después de su atestación. Mas si después de un trienio de la atestación del señor no hubiere pagado con puntualidad el enfiteuta, por esta razón lánzelo el señor de la enfiteusis, conforme á la otra constitución de este mismo título.

33. *El mismo Augusto á los obispos constituidos por todo el orbe de la tierra.*—Hemos hecho una sacra constitución, no permitiendo que nadie arrastre á la escena ó á la orquesta á una mujer, esclava ó libre, contra su voluntad, ni que sus fiadores, que por esto mismo hubieren prometido una cierta cantidad de dinero, convengan en impedir que se separe la que quiera. Pero si alguna cosa tal se hubiere hecho, mandamos que sea prohibida, tanto por los muy esclarecidos presidentes de las provincias, cuanto por los religiosísimos obispos de las ciudades, dando licencia á los muy religiosos obispos en unión del esclarecidísimo presidente de la provincia, para traer á su presencia, aún contra su voluntad, á aquellos que la hubieren compelido, ó á los que hubieren impedido que de esta prostitución se separase, y para confiscar sus bienes, y expulsarlos á ellos de la ciudad. Mas si el que gobierna la provincia es el mismo que las hubiere compelido, ó el que impidiere la conversión de dicha prostitución, damos licencia para que únicamente á los muy religiosos obispos se dirija la que tales cosas sufre, ó su fiador; y opóngase este obispo al magistrado, y no permita la injuria, ó, si no fueren aptos para ello, denúncienlo á nuestra autoridad imperial, á fin de que por nosotros se imponga la pena competente, debiendo al mismo tiempo ser canceladas las fianzas, y quedar indemnes los fiadores; y damos permiso á las mujeres de esta clase convertidas, libres ó ingénuas, para pasar á legítimo matrimonio, y para que no necesiten rescriptos imperiales, si estuvieran revestidos de las supremas dignidades los que con ellas se casaren, sino que á su arbitrio celebren las nupcias, ciertamente, después de otorgados en todo caso entre ellos los instrumentos nupciales; y lo mismo mandamos respecto de las hijas de los cómicos.

§ 1.—Mas esta constitución mencionada, dirigida á los magistrados civiles, la hemos colocado también en el quinto libro de todas las constituciones del libro que lleva el sobrenombre de nuestra piedad. Mas, porque convenía hacer conocer por la presente sanción, también á vosotros los religiosísimos

Digitized by Google

cere manifesta, propterea comprehendentes, quae ad ipsam pertinent expositione latiore sancita, etiam divinam constitutionem fecimus ad vos, ut sacerdotalem conservantes reverentiam et continentiae studiosi haec custodiatis, tam magni Dei metum, quam imperialem indignationem, si quid horum praetermiseritis, considerantes.

Dat. Kal. Novemb. CP. Dn. IUSTINIANO PP. A. IV. et PAULINO Conss. [534.] (1)

34. *Idem A.* EPIPHANIO, *sanctissimo archiepiscopo huius felicissimae urbis et universali patriarchae.*—Certissime credimus, sacerdotum puritatem et decus, et ad dominum Deum et salvatorem nostrum, Iesum Christum, animi affectionem, et ab ipsis missas perpetuas preces magnum favorem nostrae reipublicae et incrementum praebere, et per haec nobis licuisse et barbaros subiugare, et domini agnosci ab illis, quae antea non obtinuimus. Et quanto plus rebus illorum accedit honestatis et decoris, tanto magis et nostram rempublicam augeri credimus. Si enim hi praetulerint vitam honestam et undique irreprehensibilem, et reliquum populum instruxerint, ut is ad illorum honestatem respiciens multis peccatis abstineat, planum est, quod inde et animae omnibus meliores erunt, et facile nobis tribuetur a maximo Deo et salvatore nostro, Iesu Christo, clementia conveniens.

§ 1.—Haec igitur nobis respicientibus nunciatum est, praeter exspectationem quosdam ex reverendissimis diaconis, quid quod etiam presbyteris (nam quod amplius est, addere erubescimus, dicimus vero Dei amantissimos episcopos), quosdam ex his non vereri, alios quidem temere tesseras contrectare, et ad adeo pudendum atque ipsis etiam laicis a nobis frequenter interdictum spectaculum accedere, alios vero talem ludum non accusare, sed vel communicare cum ludentibus, aut sedere spectatores actus indecori, et spectare quidem cum omni aviditate res omnium importunissimas, et sermones audire blasphemos, quos in talibus necesse est fieri, et polluere suas manus et oculos et aures sic damnatis et prohibitis ludis. Alii vero non obscure aut equorum certaminibus se immiscent, aut etiam provocant aliquos super equorum profligatione aut victoria, vel per se ipsos, vel per alios quosdam non decenter talia ludentes, aut scenicorum vel thymelicorum spectatores fiunt ludorum, aut eis, quae in theatris certantium ferarum pugnae fiunt, intersunt, neque cogitant, quemadmodum ipsi iis, qui recens initiati sunt, et adorandis mysteriis dignati, ipsi praecipiant, ut renuntient adversarii daemonis cultui, et omnibus pompis eius, quarum non minimam partem haec ipsa constituunt.

§ 2.—Saepe quidem ipsos talia agere vetuimus; videntes autem de his factam nobis relationem, in necessitatem incidimus ad praesentem veniendi legem, tum propter nostrum super religione stu-

obispos constituidos por todo el orbe de la tierra, estas disposiciones, por esta razón, compendiando las que sancionadas en más lata exposición á ella pertenecen, os hemos dirigido también esta divina constitución, para que conservando la reverencia sacerdotal y aplicados á la continencia veleis por estas disposiciones, teniendo en cuenta así el temor á Dios grande, como la indignación imperial, si algo de esto hubiereis desatendido.

Dada en Constantinopla las Calendas de Noviembre, bajo el cuarto consulado del señor JUSTINIANO, Augusto perpétuo, y el de PAULINO. [534.]

34. *El mismo Augusto á* EPIFANIO, *santísimo arzobispo de esta felicísima ciudad y patriarca universal.*—Firmísimamente creemos, que la pureza y el decoro de los sacerdotes, y el afecto del alma al señor Dios y salvador nuestro, Jesucristo, y las perpétuas preces dirigidas por ellos, dan grande auxilio é incremento á nuestra República, y que á favor de tales cosas nos ha sido permitido tanto subyugar á los bárbaros, cuanto ser reconocidos por ellos como señores, cosas que antes no habíamos obtenido. Y cuanta más honestidad y decoro se pone en sus cosas, tanto más creemos que prospera nuestra República. Porque si á todo hubieren ellos antepuesto una vida honesta y en todo irreprensible, y hubieren instruido á las demás clases del pueblo, de manera que mirando este á la honestidad de ellos se abstuviera de muchos pecados, es evidente, que de este modo también serán mejores las almas de todos, y que fácilmente se nos concederá por el supremo Dios y salvador nuestro, Jesucristo, la clemencia que nos conviene.

§ 1.—Considerando, pues, estas cosas, se nos ha hecho saber que, sin ninguna consideración, algunos reverendísimos diáconos, y aún presbíteros, (y lo que es más, nos ruborizamos al decirlo, pero nos referimos á los obispos amantísimos de Dios), no son reverentes, que otros, á la verdad, juegan temerariamente á los dados, y asisten por tanto al espectáculo vergonzoso y repetidas veces prohibido por nosotros aún para los mismos seglares, que algunos no denuncian tal juego, sino que ó se asocian con los jugadores, ó se sientan como espectadores del acto indecoroso, y contemplan con grande avidez las cosas más inconvenientes de todas, y oyen las conversaciones blasfemas, que en tales casos es de necesidad tener, y que contaminan sus manos, ojos y oídos con juegos así condenados y prohibidos. Otros, ó se mezclan sin recato en las carreras de caballos, ó aún provocan á otros sobre la derrota ó la victoria de los caballos, tomando parte indecorosamente en tales juegos, ó por sí mismos, ó por medio de otros, ó son espectadores de los juegos escénicos ó teatrales, ó asisten á las luchas de fieras combatientes que se hacen en los circos, y no piensan, como ellos mismos predican á los que recientemente han sido iniciados, y considerados dignos de adorar los misterios, en renunciar al culto del demonio enemigo, y á todas sus pompas, de las que no constituyen estas cosas la menor parte.

§ 2.—Muchas veces les hemos ciertamente prohibido á los mismos hacer tales cosas; pero en vista de la relación que sobre ellas se nos ha hecho, nos hallamos en la necesidad de dar la presente

(1) *Hállase la genuina ley en la Coll. 25. cap. XX. 2., y en epítome en la Coll. constit. eccles. I. 4. 33. El texto sigue al restablecido por Ant. Agust. (Coll. p. 100.), admitido por Cont. 71. y por los demás.*

Digitized by Google

dium, tum etiam propter sacerdotii ipsius simul et communis reipublicae utilitatem.

§ 3.—Et sancimus, neminem neque diaconum, neque presbyterum, et multo magis episcopum (quod quidem et incredibile forte videri possit, ut quorum in ordinationibus preces ad dominum mittuntur Christum, Deum nostrum, et invocatio sancti et adorandi fit Spiritus, et eorum capitibus aut manibus imponuntur sanctissima, quae apud nos sunt, mysteria, ut scilicet ipsis sensoria omnia instrumenta pura fiant, et consecrentur Deo) neminem igitur horum audere de cetero post divinam nostram legem aut ludere quocunque aleae genere, aut ita ludentibus communicare, aut assidere ac delectari et consensum applicare iis, quae fiunt, aut interesse plebeiis huiusmodi spectaculis, quae prius diximus, aut quid eorum, quae in his prohibentur, facere, sed omni in iis communione in posterum abstinere. Quod enim praecessit iam, licet etiam inquirendum fuisset, nec eommode ignoscendum, tamen propter humanitatem indulgemus, praesentis legis observationem omnibus in posterum iniungentes tempus. Decet enim ipsos ieiuniis et vigiliis, et exercitationibus in divinis oraculis, et precibus pro omnium salute vacare, neque vero his neglectis omnium maxime profana et prohibita contrectare. Idem etiam sancimus et in reliquos clericos, subdiaconos nempe et lectores, quum et ipsi sacrae mensae et omnis circa sanctisssimas ecclesias ornatus constituti sint ministri et operarii, et divina tractantes eloquia religiosas nobis ex sacris nostris bibliis alii legant scripturas, alii hymnos canant.

§ 4.—Si vero quis de cetero tale quid faciens deprehendatur, et hoc delatum fuerit vel in hac felici civitate tuae sanctitati, vel in provinciis iis, qui sub ipsa constituti sunt, Dei amantissimis metropolitis et ceteris episcopis, quorum ordinationem tuae beatitudinis sedes facit, et talis quaedam supervenerit accusatio diacono, aut presbytero, et multo magis cuidam episcoporum Dei amantissimorum, tua beatitudo hic, et in provinciis positi sub te Dei amantissimi metropolitae, et subiecti ipsis episcopi haec cum diligentia omni secundum sacerdotii ordinem quaerant et perscrutentur, neque defunctoriam faciant inquisitionem, sed et testes fide dignos audiant, et per omnem viam procedant ad eruendam veritatem. Sicut enim ipsis talia interdicimus, ita et calumniam fieri a quibusdam vetamus. Et si, undique discussione divinis propositis eloquiis facta, vere se habere accusatio apparuerit, et convictus fuerit diaconus aut presbyter, vel aleator esse, vel aleatorum particeps, aut talibus assidere vanitatibus, vel praedictis interesse spectaculis, aut etiam forte aliquis Dei amantissimorum episcoporum (quod quidem neque eventurum esse confidimus) talis cuiusdam particeps sit spectaculi, aut cum aleatoribus una sedere et conversari de cetero ausus fuerit, eum mox a tua beatitudine, aut a metropolita, aut a Dei amantissimo episcopo, sub quo ordinatus est, si quidem aliquis praedictorum sit clericorum, a sacro separari ministerio, imponi autem ipsi canonicam poenam, et definiri tempus, intra quod conveniat ipsum, ieiuniis et supplicationibus deditum, magnum propitiare Deum super tali peccato. Et si per definitum tempus qui talem poenam susce-

ley, tanto por nuestro celo por la religión, cuanto también por utilidad del sacerdocio mismo, á la par que de la común República.

§ 3.—Y mandamos, que ninguno, ni diácono, ni presbítero, y mucho menos obispo, (lo que ciertamente podrá parecer tal vez hasta increible, porque en sus ordenaciones se dirigen preces á Cristo señor Dios nuestro, y se hace la invocación del Espíritu santo y adorable, y sobre sus cabezas y manos se ponen los santísimos misterios, que para nosotros existen, con el fin de que todos los instrumentos sensoriales se purifiquen en ellos, y se consagren á Dios), que ninguno, pues, de estos se atreva en adelante, después de nuestra divina ley, ó á jugar á cualquier género de azar, ó á tener participación con los que así jueguen, ó á asistir á las cosas que se hacen, deleitarse con ellas, y prestarles su asentimiento, ó á intervenir en aquella clase de espectáculos plebeyos, que antes nombramos, ó á hacer algo de lo que aquí se prohibe, sino que se abstengan en adelante de toda participación en tales cosas. Porque lo que ya pasó, aunque también debería haberse inquirido, y no haberse perdonado fácilmente, lo perdonamos, sin embargo, por razón de humanidad, imponiendo á todos para el tiempo venidero la observancia de la presente ley. Pues conviene que se dediquen á los ayunos y vigilias, y á los ejercicios en los divinos oráculos, y á las preces por la salud de todos, pero no que, abandonadas estas cosas, tomen parte en las más profanas y prohibidas de todas. Y lo mismo mandamos también respecto de los demás clérigos, esto es, subdiáconos y lectores, puesto que también ellos han sido constituidos ministros y operarios de la sagrada mesa y de todo el ornato en las santísimas iglesias, y ocupándose en las divinas pláticas, nos leen unos en nuestras sagradas biblias escrituras religiosas, y otros cantan los himnos.

§ 4.—Mas si en adelante fuese hallado alguno que hiciera una cosa tal, y esto hubiere sido denunciado en esta feliz ciudad á tu santidad, ó en provincias á los metropolitanos amantísimos de Dios y á los demás obispos, que bajo la misma se hallan constituidos, cuya ordenación la hace la sede de tu beatitud, y sobreviniere una acusación semejante contra un diácono, ó un presbítero, y con mayor razón, contra alguno de los obispos amantísimos de Dios, inquieran y averigüen los hechos con toda diligencia conforme al grado del sacerdocio, en esta ciudad tu beatitud, y en provincias, los metropolitanos amantísimos de Dios puestos bajo tu autoridad, y los obispos á ellos mismos sujetos, y no hagan una ligera averiguación, sino que oigan también á testigos fidedignos, y procedan por todo camino á descubrir la verdad. Pues así como les prohibimos tales cosas, así también vedamos que por algunos se les calumnie. Y si hecha una averiguación completa en presencia de las divinas escrituras, hubiere aparecido que es verdadera la acusación, y hubiere sido convicto el diácono ó presbítero, ya de ser jugador, ó partícipe con los jugadores, ya de asistir á tales vanidades ó de intervenir en los mencionados espectáculos, ó si también acaso algún obispo, amantísimo de Dios, (lo que ciertamente confiamos que no sucederá), fuese participante de espectáculo de tal naturaleza, ó en adelante se hubiere atrevido á reunirse y conversar con los jugadores, sea separado inmediatamente del sagrado ministerio por tu beatitud, ó por el metropolitano, ó por el obispo amantísimo de Dios, bajo cuya autoridad fué ordenado, en el caso de que fuese alguno de los susodichos

Digitized by Google

pit, maneat lacrimis, et poenitentia, et ieiunio, et ad dominum Deum oratione remissionem delicti exorans, confestim is, cui subiectus est, hoc diligenter cognito et investigato, communem pro ipso precationem fieri curabit, et cum omni diligentia iniunget ipsi, ut postea a tali sacerdotii labe abstineat; et si putaverit ipsum sufficienter ad poenitentiam venisse, tunc sacerdotali eum restituat clementiae. Si vero et post definitum tempus inventus fuerit neque vera poenitentia usus, et aspernatus eam rem, et manifeste a diabolo mentem occupatus, ipsum quidem sacerdos, sub quo degit, sacris eximat catalogis, omnino eum deponens, ei autem non amplius ullo modo liceat ad sacerdotalem venire gradum; sed si quidem habeat facultates, civitatis illius curia, in qua sacra prius faciebat, aut si non habet curiam ea civitas, alia curia provinciae, quae maxime indiget curiali, accipiet illum, in posterum cum suis facultatibus curiae addictum. Si vero facultates non habet, officialis in posterum fiat provincialis officii loco sacerdotii, quod antea habuit, et eam ob rem, quod Dei officium dereliquit, erit officialis provincialis, quum hoc sibi dedecus pro pristino honore imposuerit.

§ 5.—Haec igitur omnia sancimus in hac quidem felici civitate tuam custodire sanctitatem, et singularum ecclesiarum defensores et oeconomos, quibus curae erit haec inquirere et denunciare, et convictos privare data eis a sanctis ecclesiis annona et alimentorum praestatione; in provinciis autem qui sub tua ordinati sunt beatitudine Dei amantissimi metropolitae, simulque qui illis subsunt religiosissimi episcopi, et ecclesiarum defensores apud eos et oeconomi, et ipsi ad eundem modum, qui praedictus est, in ea re versabuntur, et sacram venerationem undique irreprehensibilem et sinceram custodient. Conservabunt autem ista et gloriosissimi sacrorum nostrorum praetoriorum praefecti, scilicet et Orientis apud subditas suae iurisdictioni gentes, et qui Illyrici atque Afrorum praesunt dioecesi, et parentia ipsis officia, et clarissimi provinciarum praesides, et civitatum defensores; ipsi quidem, qui maximos magistratus gerunt, indignationem nostram verentes, officia autem non obsecundantia ipsis, decem auri librarum expertura poenam, praesides vero provinciales maiores pariter et minores, et obtemperantia ipsis officia, et insuper civitatum defensores quinque auri librarum poenam metuentes, si haec cognoscentes non nunciaverint et ipsi sacerdotibus, id est aut Dei amantissimis episcopis, aut sanctissimis metropolitis, aut uniuscuiusque dioeceseos sanctissimis patriarchis, secundum suam cuique regionem, ut ipsi haec intelligentes secundum antea definita, omnibus se opponant, et postquam ab eis is, qui harum rerum convictus est, depositus fuerit, non curiae civitatis aut officio eum tradi curaverint. Etiam gloriosissimus praefectus huius felicis urbis haec custodiet, si quidem in hac peccetur regia nostra urbe, una cum obediente ipsi officio, ipse quidem indignationem nostram veritus, ipsius

clérigos, pero impóngasele al mismo la pena canónica, y señálesele el tiempo durante el que convenga, que, consagrado á los ayunos y oraciones, aplaque él á Dios grande por tal pecado. Y si durante el tiempo señalado permaneciera, el que ha recibido tal pena, vertiendo lágrimas, y en penitencia, y en ayuno, é implorando del señor Dios por medio de la oración el perdón de su delito, conocido é investigado esto diligentemente, al punto cuidará aquel á cuya autoridad se halle sometido, de que se haga por él rogativa general, y le encargará con todo celo, que en adelante se abstenga de tal mancha del sacerdocio; y si juzgare que hizo penitencia suficiente tiempo, restitúyalo entonces á la clemencia sacerdotal. Pero si aun después del tiempo señalado se viere que no ha hecho verdadera penitencia, que la ha despreciado, y que manifiestamente ha sido ocupada su mente por el diablo, bórrelo ciertamente de los sagrados catálogos el sacerdote bajo el cual vive, deponiéndolo por completo, y no le sea lícito ya en manera alguna volver á la dignidad sacerdotal; mas si á la verdad tuviese bienes, la curia de la ciudad en que antes ejercía el sagrado ministerio, ó si aquella ciudad no tiene curia, otra curia de la provincia, que más necesitada esté de curiales, lo recibirá, como agregado en lo sucesivo á la curia con sus bienes. Mas si no tiene bienes, sea hecho para lo futuro oficial del oficio provincial en lugar del sacerdocio que antes tuvo, y por razón de haber abandonado el servicio de Dios será oficial provincial, habiéndosele impuesto esta deshonra en vez de su antigua dignidad.

15. *Los mismos Augustos á* AURELIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Si entre cristianos y judíos hubiese contienda, no sea dirimida por los ancianos de los judíos, sino por los jueces ordinarios.

Dada en Constantinopla á 13 de las Calendas de Noviembre, bajo el décimo consulado de HONORIO y el sexto de TEODOSIO, Augustos. [415.]

16. *Los mismos Augustos á* ASCLEPIODOTO, *Prefecto del Pretorio.*—Los judíos serán condenados á la confiscación de sus bienes y á perpétuo destierro, si se probare que han circuncidado, ó mandado circuncidar, á un hombre de nuestra fé.

Dada en Constantinopla á 5 de los Idus de Abril, bajo el consulado de ASCLEPIODOTO y de MARINIANO. [423.]

17. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* JUAN, *Conde de las sacras limosnas.*—Los primados de los judíos, que en los sanedrines de ambas Palestinas son elegidos, ó los que en otras provincias moran, exijan bajo su responsabilidad, compeliéndoles los palatinos, de todas las sinagogas el cánon anual en la forma que en otro tiempo lo pedían los patriarcas con el nombre de

(1) forte, *falta en Hal.; pero τυχόν, Bas.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62., C. Theod.*; constet, *Russ. Cont. 66. y las demás.*
(3) Honor. IX. et Theod. V., *Hal. é igualmente Russ.*
(4) per Illyricum, *faltan en los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal.*
(5) ut hoc, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Schf., C. Theod.*; hoc ut, *ms. Bg.*; ut haec, *ed. Nbg.*; ὡςπερ ἐν τούτοις, *Bas.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., C. Theod.*; ita id, *ed. Nbg. Hal. y las demás*; οὕτως ἐκεῖνο, *Bas.*
(7) cultionis, *C. Theod.*; κατὰ τῆς τῶν Χριστιανῶν θρησκείας ἀμαχεπιπλήκτου, *Bas.*
(8) X., *Hal.*; XVIIII, *erradamente Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*
(9) VI., *Hal.*
(10) Impp. hon et theod. aa Aurelio, *ms. Pist.*
(11) Il., *añade el C. Theod.*
(12) intentio, *ms. Pl. 1., Hal.*; φιλονικία καὶ δίκη, *Bas.*
(13) *Bk., C. Theod.*; Const., *falta en Hal. y los demás.*
(14) *Cont. 62. Bk., C. Theod. y casi igual indicación de fecha y firma en el ms. Pist.* d XIIII k nov cp hono X et theo V aa. oss.; Honor. XII. et Theod. VIII., *Russ. Cont. 66. y las demás.*
(15) *C. Theod., Bk.*; D. Kal. Decemb. superioribus Coss., *Hal.*; Dat. prid. Kal. Februar. Theodosio XVII. et Festo Conss., *Russ. y los demás, cuya indicación de fecha y firma se halla en parte en el ms. Pist., en el que se lée...* theod. XIII. et Festo oss.
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Bk., C. Theod.*; dominantur, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

de occidentalibus partibus (1) patriarchis conferri consueverat, nostris largitionibus inferatur.

Dat. III. Kal. Iun. Constantinop. FLORENTIO et DIONYSIO Conss. (2) [429.]

[A. Lex 19. (18.) §. 2. i. f. C. h. tit. ex Photii Nomoc.

18.—Iudaeus, qui eum, qui Iudaicae religionis non esset, contraria doctrina ad suam religionem traducere praesumserit, bonorum proscriptione damnetur, miserumque in modum puniatur. (3)

B. Eadem ex Synopsi Bas.

Si Iudaeus pertrahere Christianum ad religionem suam ausus fuerit, proscribitur et sanguinis poenam sustinet.]

19. [18.] *Iidem AA.* FLORENTIO *P. P.*—Hac victura (4) in omne aevum lege sancimus, neminem Iudaeorum, quibus omnes administrationes et dignitates interdictae sunt, nec defensoris civitatis fungi saltem officio, nec patris (5) honorem arripere concedimus, ne (6) adquisiti sibi officii auctoritate muniti, adversus Christianos et ipsos plerumque sacrae religionis antistites, veluti insultantes fidei nostrae, iudicandi vel pronuntiandi quamlibet habeant potestatem.

§ 1.—Illud etiam pari consideratione rationis arguentes praecipimus, ne qua Iudaica synagoga in novam fabricam surgat, fulciendi veteres permissa licentia, quae ruinam minantur.

§ 2.—Quisquis igitur vel infulas ceperit (7), quaesitis dignitatibus non potiatur, vel si ad officia vetita subrepserit (8), ab his penitus repellatur, vel si synagogam extruxerit, compendio catholicae ecclesiae noverit se laborasse; et qui ad honores et dignitates irrepserit, habeatur, ut antea, conditionis extremae, etsi honorariam illicite promeruerit dignitatem; et qui synagogae fabricam coeperit non studio reparandi, cum damno quinquaginta librarum auri fraudetur ausibus suis. Cernat praeterea bona sua proscripta, mox poenae sanguinis destinandus, qui (9) fidem alterius expugnavit (10) perversa doctrina.

Dat. prid. Kal. Febr. Constantinop. (11) THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. (12) [439.]

oro coronario: y lo que en las comarcas occidentales había sido costumbre entregar á los patriarcas, apliquese al tesoro de nuestras limosnas.

Dada en Constantinopla á 3 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de FLORENCIO y de DIONISIO. [429.]

[A. Ley 19. (18.) de este título del Código, § 2. al final, tomada del Nomocanon de Focio

18.—El judío, que con contraria doctrina hubiere intentado convertir á su religión á quien no fuese de la religión judáica, sea condenado á la pérdida de sus bienes, y castigado con severidad suma.

B. La misma, tomada de la Sinopsis de las Basílicas

Si un judío se hubiere atrevido á arrastrar á su religión á un cristiano, es condenado á la confiscación de bienes, y sufre la pena de muerte.]

19. [18.] *Los mismos Augustos á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos por esta ley, en todo tiempo valedera, que ningún judío, para quien todas las administraciones y dignidades están prohibidas, pueda ejercer por lo menos el cargo de defensor de la ciudad; y tampoco le permitimos arrogarse el honor de padre, para que prevalido de la autoridad del cargo para sí adquirido, no tenga facultad alguna para juzgar ó sentenciar contra los cristianos y principalmente contra los mismos prelados de la sagrada religión, como insultando á nuestra fé.

§ 1.—Atendiendo á igual consideración de motivo mandamos, que no se levante de nueva fábrica una sinagoga judáica, habiéndose concedido licencia para reparar las antiguas, que amenazan ruina.

§ 2.—Así, pues, el que hubiere obtenido mitra no pueda ejercer la dignidad adquirida, ó si se hubiere introducido en cargos prohibidos, sea en absoluto repelido de ellos, ó si hubiere edificado una sinagoga, sepa que trabajó en provecho de la iglesia católica; y el que se hubiere ingerido en honores y dignidades, sea considerado, cual antes, como de ínfima condición, aunque hubiere obtenido ilícitamente una dignidad honoraria; así como el que hubiere comenzado las obras de una sinagoga, no con el propósito de repararla, sea castigado por su atrevimiento con la multa de cincuenta libras de oro. Y además de esto, vea confiscados sus bienes, para ser después condenado á pena de muerte, el que combatió la fé de otro con mala doctrina.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Febrero, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

---

(1) *Ms. Bg., C. Theod.*; partibus, *falta en los demás mms. y en todas las ed.*

(2) *La indicación de la fecha y firma falta en Hal.*

(3) *Cont. 71. Char. Pac. y Sp. intercalan en este lugar la versión tomada del Nomoc. de Focio* IX. 25., *en el que no se contiene nada más que la última proposición de la siguiente ley 19. §. 2. Pac. y Sp. dieron el texto griego de la misma, tomado de la Sinopsis de las Bas. Bk. inserta el mismo texto encerrado entre paréntesis.*

(4) *Los mss. Pl. 1. Gt., Nov. Theod. y los mejores libros, según dice Cont. 62. al márgen;* valitura, *mms. Pl. 2. Bg. y todas las ed.*

(5) patriae, *los mms. y ed., pero las Bas.* μηδὲ ἑκοῦσιοι πόλεως μηδὲ πατέρες γίνεσθαι.

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont 62.;* nec, *ed. Schf. Cont. 66. y las demás;* ἵνα μή, *Bas.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., Nov. Theod.;* acceperit, *Hal. y los demás;* ἔλαβεν, *Bas.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* irrepserit, *Cont. 66. y las demas;* ὑπεισῆλθε, *Bas.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., Nov. Theod.;* quasi qui, *Hal. y los demás, pero incluyendo* quasi *entre parentesis Russ. Cont. Char. Pac.*

(10) expugnaverit, *ms. Pl. 2., ed. Nbg.;* expugnant, *Cont. 71. Char. Pac.*

(11) *Cont. 62., Nov. Theod.;* Constant., *falta en los demás.*

(12) Theod. A. XVII. Cons. et qui fuerit nunciatus, *Nov. Theod.; cease la l. 7. C. I. 5.*

Digitized by Google

TIT. X

NE CHRISTIANUM MANCIPIUM HAERETICUS, VEL PAGANUS, VEL IUDAEUS (1) HABEAT VEL POSSIDEAT, VEL CIRCUMCIDAT

1. *Imp.* CONSTANTIUS (2) *A. ad* EVAGRIUM (3) *P. P.* —— Iudaeus servum Christianum nec comparare debebit, nec largitatis vel alio quocunque titulo consequetur. Quodsi aliquis Iudaeorum mancipium vel Christianum habuerit, vel sectae alterius seu nationis crediderit ex quacunque causa possidendum, et id circumciderit, non solum mancipii damno muletetur, verum etiam capitali sententia puniatur, ipso servo pro praemio libertate donando.

Dat. Idib. Aug. Constantinop. CONSTANTIO II. et CONSTANTE Conss. [339.] (4)

A. Epit. graec. const. Iustiniani (5) ex coll. const. eccl.

2.—Paganus, et Iudaeus, et Samaritanus, et quicunque non est orthodoxus, non potest Christianum mancipium habere; nam et ipsum fit liberum, et qui id comparavit, rebus privatis triginta libras infert. (6)

B. Epit. eiusd. ex Bas.

Quicunque non Christianus servum habens Christianum triginta auri libras publico inferet, ipso servo in libertatem vindicato.

TIT. XI

DE PAGANIS, SACRIFICIIS, ET TEMPLIS (7)

1. *Imp.* CONSTANTIUS *A. ad* TAURUM *P. P.*— Placuit omnibus locis atque urbibus universis claudi protinus templa, et accessu vetito (8) omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari.

§ 1.—Volumus etiam cunctos sacrificiis abstinere.

§ 2.—Quodsi aliquid forte huiusmodi perpetraverint, gladio ultore sternantur (9). Facultates etiam peremti fisco decernimus vindicari, et simi-

(1) *Los mms. Pist. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.;* haereticus vel Iudaeus vel paganus, *ed. Schf. Russ. y las demás.*

(2) *Los mms. Pist. Cas. Pl. 2. Bg., ed. Nbg.;* Imp. Constantinus *mss., Pl. 1., Hal., l. 2. C. Th. ne Christ. mancip. XVI. 9., contra la opinión de Godofr., que afirma que se ha de escribir* Constantius; Impp. Honorius et Theodosius, *Russ. y los demás, y la l. 4. C. Th. ne Christ. mancip. XVI. 9.*

(3) *Los mms. Pist. Cas. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal. Cont. 63., l. 2. C. Th. ne Christ. mancip. XVI. 9.;* Maximo, *Russ. Cont. 61., y las demás, l. 4. C. Th. ne Christ. mancip. XVI. 9.*

(4) *Hal. en el texto, l. 2. C. Th. ne Christ. mancip. XVI. 9., por enmienda de Godofr. en la nota de la citada ley;* dat. IV. Id. April. Constantinopoli Honorio A. XI. et Constantio V. C. II. Conss., *Russ. y los demás, quienes lo toman de la l. 4. C. Th. ne Christ. mancip. XVI. 9. El ms. Pist. dice,* dnn. k. iul. cp. est.

(5) *Que esta ley es de Justiniano se colige de la l.* 56. [54.] C. I. 3.

(6) *Hállase el epitome de esta ley en la Coll. constit. eccles. I. 10. 2., en las Bas. LX. 51. 53; y en Schol. Bas. c. ad LX. 51. Ant. Agust. (Coll. p. 121.) restituyó el texto, é inserta otro toma lo de la Sinopsis de las Bas., ajeno á esta ley. Cont. 71., á quien siguieron los demás, é excepto Bk., refundió en uno solo ambos textos de Agustin. Bk. reproduce los dos antes incados, y también nosotros, ajustado el primero al de Agustin. Los mms. Pist. Vat. Bg. hacen notar la laguna de la constitución griega.*

(7) *La rúbrica del C. Th. XVI. 10.;* de sacrificiis paganis et templis, *mms. Pist. Cas.;* de paganis sacrificiis, *ms. Pl. 1.;* de paganis sacrificiis et templis eorum tollendis, *ms. Bg.;* de paganis et templis et eorum sacrificiis, *ed. Nbg.;* de paganis et sacrificiis et templis eorum, *ed. Schf.;* de sacrificiis paganorum et templis, *Hal.;* de paganis et sacrificiis et templis, *Russ. y los demás; la rúbrica falta en el ms. Pl. 2.*

(8) vetitis, *el C. Theod.*

(9) feriantur, *ms. Bg.*

TÍTULO X

DE QUE EL HEREGE, PAGANO, Ó JUDÍO, NO TENGA, NI POSEA, NI CIRCUNCIDE UN ESCLAVO CRISTIANO

1. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, á* EVAGRIO, *Prefecto del Pretorio.*—El judío ni deberá comprar un esclavo cristiano, ni lo adquirirá por liberalidad, ú otro título cualquiera. Pero si algún judío tuviere un esclavo cristiano, ó creyere que podia poseerlo por cualquier causa siendo de otra secta ó nación, y lo hubiere circuncidado, no solamente sea castigado con la pérdida del esclavo, sino condenado también á la última pena, dándose al mismo esclavo la libertad como premio.

Dada en Constantinopla los Idus de Agosto, bajo el segundo consulado de CONSTANCIO y el de CONSTANTE. [339.]

A. Epítome de la constitución griega de Justiniano, tomado de la colección de constituciones eclesiásticas

2.—Ni el pagano, ni el judío, ni el samaritano, ni cualquiera que no es ortodoxo, puede tener esclavo cristiano; pues á este se le hace libre, y el que lo compró paga á los fondos privados treinta libras de oro.

B. Epítome de la misma, tomado de las Basílicas

Cualquiera que no siendo cristiano tiene esclavo cristiano pagará al fisco treinta libras de oro, siendo además reivindicado para la libertad el mismo esclavo.

TÍTULO XI

DE LOS PAGANOS, DE LOS SACRIFICIOS, Y DE LOS TEMPLOS

1. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, á* TAURO, *Prefecto del Pretorio.*—Nos plugo que en todos los lugares y en todas las ciudades se cierren sin dilación los templos, y que, prohibida la entrada en ellos, se niegue á todos los perdidos la posibilidad de delinquir.

§ 1.—También queremos que todos se abstengan de hacer sacrificios.

§ 2.—Pero si acaso hicieren alguna cosa de estas, sean destruidos por la espada vengadora. Y mandamos además, que los bienes del así muerto

Digitized by Google

liter puniri rectores provinciarum, si facinora vindicare neglexerint.

Dat. Kal. Decembr. CONSTANTIO A. VI. et CONSTANTE II. Conss. (1) [353.]

2. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS (2) *AAA.* CYNEGIO (3) *P. P.*—Ne quis mortalium ita faciendi sacrificii sumat audaciam, ut inspectione iecoris extorumque praesagio vanae spem promissionis accipiat, vel, quod est deterius, futura sub exsecrabili consultatione cognoscat. Acerbioris etenim imminebit supplicii cruciatus ei, qui contra vetitum praesentium vel futurarum rerum explorare tentaverit veritatem.

Dat. VIII. (4) Kal. Iun. Constantinop. (5) ARCADIO A. (6) et BAUTONE V. C. (7) Conss. [385.]

3. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* MACROBIO, *P. P. Hispaniarum* (8), *et* PROCLIANO (9), *Vicario quinque provinciarum* (10).— Sicut sacrificia (11) prohibemus ita volumus publicorum operum ornamenta servari. Ac ne sibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur evertere, si quod rescriptum, si qua lex forte praetenditur, abreptae (12) huiusmodi chartae ex eorum manibus ad nostram scientiam referantur.

Dat. IV. Kal. (13) Febr. Ravennae, THEODORO V. C. Cons. (14) [399.]

4. *Iidem AA.* (15) APOLLODORO, *Proconsuli Africae.*—Ut profanos ritus iam salubri lege submovimus, ita festos conventus civium et communem omnium laetitiam non patimur submoveri. Unde absque ullo sacrificio atque ulla superstitione damnabili exhiberi populo (16) voluptates (17) secundum veterem consuetudinem, iniri (18) etiam festa convivia, si quando (19) exigunt publica vota, decernimus.

Dat. XIII. Kal. (20) Sept. Patavio (21), THEODORO V. C. Cons. (22) [399.]

5. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA. popu-*

sean reivindicados para el fisco, y que del mismo modo sean castigados los gobernadores de las provincias, si hubieren descuidado castigar tales crímenes.

Dada las Calendas de Diciembre, bajo el sexto consulado de CONSTANCIO, Augusto, y el segundo de CONSTANTE. [353.]

2. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* CINEGIO, *Prefecto del Pretorio.*—Ningún mortal tenga la audacia de celebrar sacrificios con el propósito de adquirir la esperanza de una vana promesa por la inspección del hígado y por presagio de las entrañas, ó, lo que es peor, para conocer el porvenir mediante execrable consulta. Porque le amenazará el padecimiento de más duro suplicio al que contra lo prohibido hubiere intentado explorar la verdad de las cosas presentes ó futuras.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de ARCADIO, Augusto, y el de BAUTÓN, varón esclarecido. [385.]

3. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* MACROBIO, *Prefecto del Pretorio de las Españas, y á* PROCLIANO, *Vicario de las cinco provincias.*—Así como prohibimos los sacrificios, así queremos que se conserven los ornamentos de las obras públicas. Y para que no se prevalgan de alguna autoridad los que intenten destruirlas, si por ventura se presenta algún rescripto, ó alguna ley, habiéndose arrancado de sus manos semejantes documentos, désenos de ellos conocimiento.

Dada en Rávena á 4 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de TEODORO, varón esclarecido. [399.]

4. *Los mismos Augustos á* APOLODORO, *Procónsul de Africa.*—De igual manera que por una saludable ley hemos abolido ya los ritos profanos, no toleramos que se impidan las festivas reuniones de los ciudadanos y el común regocijo de todos. En su consecuencia mandamos, que sin sacrificio alguno y sin ninguna superstición condenable se presenten al pueblo diversiones según la antigua costumbre, y se celebren también banquetes en festividades, si alguna vez lo exige el voto público.

Dada en Pádua á 13 de las Calendas de Setiembre, bajo el consulado de TEODORO, varón esclarecido. [399.]

5. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Au-*

(1) D. prid. Non. Mart. Arbitrione et Lolliano Coss., *Hal.*; Dat. Kal. Decemb. Constantio IV. et Constante AA. Coss., *Russ. y los demas excepto Bk.*; const. a. VIII. et const. III. oss., *ms. Pist.*

(2) *Jac. Godofr. en la nota á la l. 9. C. Th. de pagan. sacrif. XVI. 10., y Bk.*; Imppp. Gratian. Val. et Theod., *mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Hal. Cont. 62.*; Imp. Theod., *Hal. en la nota, Russ. Cont. 66. 76.*; Imppp. Theod. Grat. et Val., *Cont. 71. Char. Pac. Sp.*

(3) Oratio, *ed. Nbg.*

(4) *Cont. 62. Bk., C. Theod.*; VII., *Hal. y los demás.*

(5) *Cont. 62. Bk., C. Theod.*; Constant., *falta en Hal. y en los demás.*

(6) *Cont. 62. Bk.*; A., *falta en Hal. y en los demás*; A. I., *C. Theod.*

(7) *C. Theod.*; V. C., *faltan en Hal. y en los demás.*

(8) P. P. Hispan., *faltan en los mm s. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*

(9) Praefecto, *mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*

(10) vicario quinque provinciarum, *faltan en las ed. Nbg. Hal. Russ.*; quinque provinciarum, *faltan en los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., Cont. 62. 66. 76.*

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal., C. Theod.*; sacrificia templorum, *Russ. y los demás; pero ὥςπερ τὰς θυσίας κωλύομεν, Bas.*

(12) accepta, *ms. Bg., ed. Schf.*; erutae, *C. Theod.*; *ἀφαιρεῖσθαι, Bas.*

(13) XIII. Kal., *Hal. Russ. Cont. 62.*; XIV. Kal., *Cont. 66. 76.*

(14) Constantinop. Theodosio et Rumoridio Coss., *Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*

(15) et Theod. A., *añaden Hal. en la nota, Russ. Cont. 62. 66. 76.*

(16) *C. Theod.*; *τῷ δήμῳ, Bas.*; populorum, *mms. y ed.*

(17) voluntates, *mms. Pl. 1. Bg.*; *pero τερψεις, Bas.*

(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.*; inire, *C. Theod.* ministerii, *ed. Schf.*; ministrari, *Hal. y los demas.*

(19) *Los mms. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., C. Theod.*; *εἴπατε, Bas.*; quamvis, *omitiendo* si, *mms. Pl. 1. 2. Hal. y los demás*

(20) VIII. Kal., *Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*

(21) Patavio, *falta en Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*; Patavii, *Sp. Bk.*

(22) Honorio VII. et Theodosio II. AA. Conss., *Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*

Digitized by Google

lo Carthaginiensi (1).— Omnia loca, quae sacris error veterum deputavit, nostrae rei (2) iubemus sociari. Quod autem ex eo iure ubicunque ad singulas quascunque personas vel praecedentium principum largitas vel nostra maiestas voluit pervenire, id in eorum patrimoniis aeterna firmitate perduret. Ea vero, quae multiplicibus constitutis ad venerabilem ecclesiam voluimus (3) pertinere, Christiana sibi merito religio vindicabit.

Dat. III. Kal. Septembr. Ravennae, HONORIO X. et THEODOSIO VI. AA. Conss. [415.]

6. *Iidem AA.* ASCLEPIODOTO *P. P.*—Christianis, qui vere sunt vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Iudaeis ac paganis, quiete (4) degentibus, nihilque tentantibus turbulentum legibusque contrarium, non audeant manus inferre religionis auctoritate abusi. Nam si contra securos fuerint violenti, vel eorum bona diripuerint, non ea sola, quae abstulerint, sed convicti (5) in duplum quae rapuerint restituere compellentur. Rectores etiam provinciarum, et officia, et principales (6) cognoscant, se, si non ipsi talia vindicent, sed fieri a popularibus haec permiserint, ut eos (7), qui fecerint, puniendos.

Dat. VI. (8) Id. Iun. Constantinop. (9) ASCLEPIODOTO et MARINIANO Conss. (10) [423.]

7. *Impp.* VALENTINIANUS *et* MARCIANUS *AA.* PALLADIO *P. P.*— Nemo venerantis adorantisque (11) animo delubra, quae olim iam clausa sunt, reseret. Absit a saeculo nostro, infandis exsecrandisque simulacris honorem pristinum reddi, redimiri sertis templorum impios postes, profanos aris (12) accendi ignes, adoleri in hisdem thura, victimas caedi, pateris vina libari, et religionis loco existimari sacrilegium. Quisquis autem contra hanc serenitatis nostrae sanctionem et contra interdicta sanctissimarum veterum constitutionum sacrificia exercere tentaverit, apud publicum iudicem reus tanti facinoris legitime accusetur, et convictus proscriptionem omnium bonorum suorum et ultimum supplicium subeat. Conscii etiam criminis (13) ac ministri sacrificiorum eandem poenam, quae in illum fuerit irrogata, sustineant, ut hac legis nostrae severitate perterriti, metu poenae desinant sacrificia interdicta celebrare. Quod si vir clarissimus, rector provinciae, post accusationem legitimam et post crimen in cognitione convictum tantum scelus dissimulaverit vindicare, quinquaginta libras auri ipse iudex, quinquagin-

gustos, al pueblo Cartaginés.—Mandamos, que todos los lugares que el error de los antiguos destinó para templos sean agregados á nuestros bienes. Mas lo que ó la liberalidad de los príncipes nuestros antecesores, ó nuestra majestad, quiso que fuera en virtud de este derecho en cualquiera parte á poder de determinadas personas particulares, quede con eterna firmeza en el patrimonio de las mismas. Y la religión Cristiana reivindicará para sí con justo título aquellos lugares, que por múltiples constituciones hemos querido que pertenezcan á la venerable iglesia.

Dada en Rávena á 3 de las Calendas de Septiembre, bajo el décimo consulado de HONORIO y el sexto de TEODOSIO, Augustos. [415.]

6. *Los mismos Augustos á* ASCLEPIODOTO, *Prefecto del Pretorio.*—Pedimos especialmente á los cristianos, que verdaderamente lo son ó dicen serlo, que no osen echar mano, abusando de la autoridad de la religión, á los judíos y paganos que viven pacíficamente, y que no intentan nada que sea turbulento y contrario á las leyes. Porque si hubieren ejercido violencias contra los que se hallaban confiados, ó les hubieren arrebatado sus bienes, convictos de su delito, serán obligados á restituirles no solo los que les hayan quitado, sino el duplo de los que les hayan robado. Y sepan también los gobernadores de las provincias, y los oficiales, y los principales, que ellos mismos habrán de ser castigados como los que tal hubieren hecho, si no corrigieran tales abusos, sino que permitieren que por el pueblo se cometan.

Dada en Constantinopla á 6 de los Idus de Junio, bajo el consulado de ASCLEPIODOTO y de MARINIANO. [423.]

7. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* MARCIANO, *Augustos, á* PALLADIO, *Prefecto del Pretorio.*— Nadie abra de nuevo, con intención de venerar y de adorar en ellos, los templos paganos que ya antes fueron cerrados. Esté libre nuestro tiempo de que se vuelva á tributar la antigua consideración á los nefandos y execrables ídolos, de que se adornen con coronas las impías puertas de los templos, se enciendan en las aras fuegos profanos, se queme en ellas incienso, se sacrifiquen víctimas, se hagan libaciones de vino en copas, y de que se considere el sacrilegio como práctica religiosa. Pero si alguno hubiere intentado hacer sacrificios en contravención de esta sanción de nuestra serenidad y contra las prohibiciones de las santísimas constituciones antiguas, sea acusado legítimamente el reo de tan grande crimen ante el juez público, y convicto, sufra la confiscación de todos sus bienes y la última pena. Sufran también la misma pena, que á este hubiere sido impuesta, los cómplices del crimen y los ministros de los sacrificios, á fin de que atemorizados con esta severidad de nuestra ley, dejen de celebrar por miedo á la pena los sacrifi-

(1) populo Corthaginiensi, *faltan en el C. Theod., y según Godofr. no se deben añadir estas palabras.*
(2) rei publicae, *mms. Bg. Gt.; pero* τῇ ἰδιᾳ ἡμῶν οὐσίᾳ, *Bas.*
(3) *Ms. Bg., C. Theod.*, ἠβουλήθημεν, *Bas.*; volumus. *mms. Pl. 1. 2., y todas las ed.*
(4) in quiete, *ms. Pl. 1., C. Theod.*; ἐν ἡσυχίᾳ, *Bas.*
(5) conventi, *C. Theod.; pero* ἐλεγχόμενοι, *Bas.*
(6) officia provincialia, *ms. Pl. 2.*; officia et provinciales, *C. Theod.; pero* ἡ τάξις αὐτῶν καὶ οἱ πρωτεύοντες, *Bas.*
(7) eteos, *C. Theod.; pero* ὁμοίως τοῖς ποιήσασι, *Bas.*

(8) VII., *Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.*
(9) Constant., *falta en Hal.*
(10) *El ms. Pist. dice* Aspiodoto et Marciano.
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* ἐν διαθέσει καὶ ψυχῇ προσκυνοῦντος, *Bas.*; venerandi adorandique, *Russ. y los demás.*
(12) profanis aris, *ms. Pl. 2.*; τοῖς βεβήλοις βωμοῖς, *Bas.*
(13) criminis, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Hal.; en el ms. Bg. fué añadido después;* οἱ συνειδότες τούτῳ, *Bas.*

Digitized by Google

ta (1) etiam officium eius confestim (2) fisco nostro inferre cogatur.

Dat. prid. Id. Novemb. MARCIANO A. et ADELPHIO Conss. [451.]

8. *Impp.* LEO *et* ANTHEMIUS *AA.* DIOSCORO *P. P.*—Nemo ea, quae saepius paganae superstitionis hominibus interdicta sunt, audeat pertentare, sciens, quod crimen publicum committit, qui haec ausus fuerit perpetrare. In tantum autem huiusmodi facinora volumus esse resecanda, ut, etiamsi in alieno praedio vel domo aliquid tale perpetretur, scientibus videlicet dominis, praedium quidem vel domus sanctissimis iuribus aerarii addicetur (3), domini vero pro hoc solo, quod scientes concesserint (4), sua loca talibus contaminari sceleribus, si quidem dignitate vel militia quadam decorantur, amissione militiae vel dignitatis, nec non rerum suarum proscriptione plectentur, privatae vero conditionis vel plebeiae constituti, post cruciatus corporis operibus metallorum perpetuo (5) deputabuntur exilio.

9.—Iubemus, nostros magistratus, tam in hac regia urbe quam in provinciis, omnem curam gerere, ut, tam per se quam per religiosissimos episcopos de his certiores facti, omnes paganae superstitionis impietates legitime perquirant, ut ne committantur et commissae puniantur; sin autem earum emendatio excedat potestatem magistratuum, qui in loco sunt, haec ad nos referri, ne in ipsos causa et incitatio delictorum cadat. Nemini autem liceat vel testamento vel donatione relinquere vel dare aliquid personis vel locis ad sustentandam paganorum impietatem, etiamsi hoc specialiter voluntatis vel testamenti vel donationis verbis non comprehendatur, aliter autem cum veritate manifestari a iudicantibus possit. Quae autem ita relicta vel donata sunt, auferantur illis personis vel locis, quibus data vel relicta sunt; addicantur ea civitatibus, in quibus eiusmodi personae habitant, vel etiam sub quibus eiusmodi loca sita sunt, ita ut ad instar redituum civitatis erogentur. (6)

10.—Omnibus poenis, quae a retro principibus paganorum errori denuntiatae sunt et ad orthodoxam fidem firmandam introductae, validis et firmis in perpetuum futuris, et ex hac quoque pia

cios prohibidos. Mas si un varón esclarecidísimo, gobernador de provincia, hubiere desatendido castigar tan grande crímen después de hecha la acusación legítima y después de probado en juicio el delito, sea obligado el mismo juez á pagar en el acto para nuestro fisco cincuenta libras de oro, y cincuenta también sus oficiales.

Dada á 1 de los Idus de Noviembre bajo el consulado de MARCIANO, Augusto, y de ADELFIO. [451.]

8. *Los Emperadores* LEÓN *y* ANTEMIO, *Augustos, á* DIÓSCORO, *Prefecto del Pretorio.*—Nadie se atreva á intentar hacer las cosas que repetidas veces han sido prohibidas á los hombres de la superstición pagana, en la inteligencia de que comete crímen público el que se hubiere atrevido á ejecutarlas. Mas de tal modo queremos que semejantes delitos hayan de ser estirpados, que, aún cuando en predio ó casa ajenos se perpetre alguno de esta especie, con tal que lo sepan sus dueños, el predio ó la casa será ciertamente adjudicada á los santísimos derechos del erario, y los dueños, solo por esto, porque sabiéndolo hubieren consentido que sus propiedades se contaminaran con tales crímenes, serán castigados con la pérdida de su grado militar ó de su dignidad, si, á la verdad, de alguna dignidad ó grado militar están revestidos, y además con la confiscación de sus bienes; y si fueran de condición privada ó plebeya, después de haber sufrido penas corporales serán condenados en perpétuo destierro á los trabajos de las minas.

9.—Mandamos, que nuestros magistrados, tanto en esta régia ciudad, como en las provincias, pongan todo su cuidado, sabedores que hayan sido hechos de estas cosas, tanto por sí mismos, como por los religiosísimos obispos, en inquirir legalmente todas las impiedades de la superstición pagana, para que no se cometan, y se castiguen las cometidas; y que, si la corrección de ellas excediera de la autoridad de los magistrados, que hay en la localidad, se ponga esto en nuestro conocimiento, para que la causa y la instigación de los delitos no recaigan sobre ellos mismos. Y á nadie le sea lícito dejar ó dar alguna cosa, ya por testamento, ya por donación, á personas ó lugares, para sostener la impiedad de los paganos, aunque esto no se exprese terminantemente con las palabras de la voluntad, ó del testamento, ó de la donación, con tal que de otra manera pueda hacerse ver con verdad por los juzgadores. Mas los bienes que así se dejaron ó donaron, quítenseles á las personas ó lugares á quienes se les dieron ó dejaron; y adjudíquense á las ciudades en que tales personas habitan, ó aún bajo las que se hallan sitos dichos lugares, á fin de que sean invertidos como las rentas de la ciudad.

10.—Habiendo de ser perpétuamente válidas y firmes todas las penas, que por los príncipes nuestros antecesores se establecieron contra el error de los paganos, y se introdujeron para afirmar la fé

(1) quinquaginta, *falta en la ed. Nbg.*
(2) confestim, *falta en el ms. Pl. 1., Hal.; pero* παραχρῆμα, *Bas.*
(3) *Ms. Gt., ed. Schf.;* addicatur, *ms. Bg.;* addicantur, *ms. Pl. 2.;* addicentur, *ms. Pl. 1, ed. Nbg. Hal. y los demás;* προσκυρωθήσεται, *Bas.*
(4) *Hal.;* εἰδότες συνεχώρησαν, *Bas.;* consenserint, *los mms. y las demás ed.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* metallorum aut perpetuo, *Hal. y los demás;* τοῖς ἔργοις τῶν μετάλλων δι-

κῶς παραδοθήσονται, *Bas., de suerte, que con razón podrá creerse que debe suprimirse en el texto el siguiente* exilio.
(6) *Hállase esta ley, genuina, en las Bas. I. 1. 19., y en epítome, en la Coll. constit. eccles. I. 11. 9., de donde la tomó Focio para el Nomoc. VI. 3. XII. 9. El segundo texto, restituído por Ant. Agust. (Coll. p. 124.), pasó á Cont. 71., y á los demás, excepto Bk. El texto primero, seguido por Bk. y por nosotros, fué restituído por Heimbach. El ms. Vat. hace notar la falta de las constituciones griegas.*

Digitized by Google

legislatione servatis, quum quidam reperti sunt, qui impiorum et sceleratorum paganorum errore imbuti, ea faciunt, quae ad iustam iram movent clementem Deum, ne ea quidem, quae ad hos pertinent, inordinata relinquere sustinuimus, sed compertum habentes, eos deserta veri et unius Dei adoratione simulacris insano errore sacrificia obtulisse, et solemnitates omni impietate plenas celebrasse, hos, qui haec iam commiserunt post impetratum sanctum baptisma, animadversioni delictorum, quorum convicti sunt, congruae, et id quidem benignius, subiecimus; in futurum autem praesente lege praedicimus omnibus, eos, qui Christiani facti et sanctum ac salutare baptisma quocunque tempore nacti sunt, si adhuc paganorum errori inhaerere videantur, ultimis suppliciis fore obnoxios. Qui autem nondum venerabile baptisma nacti sunt, eos decet sese manifestare, sive in hac regia urbe sive in provinciis habitent, et adire sanctissimas ecclesias una cum uxoribus et liberis et tota sua familia, et veram Christianorum fidem edoceri, sic autem edoctos, prorsus abiecto priore errore, salubre baptisma accipere, aut haec contemnentes scire, se neque ullius rei in imperio nostro fore participes, neque patrimonii mobilis vel immobilis possidendi licentiam habituros, sed omnibus rebus ablatis in inopia relinquendos, et praeterea competentibus poenis subiiciendos.

Omnem autem doctrinam ab iis, qui impiorum paganorum furore laborant, doceri prohibemus, ut ne hoc modo simulent, se eos, qui misera sorte ad ipsos veniant, erudire, sed revera animos erudiendorum corrumpant; neque magis aliquid annonae ex publico percipiant, non habentes licentiam, ne ex divinis quidem rescriptis vel pragmaticis sanctionibus eiusmodi ius sibi vindicandi. Sive enim hic aliquis, sive rure apparuerit eiusmodi homo, qui non accesserit ad sanctissimas nostras ecclesias cum liberis suis, ut dictum est, et uxoribus, poenis antea denuntiatis subiicietur, et bona fiscus vindicabit, ipsi autem exilio tradentur. Si quis autem in imperio nostro absconditus sacrificiis et simulacrorum adorationi deditus captus fuerit, hic ultimis suppliciis subiicietur, quae Manichaei et, quod idem est, Borboritae subeunt; etenim et hos illis similes esse iudicamus. Illud etiam sancimus, ut liberi quoque eorum tenerae adhuc aetatis sine ulla frustratione salubre baptisma accipiant; illi vero, qui iam primam aetatem excesserunt, inesse debent sanctissimis ecclesiis, ut divinos canones et divinas scripturas edoceantur, et sic veram poenitentiam accipiant, et errore pristino abiecto venerabile baptisma adispiscantur. Hoc enim modo firmiter accipient et servabunt veram orthodoxorum fidem, et in pristinum errorem non recident. Qui autem militiae vel dignitatis vel patrimonii habendi praetextu ipsi quidem simulate accesserunt vel accessuri sunt ad salutare baptisma, uxores autem suas vel liberos vel reliquos, qui ad ipsorum familiam pertinent, in paganorum errore reliquerint, hos iubemus confiscatione puniri et nostrae civitatis prorsus esse expertes, sed etiam poenis competentibus subiici, quum ita manifestaverint, se non sincera fide sanctum accepisse baptisma. Haec igitur de sceleratis paganis et Manichaeis

ortodoxa, y habiéndose conservado también en virtud de esta piadosa legislación, como quiera que se han hallado algunos, que, imbuidos en el error de los impíos y criminales paganos, hacen cosas que á Dios clemente le mueven á justa ira, no hemos soportado dejar sin reglamentación lo que á ellos se refiere, sino que teniendo por averiguado, que, abandonada la adoración del Dios verdadero y único, ofrecieron con insano error sacrificios á los ídolos, y celebraron solemnidades llenas de toda clase de impiedad, á los que ya hicieron estas cosas después de impetrado el santo bautismo, los sujetamos al correspondiente castigo de los delitos, de que fueron convictos, y esto ciertamente con más benignidad de la merecida; mas para lo sucesivo prevenimos á todos por la presente ley, que los que se hicieron cristianos y en cualquier tiempo alcanzaron el santo y saludable bautismo, si parecieran que todavía están adheridos al error de los paganos, habrán de ser condenados al último suplicio. Pero los que todavía no consiguieron el venerable bautismo, conviene que se presenten, ya habiten en esta régia ciudad, ya en las provincias, y vayan á las santísimas iglesias en unión de sus mujeres, de sus hijos, y de toda su familia, y que se les enseñe la verdadera fé de los cristianos, y que así instruidos, abandonado en absoluto su anterior error, reciban el saludable bautismo, ó sepan, que, menospreciando estas cosas, ni habrán de ser partícipes de cosa alguna en nuestro imperio, ni tendrán permiso para poseer patrimonio mueble ó inmueble, sino que, habiéndoseles quitado todos sus bienes, habrán de ser dejados en la miseria, y sometidos además á las penas competentes.

Y prohibimos que se enseñe doctrina alguna por los que se hallan dominados por el furor de los impíos paganos, para que no aparenten de este modo instruir á los que por su misera suerte recurran á ellos, cuando en realidad corrompan el espíritu de sus educandos; y no perciban tampoco de los aprovisionamientos públicos ningún socorro, no teniendo ciertamente ni por divinos rescriptos ó pragmáticas sanciones facultad para reivindicar para sí semejante derecho. Porque ya si aquí, ya si en el campo apareciere un hombre de esta clase, que no acudiere á nuestras santísimas iglesias con sus hijos, según se ha dicho, y con sus mujeres, estará sujeto á las penas antes establecidas, y el fisco reivindicará sus bienes, y aquellos mismos serán condenados á destierro. Mas si hubiere sido cogido alguno dedicado á escondidas en nuestro imperio á la celebración de sacrificios y á la adoración de los ídolos, será condenado á los últimos suplicios, que sufren los Maniqueos y sus iguales los Borboritas; porque juzgamos que también estos son semejantes á aquellos. Mandamos además, que sin excusa alguna reciban el saludable bautismo también sus hijos que todavía sean de tierna edad; y los que ya pasaron de la primera edad, deben asistir á las santísimas iglesias, para que sean instruidos en los divinos cánones y en las divinas escrituras, y obtengan de este modo verdadera penitencia, y abjurado su antiguo error alcancen el santo bautismo. Porque de esta manera recibirán y conservarán con firmeza la verdadera fé de los ortodoxos, y no recaerán en su antiguo error. Pero mandamos, que los que con el pretexto de tener algún cargo militar, ó una dignidad, ó un patrimonio, se acercaron ó se hayan de acercar á recibir ciertamente con hipocresía el saludable bautismo, dejando, sin embargo, á sus esposas, á sus hijos, ó á los

Digitized by Google

chaeis, quorum Manichaeorum partem etiam Borboritas esse ostensum est, sancimus. (1)

demás, que pertenecen á su misma familia, en el error de los paganos, sean castigados con la confiscación, y privados por completo de nuestra ciudadanía, y sometidos además á las penas correspondientes, como quiera que así hayan manifestado no haber recibido el santo bautismo con fé sincera. Estas disposiciones, pues, hemos sancionado sobre los criminales paganos y los Maniqueos, de los cuales Maniqueos se ha probado que también forman parte los Borboritas.

TIT. XII

DE HIS, QUI AD ECCLESIAS (2) CONFUGIUNT, VEL IBI (3) EXCLAMANT (4)

1. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* ARCHELAO, *Praefecto Augustali.*—Iudaei, qui reatu aliquo vel debitis (5) fatigati simulant, se Christianae legi velle coniungi, ut ad ecclesias confugientes evitare possint crimina vel pondera debitorum, arceantur, nec ante suscipiantur, quam debita universa reddiderint, vel fuerint innocentia demonstrata purgati.

Dat. XV. (6) Kal. Iul. Constantinop. CAESARIO et ATTICO Conss. (7) [397.]

2. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* IOVIO (8) *P. P.*—Fideli devotaque praeceptione sancimus, nemini licere ad sacrosanctas ecclesias confugientes abducere; sub hac videlicet definitione, ut, si quisquam contra hanc legem venire tentaverit, sciat se maiestatis crimine (9) esse retinendum.

Dat. Kal. April. Ravennae, HONORIO VIII. et THEODOSIO III. AA. Conss. (10) [409.]

3. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* ANTIOCHO *P. P.*—Pateant summi Dei templa timentibus, nec sola altaria et oratorium templi circumiectum, quod ecclesias quadripertito intrinsecus parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sancimus esse proposita; sed usque ad extremas fores ecclesiae, quas oratum gestiens populus primas ingreditur, confugientibus aram salutis esse praecipimus, ut inter templum (11), quod parietum descripsimus cinctu, et post loca publica et ianuas primas ecclesiae quicquid fuerit interiacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis, atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur. Nec in extrahendos eos conetur quisquam sacrilegas manus immittere, ne qui hoc ausus sit, quum discrimen suum videat, ad expetendam opem ipse quoque confu-

TÍTULO XII

DE LOS QUE SE REFUGIAN EN LAS IGLESIAS, Ó EN ELLAS PIDEN AUXILIO

1. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* ARQUELAO, *Prefecto Augustal.*—Los Judíos que acosados por algún delito ó por deudas fingen querer adherirse á la ley Cristiana, para poder librarse, acogiéndose á las iglesias, de sus crímenes ó del peso de sus deudas, sean rechazados, y no sean acogidos antes que hayan pagado todas sus deudas, ó se hayan justificado habiendo demostrado su inocencia.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de CESARIO y de ATICO. [397.]

2. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* JOVIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos por fiel y devoto precepto, que á nadie le sea lícito sacar por la fuerza de las sacrosantas iglesias á los que en ellas se refugian; á saber, bajo este apercibimiento, que si alguno hubiere intentado contravenir á esta ley, sepa que habrá de ser retenido por delito de lesa majestad.

Dada en Rávena las Calendas de Abril, bajo el octavo consulado de HONORIO y el tercero de TEODOSIO, Augustos. [409.]

3. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* ANTIOCO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, para seguridad de los que en ellos se refugian, que esten abiertos los templos de Dios sumo para los temerosos, y que no solo los altares y el oratorio cercado del templo, que en recinto de paredes dividido en cuatro partes encierra en el interior las iglesias, sean los que estén expeditos; sino que ordenamos, que sea sitio de salvación para los refugiados hasta las últimas puertas de la iglesia, que son las primeras por las que entra el pueblo ansioso de orar, de tal manera que, si algún espacio mediare entre el templo, que hemos determinado por el recinto de los muros, y después de los sitios públicos y de las primeras puertas de la iglesia, ya sea en celdas, habitaciones, huertos, baños, cementerios, y pórticos, ampare como dentro del mis-

---

(1) *Consérvase esta ley, genuina, en las Bas. I. 1. 20., y en epítome, en la Coll. constit. eccles. I. 11. 10., de donde la tomó Focio para el Nomoc. I. 10. IV. 4. y 7. El segundo texto fué restituido por Ant. Agust. (Coll. p. 125.), y admitido por Cont. 71. y por los demás, excepto Blk. El texto primero, restituido por Heimbach, á quien seguimos, se lée en Blk.*

(2) *Los mms. Pist. Pl. 2. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Blk., C. Theod. IX. 45. en la rúbrica;* περὶ τῶν ἐν ἐκκλησίαις προσφευγόντων, *Coll. const. eccl. I. 11. en la rúbrica (Voëlli bibl. II. p. 1299.);* ecclesiam, *mms. Pl. 1. Bg., ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*

(3) ibi, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Gt., Hal.*

(4) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., M. Vacarius (Wenck. p. 161.);* et ne quis ab ecclesia extrahatur, *añaden las ed. Nbg. Hal. y los demás, asegurando sin embargo, Cont. al márgen, que falta este aditamento en todos los mms.*

(5) debito, *ms. Gt.;* χρέῳ, *Bas.*

(6) *Hal. Russ. Cont. Blk., C. Theod.;* V., *Char. Pac. Sp.*

(7) *El ms. Pist. dice* d v. kl ap Valeriano, *pero parece que esta indicación de la fecha y firma fué copiada aquí tomándola de la ley 4. de este título.*

(8) *Hal. Russ. Cont. 62. Blk., C. Theod.;* Iobio, *mms. Cas. Pl. 2. Bg.;* Iohi, *ms. Pl. 1.;* Ihm., *ms. Vat.;* Ionio, *ed. Nbg.*

(9) a l maiestatis crimen, *el C. Theod.*

(10) *C. Theod.;* Dat. X. Kal. Apr. Constantio et Constante Conss., *los demás.*

(11) *Godofr. en la nota;* templi, *en el texto.*

Digitized by Google

giat (1). Hanc autem spatii latitudinem ideo indulgemus, ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugientium quemquam manere vel vescere (2), cubare vel pernoctare liceat, ipsis hoc clericis religionis causa vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus.

§ 1.—Arma quoque in quavis teli ferrive specie (3) eos, qui confugiunt, minime intra ecclesias habere praecipimus, quae non modo a summi Dei templis ac divinis altaribus prohibentur, sed etiam cellulis, domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus.

§ 2.—Proinde ii, qui sine armis ad sanctissimum Dei templum aut ad sacrosanctum altare, sive usquam gentium sive in hac alma urbe, confugiunt, somnum intra templum sive ipsum altare vel omnino cibum capere, absque aliqua eorum iniuria, ab ipsis clericis arceantur, designantibus spatia, quae in ecclesiasticis septis eorum tuitioni sufficiant, ac docentibus (4), capitalem poenam esse propositam, si qui eos conentur invadere. Quibus si perfuga non annuit neque consentit, praeferenda humanitati religio est, et a divinis ad loca, quae diximus, turbanda temeritas.

§ 3.—Hos vero, qui templa cum armis ingredi audent, ne hoc faciant, praemonemus; dehinc, si telis cincti quovis ecclesiae loco, vel ad templi septa vel circa vel extra sint, statim eos, ut arma reponant, auctoritate episcopi a solis clericis severius conveniri praecipimus, data eis fiducia, quod religionis nomine melius, quam armorum praesidio muniantur. Sed si ecclesiae voce moniti, post tot tantorumque denuntiationes noluerint arma relinquere, iam clementiae nostrae apud Deum et episcoporum causa purgata, armatis, si ita res exegerit, intromissis, trahendos se abstrahendosque esse cognoscant, et omnibus casibus esse subdendos. Sed neque episcopo inconsulto, nec sine nostra sive iudicum, in hac alma urbe vel ubicunque, iussione, armatum quemquam ab ecclesiis abstrahi oportebit, ne, si multis passim hoc liceat, confusio generetur.

Dat. X. Kal. April. Constantinop. ANTIOCHO V. C. Cons. et qui fuerit nuntiatus (5). [431.]

4. *Iidem AA.* (6) HIERIO (7) *P. P.*— Si servus cuiusquam ecclesiam (8) altariave armatus, nullis hoc suspicantibus, inopinatus irruerit, exinde protinus abstrahatur, vel (9) continuo domino, vel ei,

(1) *Godofr. en la nota;* ipsi quoque confugiant, *en el texto.*
(2) *Godofr. en la nota;* mane vel vespere, *en el texto.*
(3) *Godofr. en la nota;* in quovis telo, ferro, vel specie, *en el texto.*
(4) abducentibus, *C. Theod., pero* καὶ διδασκόντων, *en el texto griego.*
(5) *Cont. Char. Pac. Sp.;* Proposita indictione XIIII. Pharmuthi mensis XII. Dat. X. Kal. April. CP. Antiocho V. C. Cos. et qui fuerit nuntiatus, *el concilio de Efeso.;* Dat. X. K. Apr. CP. Ant. V. C. et Basso Coss., *C. Theod., Bk.*

mo templo á los que se refugian. Y no intente nadie echarles sacrílegas manos para sacarlos, ni el que á esto se hubiese atrevido se refugie á su vez para pedir auxilio, cuando conozca su yerro. Pero concedemos esta latitud de espacio para esto, para que á ninguno de los refugiados le sea lícito permanecer ó comer, acostarse á pernoctar en el mismo templo de Dios ni en los sacrosantos altares, impidiendo esto por consideraciones á la religión los mismos clérigos, y observándolo por razones de piedad los mismos que se refugian.

§ 1.—Mandamos también que en manera ninguna tengan dentro de las iglesias los que en ellas se refugian armas de cualquier especie que sean, ofensivas ó defensivas, las que no solamente quedan prohibidas en los templos de Dios sumo y en los divinos altares, sino también en las celdas, habitaciones, huertos, baños, cementerios, y pórticos.

§ 2.—Por tanto, impídase por los mismos clérigos, que los que sin armas se acogen al santísimo templo de Dios ó á un altar sacrosanto, ya sea en cualquier punto de nuestro imperio, ya en esta ínclita ciudad, duerman ó tomen alimento alguno dentro del templo ó en el altar mismo, sin que se les haga injuria ninguna, designándoles lugares que dentro de los cercados de la iglesia basten á su seguridad, y previniendo que está señalada pena capital, si algunos intentaran acometerles. Si el refugiado no asiente y consiente en todo esto, deberá anteponerse la religión á la humanidad, y ser expulsada la temeridad de los lugares divinos á aquellos que hemos señalado.

§ 3.—Mas á los que se atreven á entrar con armas en los templos, les prevenimos que no hagan esto; y después, si armados con dardos estuvieran en cualquier lugar de la iglesia, ó en los recintos del templo, ó cerca ó fuera, mandamos que al punto sean requeridos más severamente por solos los clérigos con la autoridad del obispo, para que depongan las armas, dándoles la seguridad de que estarán mejor amparados á nombre de la religión, que con el auxilio de las armas. Pero si amonestados por voz de la iglesia, no quisieren después de tantas y tantas intimaciones abandonar las armas, justificada ya para con Dios la causa de nuestra clemencia y la de los obispos, sepan, que enviadas fuerzas armadas, si así fuere necesario, habrán de ser sacados fuera y arrojados violentamente, y en todo caso sometidos. Mas no convendrá que sin conocimiento del obispo, ni sin nuestro mandato, ó sin el de los jueces, en esta ínclita ciudad ó en otra cualquier parte, sea arrancado de las iglesias ningún armado, á fin de que no se produzca confusión, si indistintamente fuera lícito esto á muchas personas.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de ANTIOCO, varón esclarecido, y de quien fuere designado. [431.]

4. *Los mismos Augustos á* HIERIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si un esclavo de cualquiera se precipitare por sorpresa en la iglesia ó en los altares, yendo armado, sin que nadie sospechara esto, sea al

(6) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.;* Impp. Theodos. et Valentin. AA., *Hal. y los demás.*
(7) *C. Theod., Cont. 62. Bk. y el libro de Auredano en Char.;* Erinio, *ms. Vat.;* herinio, *ms. Pl. 2.;* Crineo, *ms. Pl. 1.;* Crimo, *ed. Nbg.;* iperio, *ms. Bg.;* imerio, *ms. Cas.;* Imperio, *Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal., C. Theod.;* ad ecclesiam, *ms. Pl. 2.;* in ecclesiam, *Russ. y los demás.*
(9) vel certe, *ms. Gl., C. Theod.*

Digitized by Google

unde eum tam furiosa formido proripuit, indicetur, eique mox abstrahendi copia non negetur. Sed si armorum fiducia resistendi animos insania impellente conceperit, abripiendi extrahendique eum domino, quibus id potest efficere viribus, concedatur. Quod si illum etiam configi in concertatione pugnaque contigerit, nulla erit eius noxa (1), nec conflandae criminationis (2) relinquetur occasio, si is, qui ex statu servili in hostilis et homicidae conditionem transiliit, sit occisus.

Dat. V. Kal. (3) April. Constantinop. (4) VALERIO et AETIO (5) Conss [432.]

5. *Imp.* MARCIANUS *A. ad populum.*— Denuntiamus vobis omnibus, ut in sacrosanctis ecclesiis et in aliis quidem venerabilibus locis, in quibus cum pace et quiete vota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione. Nemo conclamationibus utatur, nemo moveat tumultum, aut impetum committat, vel conventicula collecta multitudine in qualibet parte civitatis vel vici vel cuiuscunque loci colligere ac celebrare conetur. Nam si quis aliquid contra leges a quibusdam sibi (6) existimet perpetrari, liceat ei adire iudicem, et legitimum postulare praesidium. Sciant sane omnes, quod, si quis contra huius edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem movere tentaverit, ultimo supplicio subiacebit.

Dat. III. Id. Iul. ipso MARCIANO A. et ADELPHIO Conss. [451.]

6. *Imp.* LEO *A.* ERYTHRIO *P. P.*— Praesenti lege decernimus per omnia loca valitura (excepta hac urbe regia, in qua nos divinitate propitia degentes, quoties usus exegerit, invocati, singulis causis atque personis praesentanea constituta praestamus), nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint (7), de sacrosanctis ecclesiis orthodoxae fidei expelli, aut tradi (8), vel protrahi confugas, nec pro his venerabiles episcopos vel religiosos oeconomos exigi, quae ab ipsis debeantur; his, qui hoc moliri aut facere aut nuda saltem cogitatione atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali et ultimi (9) supplicii animadversione plectendis. Ex his ergo locis eorumque finibus, quos anteriorum legum praescripta sanxerunt, nullos expelli aut eiici aliquando patimur, nec in ipsis ecclesiis reverendis ita quemquam detineri atque constringi, ut ei aliquid aut (10) victualium rerum, aut vestis negetur, aut requies.

§ 1.—Sed si quidem ipsi refugae appareant (11) publice, et se in sacris locis offerant quaerentibus conveniendos, ipsis, servata locis reverentia, iudicum, quibus subiacent, sententiis moneantur, responsum daturi, quale sibi quisque perspexerit (12) convenire.

(1) noxia, *mms. Pl. 1. 2.*
(2) conflandi criminis, *mms. Pl. 2. Bg. Rg., Hal., var. l. gl.*; conflanda criminationis, *Cont. 71. Char.*
(3) X. Kal., *Cont. 62.*
(4) *C. Theod., Cont. 62. Bk.*; Constant., *falta en Hal. Russ. Cont. 66. y en las demás.*
(5) et qui fuerit nuntiatus, *C. Theod.*
(6) sibi, *falta en los mms. Pl. 1. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(7) sint, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.; pero* οἱαεδήποτε τύχης ὄντας, *Bas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal. Bk.*; tradi, *ed. Nbg. Russ. y las demás.*

punto arrancado de allí, avísese inmediatamente ó á su señor, ó á aquel de quien tan furioso terror le hizo huir, y no se le negará auxilio para sacarlo desde luego. Mas si con la confianza de las armas concibiere, impulsándole su locura, la idea de hacer resistencia, concédasele á su señor facultad para arrancarlo y extraerlo con la fuerza con que pueda hacerlo. Y si aún aconteciere que en la contienda ó combate es herido, no habrá noxa alguna por él, ni se dejará ocasión para formular acusación, si fuera muerto el que del estado servil pasó á la condición de enemigo y de homicida.

Dada en Constantinopla á 5 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de VALERIO y de AECIO. [432.]

5. *El Emperador* MARCIANO, *al pueblo.*—A vosotros todos os recomendamos, que os abstengais de toda sedición en las sacrosantas iglesias y en los demás lugares venerables, en los que deben celebrarse en paz y tranquilidad los votos religiosos. Nadie dé voces, ni promueva tumulto, ni cometa violencia, ni intente congregar y celebrar conventículos habiendo reunido una multitud en alguna parte de la ciudad, ó de la villa, ó de cualquier lugar. Porque si alguien creyese que por algunos se hacía cosa contraria á las leyes, séale lícito presentarse al juez, y reclamar el debido auxilio. Mas sepan todos, que, si alguno hubiere intentado hacer alguna cosa ó promover sedición contra el tenor de este edicto, será condenado al último suplicio.

Dada á 3 de los Idus de Julio, bajo el consulado del mismo MARCIANO, Augusto, y de ADELFIO. [451.]

6. *El Emperador* LEÓN, *Augusto, á* ERITRIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos por la presente ley, valedera en todas partes, (excepto en esta régia ciudad, en que viviendo nosotros por favor de Dios, damos, siendo consultados, cuando la necesidad lo exige, eficaces resoluciones para cada caso y persona), que absolutamente ningún refugiado, de cualquier condición que sea, sea arrojado, entregado, ó arrancado de las sacrosantas iglesias de la fé ortodoxa, y que no se exija de los venerables obispos ó de los religiosos ecónomos lo que por aquellos mismos se deba; debiendo ser condenados á pena capital y de último suplicio los que se hubieren atrevido á maquinar esto, ó á hacerlo, ó por lo menos á intentarlo por mero propósito y proyecto. No consentimos, pues, que en ninguna ocasión sean expulsados ó echados de estos lugares y de los límites de los mismos, que disposiciones de anteriores leyes fijaron, ni que alguno sea detenido y sujetado en las mismas reverendas iglesias, de tal suerte que se le niegue cosa alguna ó de las necesarias para la vida, ó el vestido, ó el descanso.

§ 1.—Mas si verdaderamente los mismos refugiados se presentasen en público, y para ser citados se ofreciesen á sus perseguidores en los lugares sagrados, prevéngaseles, guardada la reverencia del lugar, por providencia de los jueces á quienes están sometidos, que han de dar la respuesta que cada cual viere que le conviene.

(9) ultima, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; aut, *falta en Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.*; in ecclesia, *añaden las ed. Schf. Russ. y las demás; pero parece que aquí falta* non, *si atendemos á las Bas., en las que se lee:* εἰ μέντοι οἱ πρόσφυγες μὴ φαίνωνται δημοσίως.
(12) prospexerit, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf.*; οἷον—συνίδοι συμφέρον, *Bas.*

Digitized by Google

§ 2.—Quodsi in finibus ecclesiasticis latitant, religiosus oeconomus seu defensor ecclesiae, vel certe quem his negotiis commodiorem auctoritas episcopalis elegerit, reconditam latentemque personam decenter sine ullo incommodo monitus intra fines ecclesiae, si invenitur, praesentet.

§ 3.—Quum autem monitus fuerit in publico privatove contractu actione civili, in eius sit arbitrio sive per se, sive, si magis elegerit, instructo solemniter procuratore directo, in (1) eius iudicis, cuius pulsatur sententiis, examine respondere.

§ 4.—Sed si hoc facere detrectet aut differat, iudiciorum legumque solitus ordo servetur. Itaque si res immobiles possidet, post edictorum solemnium citationem (2) ex sententia (3) iudicantis usque ad modum debiti bonorum eius sive praediorum traditio sive venditio celebretur. Quodsi res mobiles habet, easque extra terminos occultat ecclesiae, sententia iudicantis et exsecutoris sollicitudine perquisitae, quocunque (4) occultentur, erutae, pro aequitatis (5) tramite modoque debiti publicis rationibus privatisque proficiant. Sane si intra fines habentur ecclesiae, vel apud quemlibet ex clericis absconditae sive depositae fuisse firmantur, studio et providentia viri reverendissimi oeconomi sive defensoris ecclesiae diligentia inquisitae, quolibet (6) modo ad sacrosanctam ecclesiam pervenientes (7) proferantur, ut pari aequitatis ordine iisdem ex bonis fisco, vel reipublicae, sive creditoribus, et quibuscunque iustis petitoribus ad modum debiti consulatur. Sicubi depositae (8) vel commodatae (9) dicuntur, inquirendi talem volumus esse cautelam (10), ut, si sola suspicione apud aliquem asserantur absconditae, de sua etiam conscientia satisfacere auctoritate venerabilis antistitis iubeatur; addicientes, quod ea, quae de principalibus personis decrevimus (11), etiam in fideiussorum (12), sive mandatorum, seu rerum ad eos pertinentium, vel familiarium, et sociorum seu participum, et omnino in iisdem causis obnoxiorum personis praecipimus observari, scilicet si ipsos quoque secum confugae intra ecclesiarum terminos habere voluerint, ut ex eorum (13) quoque bonis publica debita privataque solvantur, et per eos rerum ubicunque depositae sunt, procedat inquisitio. Et haec quidem de ingenuis liberisque personis.

§ 5.—Sane si servus, aut colonus, vel adscri-

§ 2.—Pero si se ocultan en los límites de la iglesia, el religioso ecónomo ó el defensor de la iglesia, ó ciertamente aquel á quien la autoridad episcopal hubiere elegido como más á propósito para estos asuntos, habiendo citado decentemente y sin incomodidad alguna dentro de los límites de la iglesia á la persona refugiada y que se oculta, la presentará, si es hallada.

§ 3.—Mas cuando hubiere sido citado por una acción civil en virtud de contrato público ó privado, esté en su arbitrio responder ya por sí, ya, si lo prefiriere, por medio de procurador directo solemnemente nombrado, en el exámen del juez por cuya providencia es citado.

§ 4.—Pero si rehusara ó difiriese hacer esto, guárdese el acostumbrado órden de los juicios y de las leyes. Y en su consecuencia, si posee bienes inmuebles, celébrese, después de la citación de los edictos solemnes, entrega ó venta de sus bienes ó predios en virtud de sentencia del juez hasta la cuantía de la deuda. Pero si tiene bienes muebles, y los oculta fuera de los límites de la iglesia, buscados en virtud de sentencia del juez, y por diligencia del ejecutor, donde quiera que se oculten, y de allí sacados, apliquense por trámite de equidad y en la cuantía de la deuda al pago de sus cuentas públicas y privadas. Mas si se hallan dentro de los límites de la iglesia, ó se afirma que fueron escondidos ó depositados en poder de algún clérigo, buscados por celo y providencia del reverendísimo ecónomo, ó por diligencia del defensor de la iglesia, luego que de cualquier modo vayan á poder de la sacrosanta iglesia, preséntense, para que con igual órden de equidad se atienda con dichos bienes, hasta el importe de la deuda, al fisco, ó á la república, ó á los acreedores, y á otros cualesquiera legítimos demandantes. Si se dice que en otra parte fueron depositados ó dados en comodato, queremos que haya tal cautela para buscarlos, que, si solo por sospecha se afirmase que se hallaban escondidos en poder de alguien, se le mande no obstante por autoridad del venerable prelado dar satisfacción sobre su conciencia; añadiendo, que lo que hemos decretado respecto á las personas principales, mandamos que se observe también con las personas de sus fiadores, ó mandatarios, ó con los bienes que les pertenezcan, ó con los de sus familiares, y los de sus socios ó partícipes, y absolutamente con los de todos los obligados en las mismas causas, por supuesto, si los refugiados hubieren querido tenerlos también consigo dentro de los límites de las iglesias, para que también de sus bienes se paguen las deudas públicas y privadas, y se haga por ellos la busca de los bienes allí donde quiera que fueron depositados. Y esto lo decimos ciertamente respecto de las personas ingénuas y libres.

§ 5.—Mas si un esclavo, ó colono, ó un adscrip-

(1) in, *falta en Cont. 76.*
(2) recitationem, *ms. Pl. 1. 2. Bg. (habiéndose borrado en este después* re), *Gt., ed. Schf.*
(3) sententia, *omitiendo* ex, *los mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Hal.;* et sententiam, *mms. Bg. Gt., ed. Schf.;* τῇ προφάσει τοῦ κρίνοντος, *Bas.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* quocunque loco, *Cont. 66. y las demás;* ὁπου ὁ' ἂν ὄντα φανῇ, *Bas.*
(5) equitis, *ed. Nbg.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* et quolibet, *ed. Nbg.;* hae quolibet, *Russ. y los demás.*
(7) pertinentes, *mms. Pl. 2. Bg.*
(8) positae, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.;* posita, *ms. Pl. 1., ed. Schf.;* ἀναποτεθειμένα, *Bas.*
(9) commendatae, *ms. Pl. 2.;* commendata, *ed. Schf.;* commodata, *ms. Pl. 1.*
(10) inquirendas tales volumus esse cautelas, *ms. Pl. 2.;* inquirendas (inquirenda) tanta volumus esse cautela, *mms. Bg. Pl. 1.;* inquirendis (inquirendi) tantam volumus esse cautelam, *ed. Nbg. Schf.*
(11) decernimus, *ed. Nbg., Hal. en el texto;* ἐνομοθετήσαμεν, *Bas.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* fideiussorum, *omitiendo* etiam in, *Cont. 62.;* etiam fideiussorum, *ms. Gt.;* in causis fideiussorum, *ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y las demás;* καὶ ἐπὶ τῶν ἐγγυητῶν, *Bas.*
(13) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* et ex eorum, *ms. Pl. 1.;* ut eorum, *Hal. y los demás;* ἵνα καὶ ἐκ τῶν τούτοις ὑπαρχόντων, *Bas.*

Digitized by Google

ptitius, familiaris sive libertus, et huiusmodi aliqua persona domestica vel conditioni subdita, conquassatis (1) rebus certis atque subtractis aut se ipsum furatus, ad sacrosancta se loca contulerit, statim a religiosis oeconomis sive defensoribus, ubi primum hoc scire potuerint, per eos videlicet, ad quos hoc pertinet (2), ipsis praesentibus pro ecclesiastica disciplina et qualitate commissi, aut ultione competente, aut intercessione humanissima procedente, remissione veniae et sacramenti interventione securi, ad locum statumque proprium revertantur, rebus, quas secum habuerint, reformandis. Diutius enim eos in ecclesiis non convenit morari, ne patronis seu dominis per ipsorum absentiam obsequia iusta denegentur, et ipsi per incommodum ecclesiae egentium et pauperum alantur expensis.

§ 6.—Inter haec autem, quae sedulo ad religiosi oeconomi sive defensoris ecclesiae sollicitudinem curamque respiciunt, erit etiam illud observandum, ut singulorum intra ecclesias confugientium personas causasque incessanter conquirant, deinde (3) iudices vel eos, ad quos causae et personae pertinent, instantius instruant, ut aequitatis convenientiam (4) diligentius exsequantur.

Dat. prid. Kal. Mart. Constantinop. (5) LEONE A. III. Cons. [466.]

Epitome graec. const. ex coll. const. ecc.

7.—Qui habet actionem aut controversiam adversus aliquem, ne turbet ecclesias per se aut alium, sed adeat magistratus. Si vero imperatore propter crimina opus habeat, per archiepiscopum ipsum instruat. Adversus haec faciens castigatur. (6)

A. Epit. graec. const. ex coll. const. ecc.

8.—Qui, imperatore ad magnam ecclesiam in festo procedente, exclamationibus utitur, excidit causa et per praefectum eiectus castigatur.

§ 1.—Qui vero propter potentem personam ad ecclesiam confugit, doceat imperatoriam maiestatem per archiepiscopum et ecclesiae defensores. (7)

B. Epitome eiusd. ex Bas.

Quoties ex more magnis diebus festis in sancti-

(1) convasatis, *opina al márgen Cont. 62. 66. 76. que se ha de leer;* ἀποσυλήσας τινὰ τῶν πραγμάτων, *Bas.*

(2) ad quos causa pertinet, *ms. Pl. 2.;* ad quos pertinet, *mms. Pl. 1. Bg.; pero parece más exacto que se ha de leer* ad quos pertinent, *cuya conjetura confirman las Bas.* πρὸς οὓς ἀνήκουσιν.

(3) denique, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* ἔπειτα δὲ, *Bas.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg., Hal. en el texto;* et aequitatis convenientiam, *ed. Schf.;* et aequitati convenientia, *Hal. en la nota, Russ. y los demás.*

(5) Constantinop., *falta en todas las ed. La indicación de la fecha y firma está suplida según el ms. Pist., en el cual se lée* d. pd. k. marc. cap. Leone Jss.

(6) *Hállase el epítome de esta ley en la Coll. constit. eccles. I. 12. 7., y más abreviado en las Bas. V. 1. 15. El texto sigue al de Ant. Agust. (Coll. p. 139.). Los mms. Pist. Vat. y Bg. hacen notar la laguna de la constitución griega.*

(7) *Consérvase esta ley, en epítome, en las Bas. V. 1. 16., y en la Coll. constit. eccles. I. 12. 8. El segundo texto fué restablecido por Ant. Agust. (Coll. p. 139.), y reproducido por Cont. 71. y por los demás. El primero fué publicado por Bk. En los que insertamos se sigue á ambos.*

to, familiar ó liberto, ó cualquier otra persona de esta clase, doméstica, ó sujeta á condición, se hubiere refugiado en lugares sagrados por haber roto y sustraido ciertos objetos, ó por haberse hurtado él mismo fugándose, sean vueltos inmediatamente á su lugar y estado propio por los religiosos ecónomos ó defensores, tan pronto como tal cosa hubieren podido saber, por supuesto, por medio de aquellos á quienes esto corresponde, hallándose presentes ellos mismos, quedando seguros, ó con el castigo competente conforme á la disciplina eclesiástica y á la gravedad de la falta, ó, mediando humanitaria intercesión, con la remisión del perdón y con la intervención de juramento, y debiendo ser devueltas las cosas que consigo hubieren tenido. Porque no conviene que ellos permanezcan mucho tiempo en las iglesias, no sea que por su ausencia se prive á sus patronos ó dueños de los legítimos servicios, y por incomodidad de la iglesia sean ellos mantenidos á expensas de los necesitados y de los pobres.

§ 6.—Mas entre estas disposiciones dirigidas especialmente á la solicitud y al cuidado del religioso ecónomo ó del defensor de la iglesia, debe observarse también la de que investiguen incesantemente la calidad de las personas y las causas de cada uno de los que se refugian dentro de las iglesias, y después, que instruyan inmediatamente á los jueces ó á aquellos á quienes las causas y personas corresponden, á fin de que más diligentemente cumplan con las conveniencias de la equidad.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Marzo, bajo el tercer consulado de LEÓN, Augusto. [466.]

Epítome de la constitución griega tomado de la colección de constituciones eclesiásticas

7.—El que tiene acción ó pleito contra alguno, no perturbe las iglesias, ni por sí, ni por medio de otro, sino diríjase á los magistrados. Y si tuviese necesidad de acudir al emperador por causa de crímenes, dèle conocimiento por medio del arzobispo. El contraventor de estas disposiciones es castigado.

A. Epítome de la constitución griega tomado de la colección de constituciones eclesiásticas

8.—El que, al dirigirse el emperador en día de fiesta á la iglesia mayor, diese voces para pedir gracia, pierde su causa, y echado por el prefecto es castigado.

§ 1.—Mas el que se refugia en la iglesia huyendo de persona poderosa, informe á la majestad imperial por medio del arzobispo y de los defensores de la iglesia.

B. Epítome de la misma tomado de las Basílicas

Cuando en los grandes días festivos nos dirigi-

Digitized by Google

sima magna ecclesia Constantinopolis vel in aliis ecclesiis procedimus, gloriosissimo quaestori nostro permittimus, ut postulationes supplicantium accipiat et ad nos deferat. Qui vero feriarum tempore tumultibus et clamoribus in magna ecclesia vel etiam in aliis magnis ecclesiis utitur, causa statim cadet, licet iustam rationem habere videatur, et eiicietur a praefecto et poenis subiicietur. Qui vero potentem personam timet, per archiepiscopum vel ecclesiae defensores nos adeat.

mos, según costumbre, á la santísima iglesia mayor de Constantinopla, ó á otras iglesias, permitimos á nuestro gloriosísimo cuestor, que reciba y nos presente las peticiones de los suplicantes. Mas el que en dichos días festivos promueve tumultos y vocerío en la iglesia mayor, ó aún en otras iglesias mayores, perderá inmediatamente su causa, aunque parezca que tiene justa razón, y será echado por el prefecto, y castigado con penas. Mas el que teme á persona pudiente, acuda á nosotros por medio del arzobispo ó de los defensores de la iglesia.

TIT. XIII

DE HIS, QUI IN ECCLESIIS MANUMITTUNTUR (1)

1. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* PROTOGENEM (2) *Episcopum.*—Iam dudum placuit, ut in ecclesia catholica libertatem domini suis famulis praestare possint, si sub aspectu plebis assistentibus Christianorum antistitibus id faciant, ut propter facti memoriam vice actorum interponatur qualiscunque scriptura, in qua ipsi vice testium signent. Unde a vobis quoque ipsis non immerito dandae et relinquendae sunt libertates, quo quisque vestrum pacto voluerit, dummodo vestrae voluntatis evidens appareat testimonium.

Dat. VI. Id. Iun. SABINO et RUFINO Conss. (3) [316.]

2. *Idem A.* OSIO (4) *Episcopo* (5). — Qui religiosa mente in ecclesiae gremio servis (6) suis meritam concesserint libertatem, eandem eodem iure (7) donasse videantur, quo civitas Romana solemnitatibus decursis dari consuevit. Sed hoc duntaxat his, qui sub aspectu antistitum dederint, placuit relaxari. Clericis autem amplius concedimus, ut, quum suis famulis tribuunt libertatem, non solum in conspectu ecclesiae ac religiosi populi plenum fructum libertatis concessisse dicantur, verum etiam quum postremo iudicio dederint libertates seu quibuscunque (8) verbis dari praeceperint, ita ut ex die publicatae voluntatis, sine aliquo iuris teste vel interprete, competat directa libertas.

Dat. XIV. Kal. Maii CRISPO II. et CONSTANTINO II. Conss. (9) [321.]

TIT. XIV

DE LEGIBUS, ET CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM, ET EDICTIS (10)

1. *Imp.* CONSTANTINUS *A.* BASSO (11) *P. U.* (12). —Inter aequitatem iusque (13) interpositam inter-

TÍTULO XIII

DE LOS QUE EN LAS IGLESIAS SON MANUMITIDOS

1. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, al Obispo* PROTÓGENES.—Hace ya tiempo que plugo, que los dueños pudieran dar libertad á sus esclavos en la iglesia católica, si lo hicieran á la vista del pueblo y con asistencia de los prelados de los cristianos, de modo que para memoria del hecho se extienda á manera de acta cualquier escritura, en que los mismos firmen como testigos. De donde resulta, que también por vosotros mismos puede legítimamente darse y concederse la libertad, con el pacto que cualquiera de vosotros quisiere, con tal de que aparezca evidente testimonio de vuestra voluntad.

Dada á 6 de los Idus de Junio, bajo el consulado de SABINO y de RUFINO. [316.]

2. *El mismo Augusto al Obispo* OSIO.—Los que con espíritu religioso hubieren concedido en el gremio de la iglesia merecida libertad á sus esclavos, parezcan habérsela dado con igual legalidad con que se acostumbró á dar la ciudadanía romana con las antiguas solemnidades. Plugo, sin embargo, que esto se limitara solamente á los que la hubieren dado en presencia de los prelados. No obstante, concedemos además á los clérigos, que cuando dan libertad á sus esclavos, se considere que concedieron el pleno uso de la libertad no solo en presencia de la iglesia y del pueblo religioso, sino también cuando por última voluntad hubieren dado la libertad ó mandado en cualesquiera términos que se dé, de tal manera que desde el día en que se haya publicado la voluntad, competa directamente la libertad, sin testigo alguno, ó intérprete, del derecho.

Dada á 14 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de CRISPO y de CONSTANTINO. [321.]

TÍTULO XIV

DE LAS LEYES, DE LAS CONSTITUCIONES DE LOS PRÍNCIPES, Y DE LOS EDICTOS

1. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* BASSO, *Prefecto de la Ciudad.*—Solamente á nos-

(1) *Toda la rúbrica falta en la ed. Schf.*
(2) Protogenem, *mms. Pist. Pl. 2.*; Proteginem, *mms. Vat. Pl. 1.*; Protoginensem, *ms. Bg.*
(3) *El ms. Pist. dice solamente* d. VI. d.
(4) Asio, *mms. Cas. Pl. 1.*; Rufino, *dice Cont. 66. 76. al márgen, que léen algunos.*
(5) *C. Theod., Blc.*; episcopo, *falta en los mms. y en las demás ed. del Cod. de Just.*
(6) servulis, *mms. Pl. 1. Gt., C. Theod.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2., Hal. Russ. Cont. 62., C. Theod.*; eo iure, *ms. Bg., ed. Nbg. Schf. Cont. 66. y las demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62., C. Theod.*; quibuslibet, *ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(9) *Russ. al márgen Blc., C. Theod.*; *la misma suscrición, bien que omitiendo el número* XIV., *hay en Cont. Char. Pac. Sp.*; D. Kal. Mart., *hay solamente en Hal. Russ.*
(10) dictis, *mms. Cas. Pl. 1.*; *toda la rúbrica falta en la ed. Schf.*
(11) Septimio Basso, *el C. Theod.*
(12) P. U., *faltan en los mms. Pl. 2. Bg.*; P. P., *ms. Cas., ed. Nbg.*
(13) et ius, *mms. Pl. 1. 2. Bg., Hal.*

Digitized by Google

pretationem nobis solis et oportet et licet inspicere.

Dat. III. Non. Decemb. SABINO et RUFINO Conss. [316.]

2. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* (1) *ad Senatum.*—Quae ex relationibus (2) vel suggestionibus iudicantium vel consultatione (3), in commune florentissimorum sacri nostri palatii procerum auditorium introducto negotio, statuimus, vel quibuslibet corporibus, aut legatis, aut provinciae, vel civitati, vel curiae donavimus, nec (4) generalia iura sint, sed leges faciant (5) his duntaxat negotiis atque personis, pro quibus fuerint promulgata, nec ab aliquo retractentur; notam infamiae subituro eo, qui vel astute ea interpretari voluerit, vel impetrato impugnare rescripto, nec habituro fructum per subreptionem eliciti, et iudice (6), si dissimulaverit, vel ulterius litigantem audierit, vel aliquid allegandum admiserit, et sub quodam ambiguitatis colore ad nos retulerit, triginta librarum auri condemnatione plectendo (7).

Dat. VIII. Id. Novemb. Ravennae (8), THEODOSIO A. XI. et VALENTINIANO Caesare Conss. [425.]

3. *Iidem AA. ad Senatum* (9).—Leges ut (10) generales ab omnibus aequabiliter (11) in posterum observentur, quae vel missae (12) ad venerabilem coetum oratione conduntur, vel inserto edicti vocabulo nuncupantur, sive eas nobis spontaneus motus ingesserit, sive precatio, sive relatio, vel lis mota legis occasionem postulaverit. Nam satis est edicti eas nuncupatione censeri, vel per omnes populos iudicum programmatibus (13) divulgari, vel expressius continere, quod principes censuerint (14), ea, quae in certis negotiis statuta sunt, similium quoque causarum fata (15) componere. Sed et si generalis lex vocata est, vel ad omnes iussa est pertinere, vim obtineat edicti; interlocutionibus, quas in uno negotio iudicantes protulimus vel postea proferemus, non in commune praeiudicantibus, nec his, quae specialiter quibusdam concessa sunt civitatibus, vel provinciis, vel corporibus, ad generalitatis observantiam pertinentibus.

Dat. VIII. Id. Nov. Ravennae, THEODOSIO A. XII. et VALENTINIANO A. II. (16) Conss. [426.]

4. *Iidem AA. ad* VOLUSIANUM *P. P.*— Digna vox est (17) maiestate regnantis, legibus alliga-

(1) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.*; Imp. Theod. (A.) et Valentinianus Caesar, *Hal. y los demás, de cuya lectura disuade la cronología.*

(2) iudicum, *añade la ed. Nbg.*

(3) per consultationem, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Cont. 62.*

(4) ea nec, *mms. Pl. 2. Bg. Gt.*; non haec, *ed. Schf.*

(5) fiant, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*

(6) iudices, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.; aquí y luego,* dissimulaverint, audierint, admiserint, *cuyos números plurales se hallan también en el ms. Pl. 1.*

(7) plectendi sunt, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.*; plectendis, *ms. Pl. 1. Las Bas. confirman el número singular,* τὸν διαπτὴν—καταδικάζεσθω.

(8) Ravennae, *falta en todas las ed., y se suple según el ms. Pist.*

(9) Senatus, *ms. Pl. 1.*

2. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, al* SENADO.—Las decisiones que hemos dado en virtud de relaciones ó de sugestiones de los jueces, ó en consulta, llevado un negocio á la audiencia plena de los ilustrísimos próceres de nuestro sacro palacio, ó las concesiones que hicimos á cualesquiera corporaciones, ó á legados, ó á una provincia, ó ciudad, ó curia, ni sean derechos generales, sino que constituyan leyes únicamente para aquellos negocios y personas, para quienes fueron promulgadas, ni sean por nadie revocadas; debiendo de llevar la nota de infamia el que quisiere, ó interpretarlas astutamente, ó impugnarlas con un rescripto que hubiere obtenido, y de no obtener el fruto del recabado subrepticiamente, y habiendo de ser condenado á la multa de treinta libras de oro el juez que hubiere disimulado esto, ó hubiere continuado oyendo al litigante, ó admitido alguna alegación, y bajo cualquier pretexto de ambigüedad se hubiere dirigido á nosotros.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Noviembre, bajo el undécimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de VALENTINIANO, César. [425.]

3. *Los mismos Augustos al* SENADO.—Sean observadas de igual manera por todos en lo futuro como leyes generales, tanto las que dirigidas á ese venerable congreso están contenidas en la oración, cuanto las que son designadas con la palabra edicto inserta, ya nos las hubiere sugerido nuestra propia espontaneidad, ya una súplica, ó una relación, ó un pleito promovido hubiere procurado la ocasión de la ley. Porque basta que sean decretadas con la denominación de edicto, ó divulgadas en todos los pueblos por los programas de los jueces, ó que digan expresamente que los príncipes han determinado, que lo que se estableció para ciertos negocios constituya también ley en todos los casos semejantes. Mas también si fué llamada ley general, ó si se mandó que á todos sea aplicable, tenga fuerza de edicto; no perjudicando al derecho común las sentencias interlocutorias que juzgando en un solo negocio hayamos dado ó demos después, y no correspondiendo á la observancia general las concesiones que especialmente se hicieron á algunas ciudades, provincias, ó corporaciones.

Dada en Rávena á 8 de los Idus de Noviembre, bajo el duodécimo consulado de TEODOSIO, y el segundo de VALENTINIANO, Augustos. [426.]

4. *Los mismos Augustos á* VOLUSIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Es manifestación digna de la ma-

(10) Ut leges generales, *Hal.; pero* διατάξεις—ὡς γενικάς, *Schol. Bas. II. 6. 7.*

(11) aequaliter, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., Hal. en el texto.*

(12) missa, *mms. Pl. 2. Bg., Cont. 62.*; emissae, *ed. Nbg.*; a nobis, *añaden las ed. Nbg. Russ. Cont. 66 y las demás; pero* αἱ πρὸς τὴν—τηλίκου ὁρατίωνος γενομένης κατεπέμφθησαν, *Schol. Bas. II. 6. 8.*

(13) programmate, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.*

(14) consueverunt, *ms. Pl. 2.*; censuerunt, *ms. Pl. 1., ed. Nbg. Hal.*

(15) facta, *ms. Pl. 2., ed. Nbg. Hal., var. l. gl.*

(16) Valentiniano Caesare, *Hal. en el texto, enmendándolo en la nota.*

(17) est, *falta en los mms. Pl. 1. Bg. Gt., Hal.*

Digitized by Google

tum se principem profiteri; adeo de auctoritate iuris nostra pendet auctoritas (1). Et revera maius imperio est, submittere legibus principatum; et oraculo praesentis edicti, quod nobis licere non patimur, indicamus (2).

Dat. III. Id. Iun. Ravennae, FLORENTIO et DIONYSIO Conss. [429.]

5. *Iidem AA.* FLORENTIO *P. P.* (3)—Non dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus contra legis nititur voluntatem. Nec poenas insertas legibus evitabit, qui se contra iuris sententiam saeva (4) praerogativa verborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conventionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsecutum, qui contrahunt, lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes, tam veteres quam novellas, trahi generaliter imperamus, ut legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat, ceteraque (5) quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere, hoc est ut ea, quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere quod factum est. Sed et si quid (6) fuerit subsecutum ex eo vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum atque inutile esse praecipimus.

§ 1.—Secundum itaque praedictam regulam, qua (7) ubique (8) non servari (9) factum lege prohibente censuimus, certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum ullius esse momenti, nec sacramentum admitti.

Dat. VII. (10) Id. April. Constantinop. THEODOSIO A. XVII. (11) et FESTO (12) Conss. [439.]

6. *Iidem AA.* FLORENTIO *P. P.*—Quod favore quorundam constitutum est (13), quibusdam casibus ad laesionem eorum nolumus inventum videri.

Dat. Kal. August. THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. [439.]

7. *Iidem AA.* CYRO *P. P. et Consuli designato.*—Leges et constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta praeterita revocari, nisi nominatim et de praeterito tempore et (14) adhuc pendentibus negotiis cautum sit.

Dat. Non. April. Constantinop. VALENTINIANO A. V. et ANATOLIO Conss. [440.]

(1) de auctoritate nostra iuris pendet auctoritas, *Cont. al márgen.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., Hal. en el texto, Cont. 62*; aliis indicamus, *Hal. en la nota, Russ. Cont. 66. y las demás.*
(3) Orientis et exconsule, *añade Nov. Theod.; la inscripción falta en Cont. 72.*
(4) sola, *Nov. Theod.*
(5) cetera, *Nov. Theod., y afirma al márgen Cont. 62. que se lée en muchos, lo que no es verdad.*
(6) Sed si quid, *ms. Pl. 1.*; Sed et quod, *Hal.*
(7) quam, *mms. Gt. Rg., Hal. Russ., var. l. gl., Nov. Theod.*

jestad del que reina, que el príncipe se confiese obligado por las leyes; en tanto, que de la autoridad del derecho depende nuestra autoridad. Y en verdad que más grande que el imperio es someter el principado á las leyes; y por el oráculo del presente edicto indicamos lo que no consentimos que nos sea lícito á nosotros mismos.

Dada en Rávena á 3 de los Idus de Junio, bajo el consulado de FLORENCIO y de DIONISIO. [429.]

5. *Los mismos Augustos á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—No hay duda de que obra contra la ley, el que atenido á las palabras de la ley se esfuerza contra la voluntad de la ley. Y no evitará las penas insertas en las leyes, el que fraudulentamente se excusa contra la disposición del derecho por violenta prerogativa de las palabras. Porque queremos, que se considere que no se celebró ningún pacto, ni ninguna convención, ni contrato alguno entre aquellos que contratan, prohibiéndoles contratar la ley. Lo cual mandamos que en general sea aplicable también á todas las interpretaciones de las leyes, tanto antiguas como nuevas, de tal manera que baste al legislador tan solo haber prohibido lo que no quiere que se haga, y sea lícito colegir de la voluntad de la ley lo demás como si estuviera expreso, esto es, que si se hubiere hecho lo que por la ley se prohibe hacer, no solo se tenga por inútil, sino también por no hecho, aún cuando el legislador solamente hubiere prohibido que se haga, y no hubiere dicho especialmente, que deba ser inútil lo que se hizo. Pero aún si se hubiere seguido alguna cosa de lo hecho con prohibición de la ley, ó por causa de ello, mandamos que también esto sea nulo é inútil.

§ 1.—Así, pues, conforme á la susodicha regla, por la que mandamos que en ninguna parte tenga valor lo hecho prohibiéndolo la ley, es cierto que ni tiene fuerza una estipulación de esta naturaleza, ni es de valor alguno el mandato, ni se admite el juramento.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Abril, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

6. *Los mismos Augustos á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—No queremos que lo que se estableció en favor de algunos, se considere introducido en ciertos casos para lesión de los mismos.

Dada las Calendas de Agosto, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

7. *Los mismos Augustos á* CIRO, *Prefecto del Pretorio, y Cónsul designado.*—Es cierto que las leyes y las constituciones dan forma para los negocios futuros, y que no se retrotraen á los hechos pasados, á menos que expresamente se haya determinado, tanto respecto del tiempo pasado, como de los negocios todavía pendientes.

Dada en Constantinopla las Nonas de Abril, bajo el quinto consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de ANATOLIO. [440.]

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Schf., Hal. en la nota, Cont. 62., Nov. Theod.*; ubicunque, *ed. Nbg., Hal. en el texto, Russ. Cont. 66 y las demás.*
(9) servari, *omitiendo* non, *Hal., var. l. gl., Nov. Theod.*
(10) XVII., *Nov. Theod.; pero confirma nuestra lectura el ms. Pist., en el cual se halla* d. vii. id. apr.
(11) XVI., *Cont. 62.*
(12) et Festo, *faltan en Nov. Theod.*
(13) introductum est et constitutum, *Cont. al márgen.*
(14) et, *falta en el ms. Pl. 1., que concuerda con las Bas. εἰ μὴ ἰδικῶς περὶ τῶν προλαβόντων πραγμάτων ἔτι ἠρτημένων.*

Digitized by Google

8 *Iidem AA. ad Senatum.*—Humanum esse probamus, si quid de cetero in publica vel privata (1) causa emerserit necessarium, quod formam generalem et antiquis legibus non insertam exposcat, id ab omnibus antea (2) tam proceribus nostri palatii, quam gloriosissimo coetu vestro, patres conscripti, tractari, et si universis tam iudicibus, quam vobis (3) placuerit, tunc legem (4) dictari, et sic ea denuo collectis omnibus recenseri, et quum omnes consenserint, tunc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari, ut universorum consensus nostrae serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur, patres conscripti, non aliter in posterum legem a nostra clementia promulgandam, nisi supradicta forma fuerit observata. Bene enim cognoscimus, quod cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem nostri imperii et ad nostram (5) gloriam redundare.

Dat. XVI. Kal. Nov. AETIO III. et SYMMACHO (6) Conss. [446.]

9. *Impp.* VALENTINIANUS *et* MARCIANUS *AA. ad* PALLADIUM *P. P.*—Leges sacratissimae, quae constringunt omnium (7) vitas, intelligi ab omnibus debent, ut universi, praescripto earum manifestius cognito (8), vel inhibita declinent, vel permissa sectentur. Si quid vero in iisdem legibus latum fortassis obscurius fuerit, oportet id imperatoria (9) interpretatione patefieri, duritiamque legum nostrae humanitati incongruam emendari.

Dat. prid. Non. April. Constantinop. AËTIO et STUDIO VV. CC. (10) Conss. [454.]

Epitome graec. const. Leonis et Anthemii ex Bas.

10.—Omnes legibus regantur, etiam si ad divinam domum pertineant.

Dat. VIII. Idib. Febr. ANTHEMIO A. II. (11) Cons. [468.]

11. *Impp.* LEO *et* ZENO *AA.*—Quum de novo iure, quod inveterato usu non adhuc stabilitum est, dubitatio emergat, necessaria est tam suggestio iudicantis, quam sententiae principalis auctoritas.

Dat. X. Kal. Maii LEONE iuniore A. Cons. [474.]

12. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI *P. P.*—Si imperialis maiestas causam cognitionaliter examinaverit, et partibus cominus constitutis sententiam dixerit, omnes omnino iudices, qui sub nostro imperio sunt, sciant, hoc (12) esse legem non

8. *Los mismos Augustos, al* SENADO.—Consideramos que es humano, padres conscriptos, que si en lo sucesivo surgiere en una causa pública ó privada un caso necesario, que requiera una disposición general y no comprendida en las antiguas leyes, sea esto discutido antes, así por todos los próceres de nuestro palacio, como por vuestra gloriosísima asamblea, y que si tanto á todos los jueces, cuanto á vosotros pluguiere, se dicte entonces la ley, y de este modo sea examinado de nuevo hallándose todos reunidos, y que cuando todos estuvieren de acuerdo, entonces finalmente se léa en el sacro consistorio de nuestro númen, para que el consentimiento de todos sea confirmado con la autoridad de nuestra serenidad. Sabed, pues, padres conscriptos, que en lo sucesivo no se promulgará de otro modo por nuestra clemencia ninguna ley, si no se hubiere observado la antedicha formalidad. Porque bien conocemos, que lo que se hubiere ordenado con vuestro consejo redunda en pró de la felicidad de nuestro imperio, y en pró de nuestra gloria.

Dada á 16 de las Calendas de Noviembre, bajo el tercer consulado de AECIO y el de SIMMACO. [446.]

9. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* MARCIANO, *Augustos, á* PALLADIO, *Prefecto del Pretorio.*—Por todos deben ser conocidas las sacratísimas leyes, que refrenan la vida de cada uno, á fin de que todos, conocido más claramente lo preceptuado en ellas, ó se abstengan de lo prohibido, ó hagan lo que permiten. Y si acaso algo se hubiere expresado con obscuridad en las mismas leyes, conviene que esto sea aclarado por interpretación del emperador, y que se enmiende la dureza de las leyes incongruente con nuestra humanidad.

Dada en Constantinopla á 1 de las Nonas de Abril, bajo el consulado de AECIO y de STUDIO, varones esclarecidos. [454.]

Epitome de la constitución griega de León y de Antemio, tomado de las Basílicas

10.—Rijanse todos por las leyes, aún cuando pertenezcan á la divina casa.

Dada á 8 de los Idus de Febrero, bajo el segundo consulado de ANTEMIO, Augusto. [468.]

11. *Los Emperadores* LEÓN *y* ZENÓN, *Augustos.*—Cuando surja alguna duda sobre un derecho nuevo, no establecido todavía por inveterada costumbre, es necesaria tanto la recomendación del juzgador, cuanto la autoridad de la decisión del príncipe.

Dada á 10 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de LEÓN, el jóven, Augusto. [474.]

12. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Si la majestad imperial hubiere examinado en calidad de juez una causa, y pronunciado sentencia constituidas las partes en su presencia, sepan absolutamente todos

(1) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.*; vel in privata, *ms. Pl. 1.*; privatave, *Russ. y las demás.*
(2) antea, *falta en el ms. Pl. 2., ed. Nbg.*
(3) nobis, *ed. Schf.*
(4) *Ms. Pl. 2., Cont. al márgen*; lecta, *Russ. y Char. al márgen, este según el ms. Aurelano*; allegata, *el mismo Russ. al márgen*; legata, *mms. Pl. 1. Bg., y todas las ed. en el texto.*
(5) vestram, *mms. Pl. 1. 2., Hal.*
(6) Aëtio et Studio, *Hal. en la nota.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., Hal. Cont. 62. Bk., Noc. Marc., Petr.*; hominum, *ms. Bg. (pero teniendo la línea* omnium *sobrescrito), las ed. Nbg. Schf. Russ. Cont. 66. y las demas.*
(8) praecognito, *Petr.*
(9) *Los mms. Pl. 1. Gt., ed. Schf., Noc. Marc.*; id ab imperat., *ms. Bg. (en el cual* ab *fué añadido después), ed. Nbg. Hal. y las demás;* ἐρμηνείᾳ τούτου—βασιλικῇ, *Bas.*
(10) *Cont. 62. (en el que faltan* VV. CC.) *Bk. (por quien se omitió* Constant., *Noc. Marc.*; Dat. VI. Id. Febr. Anthemio Cons., *Hal. Russ. Cont. 66. 71. Char. Pac. Sp.*; Dat. VI. Id. Febr. Aëtio et Studio Conss., *Cont. 76.*; d. VI., *se halla en el ms. Pist.*
(11) A. XI., *Cuyacio (Obss. XII. 31.), Char. Cont. 76. Pac.—El epítome de esta ley se halla en las Bas. II. 6. 15., y restituido por Cuyacio, fué admitido por Char. Cont. 76. Pac. Sp. Bk.*
(12) *Los mms. Pl. 1 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*; hic, *ed. Nbg.*; hanc, *Cont. 66. y las demás.*

Digitized by Google

solum illi causae, pro qua producta est, sed et (1) omnibus similibus. Quid enim maius, quid sanctius imperiali est maiestate? vel quis tantae superbiae fastidio tumidus est, ut regalem sensum contemnat, quum et veteris iuris conditores, constitutiones, quae ex imperiali decreto processerunt, legis vim (2) obtinere, aperte (3) dilucideque definiant?

§ 1.—Quum igitur et hoc in veteribus legibus invenimus dubitatum, si imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat huiusmodi regiam interpretationem obtinere, eorum quidem vanam subtilitatem tam risimus, quam corrigendam esse censuimus. Definimus autem omnem imperatoris (4) legum interpretationem, sive in precibus, sive in iudiciis, sive alio quocunque modo factam, ratam et indubitatam haberi. Si enim in praesenti leges condere soli imperatori concessum est, et leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. Cur autem ex suggestionibus procerum, si dubitatio in litibus oriatur, et sese non esse idoneos vel sufficientes ad decisionem litis illi existiment, ad nos decurritur (5), et quare omnes (6) ambiguitates iudicum, quas ex legibus oriri evenit, aures accipiunt nostrae, si non a nobis interpretatio mera procedit? vel quis legum aenigmata solvere, et omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli (7) legislatorem esse concessum est? Explosis itaque huiusmodi (8) ridiculosis ambiguitatibus, tam conditor quam interpres legum solus imperator iuste existimabitur; nihil hac lege derogante veteris iuris conditoribus, quia et eis hoc maiestas imperialis permisit.

Recitata Septimo milliario urbis Constantinopol. in novo consistorio palatii Iustiniani. Dat. VI. Kal. Nov. DECIO V. C. Cons. (9) [529.]

los jueces, que están bajo nuestra jurisdicción, que es ley no solo para la causa para que fué proferida, sino además para todas las análogas. Porque, ¿qué cosa hay mayor, qué más santa, que la majestad imperial? ó ¿quién está lleno de tanta soberbia, que menosprecie el pensamiento del príncipe, cuando también los autores del antiguo derecho manifiestan clara y terminantemente, que tienen fuerza de ley las constituciones que emanaron de decreto imperial?

§ 1.—Así, pues, como hayamos visto que también está dudoso en las antiguas leyes, si, cuando el pensamiento imperial interpretó la ley, deberá acaso tener validez semejante interpretación régia, tanto hemos, á la verdad, ridiculizado, esta vana sutileza de algunos, que hemos determinado que debia ser corregida. Y declaramos que toda interpretación de las leyes hecha por el emperador, ya sea sobre súplicas, ya sea en juicios, ya de cualquier otro modo, sea considerada válida é indubitada. Porque si al presente solo al emperador es permitido hacer las leyes, también el interpretar las leyes debe ser digno solamente de su autoridad imperial. ¿Por qué se recurre á nosotros á propuestas de los próceres, si en los pleitos surge una duda, y ellos no se consideran idóneos ó suficientes para decidir el litigio, y por qué oyen nuestros oídos todas las ambigüedades que se presentan á los jueces, y que suelen nacer de las leyes, si de nosotros no dimana la genuina interpretación? ¿O quién parecerá que es idóneo para resolver los enigmas de las leyes, y para aclararlos á todos, sino aquel á quien únicamente está permitido ser legislador? Desechadas, pues, estas ridículas dudas, solo el emperador será justamente reconocido así único legislador, como intérprete de las leyes; sin que por la presente ley se derogue nada respecto á los autores del antiguo derecho, porque también á ellos les concedió esto la majestad imperial.

Leida á las siete millas de la ciudad de Constantinopla, en el nuevo consistorio del palacio de Justiniano. Dada á 6 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

TIT. XV

DE MANDATIS PRINCIPUM

1. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA. ad* EUSIGNIUM (10), *Proconsulem Africae* (11).—Si quis asserat, cum mandatis nostris secretis se venisse, omnes sciant, nemini quicquam, nisi quod scriptis probaverit, esse credendum, nec ullius dignitate terreri, sive ille (12) tribuni, sive notarii, sive comitis proferat (13) dignitatem, sed sacras nostras literas esse quaerendas (14).

Dat. XVI. Kal. (15) Iul. (16) Veronae (17). Acc.

TÍTULO XV

DE LOS MANDATOS DE LOS PRÍNCIPES

1. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUSIGNIO, *Procónsul de Africa.*—Si alguien asegurase haber llegado con secretos mandatos nuestros, sepan todos que á nadie ha de creérsele cosa alguna, sino la que probare con documentos, y no se intimiden por la dignidad de nadie, ya ostente la dignidad de tribuno, ya la de notario, ya la de conde, sino que hayan de exigirse nuestras sagradas letras.

Dada en Verona á 16 de las Calendas de Julio.

(1) et, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.*
(2) vicem, *mms. Pl. 2. Gt., ed. Nbg., Hal. en el textò.*
(3) apte, *ed. Nbg., Hal. en el texto.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Cont. 62.;* imperatorum, *ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.;* discurritur, *ed. Schf.*. decurratur, *Hal. y los demás.*
(6) omnes, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg., Hal. Cont. 62.*
(7) soli, *falta en la ed. Nbg., Hal. en el texto.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* his, *Hal. y los demás.*
(9) *En el ms. Pist. se lée:* Recitata septimo mil. urb. const. in novo consistorio palatio iustiniani d. III. k. novb. *Lo mismo Cont. al márgen; véase la l. 22. C. I. 2.*

(10) *Ms. Pist., Russ. Cont. 62. 66. 76. Sp., C. Theod.;* Fusignium, *Cont. 71. Char. Pac. Bk.;* Ysignium, *ms. Vat.;* Eusignium, *mms. Pl. 1. Bg.;* Eusignum, *mms. Cas. Pl. 2.;* Eugenium, *ed. Nbg. Hal.*
(11) *C. Theod., Bk.;* P. P., *nuestros mms. y las demás ed.*
(12) ullius, *ed. Nbg. Hal.*
(13) praeferat, *Cont. 62., C. Theod.;* proferant, *ed. Nbg. Hal.*
(14) credendas, *Char. al márgen;* sacris nostris literis esse credendum, *el C. Theod.*
(15) d. VI. k., *ms. Pist.;* Dat. XV. Kal., *C. Theod., Bk.;* Dat. VIII. Kal., *Russ. al márgen.*
(16) Maii, *Russ. al márgen.*
(17) *C. Theod., Bk.;* Romae, *y otros* Constantinopoli, *Russ. al márgen;* Heracleae, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

prid. Kal. Aug. (1) MEROBAUDE II. et SATURNINO Conss. (2) [383.]

Epitome graec. const. Iustini et Iustiniani (3) ex Bas.

2.—Sancimus, ne quis clarissimorum nostrorum magistratuum maximorum vel mediorum in suis sententiis adscribat, nos divino verbo iussisse, aliquem in ius duci aut exhiberi, aut aliquid diversum iudicatum fuisse ab iis, quae apud ipsos fiunt, nisi quod de iudicum vel assessorum datione recte sententia feratur, quae meminerit, sine scripto processisse nostram divinam iussionem de datione iudicis eiusve assessoris. Similiter clarissimus quaestor divini nostri palatii et spectabiles referendarii pietatis nostrae divinam iussionem nostram sine scripto factam occasione eorum, qui accedunt, et iudicem vel assessorem vel aliud quid eorum, quae ad lites pertinent, petunt, per depositionem manifestam fieri curent. In hoc enim tantum iussionis sine scripto factae mentionem fieri concedimus.

TIT. XVI

DE SENATUSCONSULTIS (4)

1. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS (5) *AAA. ad Senatum* (6). — Quamvis senatusconsultum perpetuam per se obtineat firmitatem, tamen nostris legibus etiam idem prosequimur, adiicientes, ut, si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentaverit, ut transire ei formam liceat statutorum, tertia patrimonii parte mulctetur (7), et damnatus ambitus crimine maneat infamis.

Dat. VII. Kal. Aug. Heracleae, RICHOMERE et CLEARCHO Conss. [384.]

TIT. XVII

DE VETERE IURE ENUCLEANDO, ET DE (8) AUCTORITATE IURIS PRUDENTIUM, QUI IN DIGESTIS REFERUNTUR (9)

1. *Imperator Caesar* FLAVIUS IUSTINIANUS, *pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper Augustus,* TRIBONIANO, *quaestori suo, salutem* (10).

Deo auctore nostrum gubernantes (11) imperium, quod nobis a coelesti maiestate traditum est, et bella feliciter peragimus, et pacem decoramus, et statum reipublicae sustentamus, et ita nostros animos ad Dei omnipotentis erigimus (12) adiuto-

Promulgada á 1 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de MEROBAUDE y el de SATURNINO. [383.]

Epítome de la constitución de Justino y de Justiniano, tomado de las Basílicas

2.—Mandamos, que ninguno de nuestros muy esclarecidos magistrados, ó del órden superior, ó del medio, consigne en sus sentencias, que por divina órden verbal dispusimos que alguno fuere llevado ó presentado á juicio, ó que se haya juzgado cosa diversa de las que ante ellos se ejecutan, sino que rectamente se pronuncie sentencia sobre nombramiento de jueces ó de asesores, la cual deberá hacer mención de que sin mediar escrito se expidió nuestro divino mandato sobre el nombramiento del juez ó de su asesor. Cuiden igualmente el preclaro cuestor de nuestro divino palacio, y los venerables refrendarios de nuestra piedad, de que se manifieste mediante declaración, que el divino mandato nuestro fué hecho sin escrito, con ocasión de los que acuden y nos piden juez ó asesor ó alguna otra cosa de las que son pertinentes á los litigios. Porque únicamente en este caso concedemos que se haga mención de mandato nuestro no hecho por escrito.

TÍTULO XVI

DE LOS SENADOCONSULTOS

1. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO, *y* ARCADIO, *Augustos, al* SENADO. — Aunque los senadoconsultos tengan por sí valor en todo tiempo, queremos no obstante confirmar también esto mismo en nuestras leyes, añadiendo, que si cualquiera hubiere intentado por medio de una súplica especial obtener algun rescripto, para que le sea lícito infringir el tenor de lo mandado, sea multado en la tercera parte de su patrimonio, y, condenado por cohecho, quede siendo infame.

Dada en Heraclea á 7 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de RICOMER y de CLEARCO. [384.]

TÍTULO XVII

DE LA ACLARACIÓN DEL ANTIGUO DERECHO, Y DE LA AUTORIDAD DE LOS JURISCONSULTOS, QUE EN EL DIGESTO SE MENCIONAN

1. *El Emperador César* FLAVIO JUSTINIANO, *pío, feliz, ínclito, vencedor y triunfador, siempre Augusto, á* TRIBONIANO, *su cuestor, salud.*

Gobernando con la protección de Dios creador el imperio que nos fué confiado por la Majestad del Cielo, hemos terminado con felicidad la guerra, glorificado la paz, y sustentado la República, y de tal modo levantamos nuestro espíritu para implo-

(1) *C. Theod., Bk.;* acc. prid. Kal. Aug., *faltan en las demás ed.*
(2) Antonio et Siagrio Conss., *Russ. al márgen.*
(3) *Que esta constitución se ha de atribuir á Justino y á Justiniano, aparece de la Nov. CXXIV. c. 1. pr. El epítome se halla en las Bas., y más abreviado en la citada Nov. Restituido el texto por Cuyacio (Obss. XII. 31.), fué admitido por Char. Cont. 76. Pac. Sp. Bk. En este lugar insertan Cont. 71. Char. toda la Nov. XVII.*
(4) Senatusconsulto, *mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(5) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 2. Bg. Gt., Hal. en el texto, Bk.;* Imp. Val. cc lent. theod. et archad., *ms. Pist.;* Imp. Gracianus Theod. et Valent., *ms. Pl. 1.;* Im. Val. et Theod., *ed. Nbg.;* Imppp. Grat. Valent. et Theod., *Hal., en la nota, Russ y los demás.*
(6) ad Eusignum de senatusconsulto, *ms. Pl. 1.; pero véase la l. 1. Th. C. XV. 9.;* ad Senem, *ed. Nbg.*
(7) mulctatus, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf.*
(8) de, *falta en los mms. Vat. Pl. 1. 2. Gt., ed. Schf.*
(9) leguntur, *ms. Pl. 2.;* constinguntur, *Russ. al márgen;* reperiuntur, *Cont. 62. al márgen;* et ex quibus libris debet sententia recitari, *añade el ms. Bg.*
(10) *Ms. Flor.;* Imp. Iustinianus (A.) Triboniano (Tribun.) (viro) eminentissimo quaestori sacri palatii, *mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., Hal. y los demás;* Imp. Iust. Tribun. magistro quaest. sacr. pal., *ed. Nbg.*
(11) *Ms. Flor.;* gubernante, *mms. y ed. del Cód.*
(12) *Los mms. y ed. del Cód.;* ms. *Flor.,* erigimus.

Digitized by Google

rium (1), ut neque armis confidamus, neque nostris militibus, neque bellorum ducibus, vel nostro ingenio, sed omnem spem ad solam referamus summae providentiam Trinitatis (2), unde et mundi totius elementa processerunt, et eorum (3) dispositio in orbem terrarum producta est.

§ 1.—Quum itaque nihil tam studiosum in omnibus rebus invenitur, quam legum auctoritas, quae et divinas et humanas res bene disponit et omnem iniquitatem expellit, reperimus autem omnem legum tramitem, qui ab urbe Roma (4) condita et Romuleis descendit temporibus, ita esse confusum, ut in (5) infinitum extendatur, et nullius humanae naturae capacitate concludatur, primum nobis fuit studium, a sacratissimis retro principibus initium sumere, et eorum constitutiones emendare, et viae dilucidae tradere, quatenus in unum codicem (6) congregatae, et omni supervacua similitudine et iniquissima (7) discordia absolutae universis hominibus promtum suae sinceritatis (8) praebeant praesidium.

§ 2.—Hocque opere consummato, in (9) uno volumine, nostro nomine praefulgente, coadunato, quum ex paucis et tenuioribus relevati (10) ad summam et plenissimam iuris emendationem pervenire properaremus (11), et omnem Romanam sanctionem et colligere et emendare, et tot (12) auctorum dispersa volumina uno codice (13) indita ostendere (quod nemo (14) neque sperare, neque optare ausus est), res quidem nobis difficillima, immo magis impossibilis videbatur. Sed manibus ad coelum erecti, aeterno (15) auxilio invocato, eam quoque curam nostris reposuimus animis, Deo freti, qui et res penitus desperatas donare et consummare suae (16) virtutis magnitudine potest.

§ 3.—Et ad tuae sinceritatis (17) optimum respeximus ministerium, tibique primo et hoc (18) opus commisimus, ingenii tui documentis ex nostri Codicis ordinatione acceptis, et iussimus, quos probaveris (19), tam ex facundissimis antecessoribus, quam ex viris (20) disertissimis togatis fori amplissimae sedis, ad sociandum laborem eligere. His itaque collectis, et in nostrum palatium introductis, nobisque tuo testimonio placitis, totam rem faciendam permisimus, ita tamen, ut tui vigilantissimi animi gubernatione res omnis celebretur.

§ 4.—Iubemus igitur (21) vobis, antiquorum prudentium, quibus auctoritatem conscribendarum interpretandarumque legum sacratissimi principes praebuerunt, libros ad ius Romanum pertinentes et legere et elimare, ut ex his omnis (22) materia colligatur, nulla, secundum quod possibile (23) est, neque similitudine, neque discordia derelicta,

rar la ayuda de Dios Omnipotente, que no confiamos en las armas, ni en nuestros soldados, ni en los generales, ni en nuestro propio ingenio, sino que ponemos toda nuestra esperanza únicamente en la providencia de la Trinidad Altísima, de donde procedieron los elementos del mundo entero, y nació su disposición en el orbe de la tierra.

§ 1.—Y pues entre todas las cosas no se halla ninguna tan digna de atención como la autoridad de las leyes, la cual dispone acertadamente las cosas divinas y las humanas, y excluye toda iniquidad; como reparásemos que todo el cúmulo de leyes, que trae su origen desde la fundación de Roma y desde los tiempos de Rómulo, era de tal modo confuso, que se extendía á lo infinito, y no era comprensible por humana capacidad, fué nuestro primer cuidado comenzar por la obra de los antepasados sacratísimos príncipes, y enmendar y aclarar sus constituciones, para que, reunidas en un Código y purgadas de toda supérflua analogía y de toda injustísima discordancia, ofrezcan á todos los hombres pronta y eficaz defensa de su sinceridad.

§ 2.—Y concluido este trabajo, reunido todo él en un volúmen, que brilla con nuestro nombre; cuando descargados de las menos numerosas y más leves dificultades nos apresurábamos á llegar á la total y completa enmienda de las leyes, á reunir y corregir todas las romanas, y á presentar recopiladas en un código los dispersos volúmenes de tantos autores, (cosa que nadie se había atrevido ni á esperar ni á desear), nos parecía dificilísima la empresa, y aun más que difícil, imposible. Pero levantadas al cielo las manos, é invocado el auxilio del Eterno, abrigamos de nuevo aquel propósito en nuestro ánimo, confiados en Dios, que puede, por la grandeza de su virtud, dar y consumar hasta las cosas más desesperadas.

§ 3.—Entonces recurrimos á la excelente cooperación de tu sinceridad, y habiendo adquirido pruebas de tu ingenio en la ordenación de nuestro Código, á tí en primer lugar te encomendamos esta obra, y te mandamos que eligieras, para asociarlos á este trabajo, á los que prefirieses, ya entre los más elocuentes profesores de derecho, ya de los más famosos abogados del foro de esta ilustrísima capital. A los cuales, así congregados, y recibidos en nuestro palacio, después de aprobar nosotros tu elección, les autorizamos para realizar la obra, pero de modo que toda se haga bajo tu inteligentísima dirección.

§ 4.—Por tanto, os mandamos que leáis y corrijáis los libros pertenecientes al derecho romano de los antiguos jurisconsultos, á quienes los sacratísimos príncipes autorizaron para redactar é interpretar las leyes, á fin de que de ellos se recoja toda la materia, pero de suerte que no quede en ésta nada semejante ni en discordancia, sino que

(1) adiutoriam, *ms. Flor.*
(2) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.*; ad solam providentiam referamus summae Trinitatis, *Hal. y los demás.*
(3) rerum, *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*
(4) urbe Romana, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf., Vac.*; urbe, *omitiendo* Roma, *mms. Pl. 1. Gt., Hal. Russ. Cont. Char Pac.*
(5) in, *falta en el ms. Flor.*
(6) in uno codice, *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*
(7) nequissima, *ms. Pl. 2., ed. Nbg.*
(8) serenitatis, *ed. Schf. Hal.*
(9) et in, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.*
(10) revelati, *ed. Schf., Vac.*
(11) properamus, *mms. Pl. 1. Bg., Bk.*; properaremur, *ed. Schf.*; properemus, *ed. Nbg., Vac.*
(12) tota, *ms. Flor.*
(13) uni codici, *mms. Pl. 2. Gt., Hal. Russ. Cont. Char. Pac., Vac.*
(14) *Ms. Flor.*; nemo alius, *mms. y ed. del Cód., Vac.*
(15) *Ms. Flor.*; erectis et aeterno, *mms. y ed. del Cód., Vac.*
(16) suae, *falta en Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*
(17) sanctitatis, *ms. Bg.*
(18) primum hoc, *Russ. Cont. Char. Pac.*
(19) probavimus, *Vac.*; probares, *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*
(20) iuris, *ed. Schf. Hal.*
(21) iugetur, *ms. Flor., enmendado* iugitur, ó igitur, *cuya última corrección confirman mms. y ed. del Cód.*
(22) *Ms. Flor., Sp. Bk.*; omnibus, *los demás mms. y ed. del Cód.*
(23) sibile, *ms. Flor., que se enmendó diciendo* scibile ó possibile; *esto último lo comprueban los mms. y ed. del Cód.*

Digitized by Google

sed ex his hoc colligi, quod unum pro omnibus sufficiat (1). Quia autem et alii (2) libros ad ius pertinentes scripserunt, quorum scripturae nullis (3) auctoribus receptae nec usitatae sunt, neque nos eorum volumina nostram inquietare (4) dignamur sanctionem (5).

§ 5.—Quumque haec materia summa nostri numinis (6) liberalitate collecta fuerit, oportet eam pulcherrimo opere exstruere, et quasi proprium et sanctissimum (7) templum iustitiae consecrare, et in libros quinquaginta et certos titulos totum ius (8) digerere (9) tam secundum nostri constitutionem Codicis, quam edicti perpetui imitationem, prout hoc vobis (10) commodius esse patuerit (11), ut nihil extra memoratam consummationem possit esse derelictum, sed his quinquaginta libris totum ius antiquum, per millesimum et quadringentesimum paene annum (12) confusum, et a nobis purgatum, quasi quodam muro vallatum, nihil extra se habeat; omnibus auctoribus iuris aequa dignitate pollentibus, et nemini quadam praerogativa servanda, quia non omnes in omnia, sed certi per certa vel meliores vel deteriores (13) inveniuntur.

§ 6.—Sed neque ex multitudine auctorum, quod melius et aequius est, iudicatote, quum possit unius forsitan (14) et deterioris sententia et multas (15) et maiores in aliqua parte superare. Et ideo ea, quae antea (16) in notis Aemilii Papiniani ex Ulpiano et Paulo, nec non (17) Marciano adscripta sunt, quae antea nullam vim obtinebant (18) propter honorem splendidissimi Papiniani, non statim respuere, sed si quid ex his ad repletionem summi ingenii Papiniani laborum vel interpretationem (19) necessarium esse perspexeritis, et hoc (20) ponere legis vicem obtinens non moremini, ut omnes, qui relati fuerint in hunc codicem (21) prudentissimi viri, habeant auctoritatem, tanquam si eorum studia ex principalibus constitutionibus profecta et a nostro divino fuerint ore profusa. Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis omnis eis impertietur auctoritas; nam qui subtiliter (22) factum emendat, laudabilior est eo, qui primus invenit.

§ 7.—Sed et hoc studiosum vobis esse volumus, ut, si quid in veteribus non bene positum libris inveniatis, vel aliquod superfluum, vel minus perfectum, [supervacua longitudine (23) semota, et quod imperfectum (24)] est repleatis, et omne opus moderatum et quam pulcherrimum ostendatis; hoc etiam nihilominus observando, ut si aliquid in veteribus legibus vel constitutionibus, quas antiqui

de ellos se compile únicamente lo de cada caso que sea aplicable á todos los demás. Pues aunque también otros escribieron libros de derecho, sus doctrinas no han sido admitidas ni profesadas por ningún autor, y nosotros no nos dignamos prestar á sus libros nuestra sanción.

§ 5.—Y pues esta materia vá á ser recogida por suma liberalidad de nuestra divinidad, conviene compilarla con muy exquisito cuidado, consagrarla como propio y sagrado templo de la justicia, y distribuir todo el derecho en cincuenta libros y en determinados títulos, ya según la estructura de nuestro Código, ya á imitación del edicto perpétuo, según esto os pareciere más acomodado, á fin de que nada pueda quedar fuera de la mencionada compilación, sino que todo el derecho antiguo, confuso por espacio de casi mil cuatrocientos años, y por nosotros purgado, como rodeado de un muro en estos cincuenta libros, nada deje fuera de sí; concediendo á todos los tratadistas de derecho igual autoridad, y sin guardar cierta prerogativa á ninguno, porque no todos en todo, sino algunos en ciertas materias, han sido estimados mejores ó peores.

§ 6.—Y no juzgueis por la muchedumbre de autores lo que es mejor y más equitativo, pues á las veces puede la opinión de uno solo, y aun del peor, superar en algún punto á las de los más numerosos y mejores. Y por esto, no debereis rechazar sin exámen lo agregado antes de ahora en las notas de Emilio Papiniano, tomado de Ulpiano y de Paulo, y aun de Marciano, que anteriormente no gozaba de autoridad alguna por la gran consideración que se tenia al muy esclarecido Papiniano, sino que si estimaseis que algo de ello es necesario para el complemento ó para la interpretación de las obras del superior ingenio de Papiniano, no demoreis ponerlo como teniendo fuerza de ley, de suerte que todos los jurisconsultos que en este Código fueren mencionados tengan autoridad, como si sus doctrinas proviniesen de constituciones imperiales y por nuestros divinos labios hubieren sido formuladas. Y con razón hacemos nuestros todos esos escritos, porque por nosotros se les concederá toda su autoridad; pues el que enmienda hábilmente lo hecho, es más digno de alabanza que el que primero lo inventó.

§ 7.—Y también queremos que tengais especial cuidado, para que, si encontrais en los libros antiguos algo no bien colocado, ó supérfluo, ó defectuoso, suprimida toda innecesaria prolijidad, completeis lo imperfecto, y presenteis toda la obra con moderadas proporciones y tan acabada como sea posible; teniendo además muy en cuenta esto, que si hallárais en las antiguas leyes ó constituciones,

(1) sed quod ex his unum pro omnibus sufficiat, *Hal.*
(2) qui autem et alios, *mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg.*; qui autem alios, *ms. Bg.*; quod autem alios, *ms. Gt.*
(3) *Ms. Flor., Cont. 62.*; a nullis, *los demás mms. y ed. del Cód.*
(4) inquinare, *Cont. al márgen.*
(5) nostra inquietare dignamur sanctione, *ms. Pl. 2., Russ. al márgen.*
(6) a summi numinis, *mms. Pl. 1. Bg. Gt., Vac.*; a summi nostri nominis, *ms. Pl. 2.*; a summi nostri numinis, *ed. Schf.*; summi numinis, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(7) sacratissimum, *mms. Pl. 1. Gt. ed. Nbg. Schf.*
(8) ius, *parece añadido después en el ms. Flor.*
(9) dirigere, *ms. Pl. 1., Russ. al márgen.*
(10) nobis, *ed. Schf. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char.*
(11) potuerit, *Russ. Cont. Char. Pac.*; apparuerit, *ed. Nbg.*
(12) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2.. ed. Schf. Cont. 62., y casi lo mismo en los mms. Bg. Gt., Nbg.*: per mille et quadringentos paene (fere) annos, *Hal. Russ. Cont. 66. y los demás.*
(13) doctiores, *Vac.*
(14) cum possit an, *ms. Flor. contra la autoridad de todos los mms. y ed. del Cód.*
(15) *Ms. Flor., Sp.*; multos, *los demás mms. y ed. del Cód.*
(16) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Sp.*; antea, *falta en Hal. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.*
(17) *Los mms. Flor. Pl. 2. Bg., Cont. 62. Sp. Bk.*; et, *añaden los mms. Pl. 1. Gt. y las demás ed.*
(18) partim, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(19) interpretationum, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.*
(20) hic, *ed. Nbg.*
(21) in hoc codice, *ms. Pl. 2., ed. Nbg. Hal.*
(22) *Ms. Flor., ed. Schf. Russ. Cont. Char. Pac. Bk.*; qui non subtiliter, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. Sp., Vac., var. l. gl.*; qui non insubtiliter, *var. l. gl.*
(23) similitudine, *mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf.*; multitudine, *ms. Pl. 2.*; longitudine, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(24) *Las palabras encerradas en el paréntesis faltan en el ms. Flor.; y con razón se duda si son genuinas.*

Digitized by Google

in suis libris imposuerunt (1), non recte scriptum inveniatis, et hoc reformetis, et ordini moderato tradatis, ut hoc videatur esse verum et optimum et quasi ab initio scriptum, quod a vobis electum et ibi positum fuerit, et nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Quum enim lege antiqua, quae regia nuncupabatur, omne ius omnisque potestas populi Romani in imperatoriam translata sunt potestatem, nos vero sanctionem omnem non dividimus (2) in alias et alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus, quid (3) possit antiquitas nostris legibus abrogare? Et in tantam volumus eadem omnia, quum reposita sunt, obtinere, ut, etsi (4) aliter fuerant (5) apud veteres conscripta, in contrarium autem in positione (6) inveniantur, nullum crimen (7) scripturae imputetur (8), sed nostrae electioni hoc adscribatur.

§ 8.—Nulla itaque in omnibus praedicti codicis membris antinomia (sic enim a vetustate graeco vocabulo nuncupatur) aliquem sibi vindicet locum, sed sit una concordia, una consequentia, adversario nemine constituto.

§ 9.—Sed et similitudinem, secundum quod dictum est, ab huiusmodi consummatione volumus exsulare, et ea, quae sacratissimis constitutionibus, quas in Codicem nostrum redegimus, cauta sunt, iterum poni ex vetere iure non concedimus, quum divalium constitutionum sanctio sufficit (9) ad eorum auctoritatem, nisi forte vel propter divisionem, vel propter epletionem (10), vel propter pleniorem indaginem hoc contigerit, et hoc tamen perraro, ne ex continuatione huiusmodi lapsus oriatur aliquid in tali prato spinosum.

§ 10.—Sed et si quae leges in veteribus libris positae iam in desuetudinem (11) abierunt, nullo modo vobis easdem ponere permittimus, quum haec tantummodo obtinere volumus (12), quae vel iudiciorum frequentissimus ordo exercuit, vel longa consuetudo huius almae urbis comprobavit, secundum Salvii Iuliani scripturam, quae indicat (13), debere omnes civitates consuetudinem Romae sequi (14), quae caput est orbis terrarum, non ipsam alias civitates. Romam autem intelligendum est (15) non solum veterem, sed etiam regiam nostram, quae Deo propitio cum melioribus condita est auguriis.

§ 11.—Ideo (16) iubemus, duobus istis codicibus omnia gubernari, uno constitutionum, altero iuris enucleati et in futurum codicem compositi (17),

que los antiguos insertaron en sus obras, algo no bien copiado, también lo reformeis y presenteis en debida forma, de suerte que parezca que es lo verdadero y lo preferible, y como lo escrito originariamente, lo elegido y puesto allí por vosotros, y nadie se atreva á tachar de incorrecta su lectura, comparándola con la del antiguo texto. Pues si por la antigua ley, que se llamaba Régia, todo el derecho y toda la potestad del pueblo romano fueron transferidos al poder imperial, y nosotros no dividimos toda la sanción entre unas y otras obras de los escritores de derecho, sino que queremos que toda entera sea nuestra, ¿qué podría la antigüedad abrogar en nuestras leyes? Y en tanto queremos que todos estos textos, una vez restablecidos, tengan fuerza de ley, que si, aun cuando hubieran sido transcritos de diferente manera en los autores antiguos, aparecieren, sin embargo, con sentido contrario en su inserción, no se impute ninguna falta á lo escrito, sino que esto se atribuya á elección nuestra.

§ 8.—Así, pues, no encuentre para sí cabida en ninguna de las partes del mencionado Código ninguna antinomia (que así, con una voz griega, se decía por los antiguos), sino que haya en todas una sola concordancia y una consecuencia, no quedando nadie en desacuerdo.

§ 9.—Mas también queremos, segun se ha dicho, desterrar de tal compilación toda analogía, y no permitimos que de nuevo se incluyan del antiguo derecho las decisiones contenidas en las sacratísimas constituciones que en nuestro Código recopilamos, pues la sanción de las constituciones imperiales basta para su autoridad, á no ser que acaso esto fuese necesario, ya para la división, ya para su complemento, ó ya para la mejor investigación de su sentido, y ello, sin embargo, muy raras veces, para que de la repetición de este defecto no nazca algo espinoso en el prado de vuestra obra.

§ 10.—Y en manera ninguna os permitimos, que, si algunas leyes contenidas en los antiguos libros cayeron ya en desuso, las pongais, pues queremos que obtengan fuerza de tales tan solo aquellas que ó el uso frecuentísimo en los juicios mantuvo en vigor, ó antigua costumbre de esta excelsa ciudad confirmó, conforme á la opinión de Salvio Juliano, la cual indica que todas las ciudades deben seguir la costumbre de Roma, que es cabeza del orbe de la tierra, y no ella la de las otras ciudades. Mas por Roma ha de entenderse, no solamente la antigua, sino también nuestra corte, la cual, mediante la protección de Dios, ha sido fundada con mejores auspicios.

§ 11.—Por tanto, mandamos, que todo se rija por estos dos códigos: uno, el de las constituciones, otro, el del derecho corregido y compilado en el futuro

(1) insuerunt, *ms. Flor., corregido,* insuerunt ó imposuerunt; *esto último dicen Sp. Bk.:* posuerunt, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Russ. Cont. Char. Pac.;* posuerint, *Hal.*

(2) *Ms. Flor., Sp. Bk.;* divisimus, *los demás mms. y ed. del Cód.*

(3) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2., Sp. Bk.;* ne quid, *ms. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. y las demás,* ut nil, *ms. Gt.*

(4) *Ms. Flor., Cont. 62.;* ut si, *los demás mms. y ed. del Cód.*

(5) *Los mms. Flor. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf;* fuerint, *ms. Pl. 1., Hal. y los demás.*

(6) in compositione, *mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Schf.;* in compositionem, *ms. Bg.;* in compositione nostra, *Hal. y los demás excepto Sp. y Bk.*

(7) non, *por* nullum crimen, *Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

(8) imputetur, *falta en Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

(9) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.;* sufficiat' *Hal. y los demás.*

(10) *Los mms. y ed. del Cód.:* propter lectionem, *ms. Flor.*

(11) per desuetudinem, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(12) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* velimus, *Hal. y los demás.*

(13) iudicat, *ms. Bg., ed. Nbg.*

(14) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2., Hal. Cont. 62. Bk.:* et legem, *añaden el ms. Bg. y la ed. Nbg.;* et leges, *ed. Schf. Russ. y los demás;* τὴ συνεξεία τῆς Ῥώμης ἀκολουθεῖν, *Bas.*

(15) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.;* intelligimus, *Russ. Cont. 66. y las demás;* νοητέον, *Bas.*

(16) *Ms. Flor., Hal. Sp. Bk.;* Idecque, *los demás mms. y ed. del Cód.*

(17) componendo, *ms. Pl. 1.;* componendi, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

Digitized by Google

vel si quid aliud a nobis fuerit promulgatum institutionum vicem obtinens, ut rudis animus studiosi (1), simplicibus (2) enutritus, facilius ad altioris prudentiae redigatur scientiam.

§ 12.—Nostram autem consummationem, quae a vobis (3) Deo annuente componetur, Digestorum vel Pandectarum nomen habere sancimus, nullis iuris peritis in posterum audentibus commentarios illi applicare, et verbositate sua supradicti codicis compendium confundere, quemadmodum in antiquioribus temporibus factum est, quum per contrarias interpretantium sententias totum ius paene conturbatum est; sed sufficiat, per indices tantummodo et (4) titulorum subtilitatem, quae παράτιτλα (5) nuncupantur (6), quaedam admonitoria eius (7) facere, nullo ex interpretatione eorum vitio oriundo.

§ 13.—Ne autem per scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio, iubemus, non per siglorum (8) captiones et compendiosa aenigmata, quae multas per se et per suum vitium antinomias induxerunt, eiusdem codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur, aut aliud quidquam; nec etenim haec (9) per specialia sigla (10) numerorum manifestari, sed per literarum consequentiam explanari concedimus.

§ 14.—Haec igitur omnia Deo placido facere tua prudentia una cum aliis facundissimis viris studeat, et tam subtili quam (11) celerrimo fini tradere, ut codex consummatus et in quinquaginta libros digestus nobis offeratur in maximam et aeternam rei memoriam, Deique omnipotentis prudentiae argumentum (12), nostrique (13) imperii vestrique ministerii gloriam.

Data octavo decimo Kalendas Ianuarias (14), LAMPADIO et ORESTE viris clarissimis Conss. [530.] (15)

2. *Imperator Caesar* FLAVIUS IUSTINIANUS, *Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator, semper* (16) *Augustus, ad* SENATUM *et* OMNES POPULOS.

Tanta circa nos divinae humanitatis est providentia, ut semper aeternis (17) liberalitatibus nos sustentare dignetur. Post bella enim Parthica aeterna pace sopita, postque Vandalicam gentem creptam, et Carthaginem, immo magis omnem Libyam Romano imperio iterum sociatam, et leges antiquas iam senio praegravatas per nostram vigilantiam praebuit in novam (18) pulchritudinem et moderatum pervenire compendium; quod nemo ante nostrum imperium unquam speravit, neque humano ingenio possibile esse penitus existimavit. Erat enim mirabile, Romanam sanctionem ab urbe condita usque ad nostri imperii tempora, quae

(1) studiose, *Bk.*
(2) simpliciter, *Hal.*
(3) *Los mms. Pl. 2. Gt. ed. Nbg. Bk.;* quae vobis, *ms. Flor.*; quae a nobis, *mms. Pl. 1. Bg., ed. Schf. Hal. y las demás.*
(4) et, *falta en el ms. Flor.*
(5) paraticia, *mms. Pl. 1. 2. y casi lo mismo Bg., ed. Schf.*; παρατιθηκα, *ed. Nbg.*
(6) quae παρατ. nuncupantur, *faltan en el ms. Flor.*
(7) eis, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.*; ei se, *ms. Gt.*
(8) *Cont. 62. al márgen, Bk.*; singlorum, *ms. Flor.* simplorum, *Sp.*; signorum, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. y las demás.*
(9) haec, *falta en el ms. Flor.*
(10) *Ms. Flor.*; signa, *los mms. y ed. del Cód.*

Código, salvo si alguna otra cosa se promulgare por nosotros en forma de instituciones, para que la inteligencia del estudiante inculto, preparada con sencillas nociones, llegue más fácilmente al conocimiento de la superior ciencia del derecho.

§ 12.—Mas esta nuestra recopilación, que con la voluntad de Dios se compondrá por vosotros, mandamos que lleve el nombre de Digesto ó de Pandectas, sin que en lo sucesivo se atreva ningún jurisconsulto á aplicarle comentarios, ni á introducir confusión con su vana palabrería en el compendio del mencionado Código, como se hizo en los antiguos tiempos, cuando por las contrarias opiniones de los intérpretes se perturbó casi todo el derecho; sino que baste, tan solo á manera de índices y para explicación de los títulos, hacer ciertas observaciones que se llaman *paratitlos*, con tal que de la interpretación de ellos no se origine vicio alguno.

§ 13.—Mas para que no surja en lo futuro duda alguna por causa de la escritura, mandamos que ni con artificios de abreviaturas, ni con signos compendiosos, que por sí y por sus defectos introdujeron muchas antinomias, se escriba el texto de este Código, aun cuando se signifique la numeración de los títulos, ú otra cosa cualquiera; pues ni aun estas se han de expresar con las especiales cifras de los números, sino que mandamos se explanen empleando letras.

§ 14.—Todo lo cual procure, con el favor de Dios, hacerlo tu sabiduría, junto con los demás elocuentísimos varones, y llevarlo tanto á feliz como á pronto término, á fin de que nos deis concluido y distribuido en cincuenta libros este Código, para altísima y eterna memoria de la empresa, testimonio de la sabiduría de Dios Omnipotente, y gloria de nuestro imperio y de vuestro cometido.

Dada á 18 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los muy esclarecidos varones LAMPADIO y ORESTES. [530.]

2. *El Emperador César* FLAVIO JUSTINIANO, *Alamánico, Gótico, Fráncico, Germánico, Antico, Alánico, Vandálico, Africano, pío, feliz, ínclito, vencedor y triunfador, siempre Augusto, al* SENADO *y á* TODOS LOS PUEBLOS.

Tanta es para Nos la protección de la bondad divina, que constantemente se digna sostenernos con sus eternas liberalidades. Después de terminada con una paz duradera la guerra con los Partos, y después de sojuzgados los Vándalos, y de haber asociado de nuevo al imperio Romano así Cartago, como toda la Libia, nos concedió además que por nuestra diligencia llegaran á estar reunidas con nueva pureza y en un moderado compendio las antiguas leyes, ya abrumadas por su vejez; cosa que antes de nuestro imperio nadie esperó jamás, ni creyó en manera alguna que fuese posible para el humano ingenio. Era, en efecto, admirable, partien-

(11) quamquam, *ms. Flor.*
(12) providentiam et argumentum, *mms. Pl. 1. Bg.*; providentiam et augmentum, *ms. Pl. 2.*; providentiam augmentum, *ed. Nbg.*; providentia augmentum, *ms. Gt.*; providentiae argumentum, *ed. Schf. Hal. y los demás, excepto Sp.*
(13) nostri, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg.*
(14) Kal. Ianuariis, *ms. Flor., Sp.*; D. XIIII. Kal. Ianuar. Constantinop., *Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*; D. XVIII. Kal. Ian. Constantinop., *Cont. 62.*
(15) Lege feliciter, *añade el ms. Flor.*; Feliciter, *añaden Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.*
(16) *Ms. Flor.*; Alamannicus semper, *faltan en los mms. y ed. del Cód.*
(17) semper extra ius, *Vac.*
(18) navam, *ms. Flor.*

Digitized by Google

paene in mille et quadringentos (1) annos concurrunt, intestinis praeliis vacillantem, hocque et in imperiales constitutiones extendentem, in unam reducere consonantiam, ut nihil neque contrarium, neque idem, neque simile in ea inveniatur, et ne geminae leges pro rebus singulis positae usquam appareant. Namque hoc coelestis quidem providentiae peculiare fuit, humanae vero imbecillitati nullo modo possibile. Nos itaque more solito ad immortalitatis respeximus praesidium, et summo numine invocato Deum auctorem et totius operis praesulem fieri optavimus, et omne studium Triboniano, viro excelso, magistro officiorum et (2) exquaestore sacri nostri palatii et exconsule, credidimus, eique omne ministerium huiuscemodi ordinationis imposuimus, ut ipse una cum aliis illustribus et prudentissimis viris (3) nostrum desiderium adimpleret. Nostra quoque maiestas semper investigando et perscrutando ea, quae ab his componebantur, quicquid dubium et incertum inveniebatur, cum numine coelesti recte (4) emendabat, et in competentem formam redigebat.

§ 1.—Omnia igitur confecta sunt, domino et Deo nostro Iesu Christo possibilitatem tam nobis quam nostris in hoc satellitibus praestante. Et principales quidem constitutiones duodecim libris digestas iam ante in Codicem nostro nomine praefulgentem contulimus. Postea vero maximum opus aggredientes ipsa vetustatis studiosissima opera, iam paene confusa et dissoluta, eidem viro excelso permisimus tam colligere, quam certo moderamini (5) tradere. Sed quum omnia percontabamur, a praefato viro excelso suggestum est (6), duo paene millia librorum esse conscripta, et plus quam trecenties decem millia (7) versuum a veteribus effusa, quae necesse esset omnia et legere et perscrutari, et ex his, si quid optimum fuisset (8), eligere. Quod coelesti fulgore et summae Trinitatis favore confectum est secundum nostra mandata, quae ab initio ad memoratum virum excelsum fecimus, et in quinquaginta libros omne, quod utilissimum erat, collectum est, et omnes ambiguitates decisae (9), nullo seditioso relicto, nomenque libris imposuimus Digestorum seu Pandectarum, quia (10) omnes disputationes et decisiones in se habent (11) legitimas, et quod undique fuit collectum, hoc in sinus suos (12) receperunt, in centum quinquaginta paene millia versuum totum opus consummantes, et in septem partes eos digessimus, non perperam neque sine ratione, sed in numerorum naturam et artem respicientes, et consentaneam eis divisionem partium conficientes.

§ 2.—Igitur prima quidem pars totius contextus,

do de la fundación de Roma hasta los días de nuestro imperio, período que llega casi á mil y cuatrocientos años, reducir á una sola concordancia la legislación romana, vacilante por su interna contradicción, que aún alcanza á las constituciones imperiales, de suerte que nada se encuentre en ella ni contradictorio, ni igual, ni semejante, y que en ninguna de sus partes aparezcan consignadas dos leyes para cada cosa. Porque esto ciertamente estaba reservado á la celestial providencia, y en manera ninguna era posible á la incapacidad humana. Nosotros, por lo mismo, siguiendo nuestra costumbre, acudimos al auxilio de la inmortalidad, é invocada la suprema divinidad, optamos por que Dios fuera el autor y presidiera á toda la obra, y confiamos todo su estudio á Triboniano, varón excelso, maestro de los oficios, excuestor de nuestro sacro palacio y excónsul, y le encargamos todo el trabajo de tal ordenación, para que en unión de otros ilustres y sapientísimos varones cumpliese él nuestro deseo. Y también nuestra majestad, investigando y escudriñando siempre lo que por ellos se componía, enmendaba acertadamente con el auxilio de la celestial divinidad, y en forma conveniente redactaba, lo que se encontraba dudoso é incierto.

§ 1.—Todo, pues, se ha hecho, dándonos nuestro Señor y Dios Jesucristo, así á nosotros como á nuestros auxiliares, la posibilidad necesaria. Ya antes de ahora reunimos en un Código, que brilla con nuestro nombre, las Constituciones imperiales ordenadas en doce libros. Mas, después, acometiendo la empresa máxima, autorizamos al mismo excelso varón tanto para recopilar como para reducir á cierto órden las laboriosísimas obras de la antigüedad, ya casi en confusión y desconcierto. Pero cuando todo lo inquiríamos, se nos hizo saber por el susodicho varón excelso, que por los antiguos se habían escrito casi dos mil libros y producido más de tres millones de párrafos, todo lo que era necesario leerlo y escudriñarlo para elegir de entre ello lo que fuese mejor. Lo cual se hizo con la inspiración del cielo y el favor de la Trinidad Suprema conforme á nuestras instrucciones, que desde el principio dimos al mencionado varón excelso, y se coleccionó en cincuenta libros todo lo que más útil era, quedando aclaradas todas las ambigüedades, y no dejando nada controvertible, á cuyos libros pusimos el nombre de Digesto ó Pandectas, porque contienen en sí todas las discusiones y decisiones legales, y lo que de todas partes fué recogido lo recibieron en sus páginas, comprendiendo toda la obra en casi ciento cincuenta mil párrafos, y á estos los dividimos en siete partes, no inadvertidamente y sin razón, sino atendiendo á la naturaleza y combinación de los números, y haciendo una división de partes conforme con ellas.

§ 2.—En su consecuencia, la primera parte de

(1) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Cont. 62. Sp. Bk.;* trecentos, *Hal. y otros;* χίλια καὶ τετρακόσια, *la const.* Διόδωκεν; *véase la l. 1. §. 5. de este título.*

(2) et, *falta en Hal. Russ. Cont. Char. Pac.;* καὶ ἀπὸ κοιαιστώρων, *la const.* Διόδωκεν.

(3) *Los mms. y otras ed. del Cód., excepto la ed. Nbg., en la que se lée* aliis illustribus viris, *omitiendo* et prudentissimis; aliis viris illustribus et prudentissimis IURIS (*esto es,* iuris), *ms. Flor.; pero* ἄλλοις ἐνδόξοις τε καὶ σοφοῖς ἀνδράσιν, *la const.* Διόδωκεν.

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. (traspuestas las palabras* coelesti numine), *Russ. Cont. 66. 71. 76. Char Pac Bk.;* hoc nomine caelesti erecta, *ms. Flor.;* cum numine coelesti erecta, *Cont. 62.;* hoc numine coelesti erecta, *Sp.*

(5) moderamine, *ms. Flor., Sp.*

(6) et, *ms. Flor.;* et (est). *Cont. 62.*

(7) *Ms. Flor., Sp.;* tricies centena, *Hal.;* tricies centena millia, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás, Vac.;* μυριάδων τριακοσίων, *la const.* Διόδωκεν.

(8) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.:* si quid optimum esset, *Cont. 62., Vac.;* si quid optimum sit, *Sp.;* quod optimum fuisset, *Hal.;* quod optimum esset, *Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.;* quod optimum sit, *Bk.*

(9) dicisae, *ms. Flor.;* sunt, *añaden las ed. Nbg. Russ. Cont. Char. Pac.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62. Bk.;* qui, *ms. Flor;* quod, *Russ. Cont. 66. y las demás.*

(11) habeant, *las ed. Nbg. Russ. Cont. Pac. Sp.*

(12) suos, *falta en el ms. Flor.*

Digitized by Google

quae graeco vocabulo πρῶτα (1) nuncupatur, in quatuor libros seposita est.

§ 3.—Secundus autem articulus septem libros habet, qui de iudiciis appellantur (2).

§ 4.—In tertia vero congregatione omnia, quae de rebus nominantur, contulimus, octo libris eis (3) deputatis.

§ 5.—Quartus autem locus, qui et totius compositionis quasi quidam invenitur umbilicus (4), octo libros suscepit, in quibus (5) omnia, quae ad hypothecam pertinent, reposita sunt, ut non a (6) pignoratitia actione, in libris de rebus posita, multum distarent. Alio libro, eodem inserto volumine (7), qui aedilicium edictum, et redhibitoriam actionem, et duplae stipulationem, quae de evictionibus proposita (8) est, continet, quia haec omnia titulis emtionum et venditionum consentanea sunt, et praedictae actiones quasi pedisequae illarum ab initio processerunt, in vetustioris quidem edicti ordinatione in loca devia et multo distantia devagantes, per nostram autem providentiam his congregatae, quum (9) oportuerat ea, quae de eodem paene loquuntur, in confinio ponere. Alius itaque (10) liber post duo primos nobis excogitatus est de usuris et traiectitiis pecuniis, et de instrumentis, et testibus, et probationibus (11), nec non praesumtionibus; et memorati tres singulares libri iuxta compositionem de rebus positi sunt. Post hos si qua de sponsalibus, vel nuptiis, vel dotibus legibus (12) dicta sunt, reposuimus, tribus librorum voluminibus ea concludentes. De tutelis autem et curationibus geminos libros conscripsimus. Et memoratam ordinationem octo librorum mediam totius operis reposuimus, omnia undique tam utilissima quam pulcherrima iura continentem.

§ 6.—Quintus autem exoritur nobis Digestorum articulus, in quem (13) de testamentis et codicillis tam privatorum quam militum omne, quidquid antiquis dictum (14), inveniat quis repositum, qui de testamentis appellatur. De legatis autem et fideicommissis quinque librorum numerus aggregatus est. Quumque nihil tam peculiare fuerat, quam ut (15) legatis quidem legis Falcidiae narratio (16), fideicommissis autem (17) senatusconsulti Trebelliani, singulis libris utrisque eorum applicatis, tota pars quinta in novem libros coadunata est. Solum autem senatusconsultum Trebellianum ponendum esse existimavimus; captiosas etenim et ipsis veteribus odiosas Pegasiani senatusconsulti ambages, et utriusque senatusconsulti ad se (18) tam supervacuas quam scrupulosas diversitates respuentes, totum ius super his positum Trebelliano senatusconsulto adiudicavimus. Sed in his nihil de cadu-

todo el contexto, que con voz griega se llama πρῶτα [preliminares], fue dividida en cuatro libros.

§ 3.—El segundo apartado tiene siete libros, que se llaman *de los juicios*.

§ 4.—En la tercera agrupación hemos recopilado todo lo que se designa con el título *de las cosas*, destinándole ocho libros

§ 5.—El cuarto lugar, que es considerado así como el centro de toda la compilación, ha requerido ocho libros, en los que se ha puesto todo lo que pertenece á la hipoteca, para que no diste mucho de la acción pignoraticia, colocada en los libros *de las cosas*. En otro libro, inserto en el mismo volúmen, que contiene el edicto de los ediles, y la acción redhibitoria y la estipulación del duplo que se estableció para las evicciones, porque todo esto es congruente con los títulos de las compras y de las ventas, también las susodichas acciones han aparecido como secuelas de ellas desde un principio, errantes á la verdad en la composición del antiguo edicto en pasajes extraviados y muy distantes, mas por disposición nuestra colocadas junto á aquellas, pues pareció conveniente poner entre sí cercano todo lo que trata casi de lo mismo. Y así, el otro libro que sigue á los dos primeros fué designado por nosotros para las usuras y los préstamos sobre naves, para los instrumentos, testigos, pruebas y presunciones; y estos tres mencionados libros especiales se hallan colocados junto al tratado de las cosas. Después de ellos pusimos cuanto en las leyes se refiere á esponsales, nupcias y dotes, encerrándolo en tres volúmenes de los libros. Mas sobre las tutelas y curatelas escribimos dos libros. Y colocamos en la parte media de toda la obra esta mencionada compilación de ocho libros, que contiene todas las más útiles y excelentes disposiciones de derecho de todas partes recogidas.

§ 6.—Aparécenos luego la quinta división del Digesto, que se titula de los testamentos, en la cual encuentra uno colocado todo lo que por los antiguos se resolvió sobre testamentos y codicilos, así de particulares como de militares. Mas á ellos es agregaron cinco libros sobre los legados y fideicomisos. Y como nada era tan propio como la exposición de la ley Falcidia tratándose de los legados, y la del senadoconsulto Trebeliano al hablar de los fideicomisos, después de haber destinado á cada una de estas cosas un libro, toda esta parte quinta quedó compuesta de nueve. Pero consideramos que sólo debía ponerse el senadoconsulto Trebeliano; así, pues, desechando las ambigüedades capciosas y aún para los antiguos odiosas del senadoconsulto Pegasiano, y las diversidades tan supérfluas como nimias de ambos senadoconsultos, adjudicamos todo el derecho establecido sobre estas materias al

(1) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. ed. Nbg. Cont. 62. Sp. Bk.*; quae graeco vocabulo τὰ πρῶτα, *Hal*; quae graece τὰ πρῶτα, *Russ. Cont. 66. y los demás*; quae graece.... *omitiendo* πρῶτα, *ed. Schf.*

(2) appellatur, *ms. Gt., ed. Schf. Hal. y los demás, excepto Sp.*

(3) *Los mms. Flor. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Schf. Sp.*; ei, *mms. Pl. 2. Gt., Hal. y los demás.*

(4) quoddam invenitur umbilicum, *ms Flor., Sp.*

(5) iu quorum primo, *Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Bk.*; ἐν οἷς ἐστὶ μὲν ἡ ὑποθηκάρια, *la const. Δέδωκεν.*

(6) ut non, *omitiendo* a, *ms. Flor.*; non ut a, *ms. Pl. 1.*

(7) *Ms. Flor., Sp. Bk*; in eodem inserto volumine, *ms. Bg.*; eidem inserto volumine, *ed. Schf.*; eidem inserto voluminl, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed Schf. Hal. y los demás.*

(8) quae evictionibus adposita est, *Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*

(9) congregare eum, *ed. Nbg.*

(10) *Los mms. Flor. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; denique, *Hal. y los demás*

(11) seu probationibus, *Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*; καὶ ἀποδείξεων, *la const. Δέδωκεν.*

(12) vel dotibus vel legibus *ed Schf.*; de dotibus et legibus earum, *Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac*; τὰ περὶ μνηστρῶν—καὶ προικὸς νενομοτεθημένα, *la const. Δέδωκεν.*

(13) in quo, *mms. Pl 1. Bg Gt., ed Nbg. Schf. Russ. Cont. Char. Pac.*

(14) *Ms. Flor., Sp. Bk.*; antiquis dictum est, *Cont. 62.*; antiquitus dictum est, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. y las demás*

(15) *Los mms. Flor. Pl. 1 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Cont. 62. Sp.*: ut, *falta en Hal y en los demás.*

(16) aggregetur, *añade el ms. Bg. según reciente enmienda.*

(17) quam, *insertan Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*

(18) inter se, *Hal. Russ. Cont Char. Pac.*

Digitized by Google

cis a nobis memoratum est, ne causa, quae in rebus non prospere gestis et tristibus (1) temporibus Romanis increbruit (2) calamitatibus, bello coalescens civili, nostris maneat (3) temporibus, quae favor coelestis et pacis vigore (4) firmavit, et omnes gentes in bellicis periculis superposuit (5), ne luctuosum monumentum laeta secula inumbrare concedatur.

§ 7.—Sexta deinde pars Digestorum exoritur, in quibus (6) omnes bonorum possessiones positae sunt, quae ad ingenuos, quae (7) ad libertinos respiciunt, ut et ius omne, quod de gradibus et affinitatibus descendit, legitimaeque hereditates (8), et omnis ab intestato successio; et Tertullianum et Orphitianum senatusconsultum, ex quibus mater et filii invicem sibi heredes existunt, in geminos libros contulimus, bonorum possessionis (9) multitudinem in compendiosum et manifestissimum ordinem concludentes. Post haec ea, quae de operis novi nuntiationibus, damnique infecti, et pro aedificiis dirutis, et eorum insidiis, et quae de aqua pluvia (10) arcenda veteribus auctoribus placita sunt, nec non de publicanis, et donationibus, tam inter vivos quam mortis causa conficiendis, cauta legibus invenimus, in librum singularem deduximus. De manumissionibus autem et de liberali causa alius liber respondit; quemadmodum et de adquisitione tam dominii quam possessionis, et titulis, qui eam inducunt, multae et variae lectiones (11) uni sunt insertae volumini, alio libro deputato his, qui iudicati vel in iure confessi sunt, et de bonorum detentionibus et venditionibus, et ut ne quid in fraudem creditorum fiat. Postque haec omnia interdicta glomerata sunt et deinceps exceptiones; et de (12) temporum prolixitatibus (13), et de obligationibus et actionibus liber iterum singularis extenditur (14), ut praefata sexta pars totius Digestorum voluminis octo libris definiatur.

§ 8.—Septimus autem et novissimus articulus Digestorum sex libris formatus est, quo (15) de stipulationibus seu verborum obligationibus (16), et fideiussoribus, et mandatoribus, nec non novationibus, et solutionibus, et acceptilationibus, et de praetoriis stipulationibus omne, quod (17) ius invenitur, gemino volumine inscriptum est (18), quod in libris antiquis nec numerari possibile fuit. Et post hoc duo terribiles libris positi (19) sunt pro delictis (20) privatis et extraordinariis, nec non

(1) tristis, *ms. Flor.*
(2) incubuit, *ms. Bg* ; increpuit, *ed. Nbg.*: increvit, *ms. Gt.*
(3) *Ms. Flor., Cont. 62.*; in nostris remanet, *ed. Nbg.*; in nostris remaneat, *otros mms. y ed. del Cód.*
(4) *Ms. Flor.*; vigor, *mms. y ed. del Cód.*; κα\ οὗς ὁ Θεὸς εἰρήνην — δόδωκεν ἡμῖν ἀγαθὸν, *la const.* Δέδωκεν.
(5) *Ms. Flor.*; et super omnes gentes in bellicis victoriis posuit, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; et super omnes gentes in bellicis victori periculis superposuit, *Sp.*; et super—bellicis periculis superposuit, *Bk.*
(6) *Los mms. Flor. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; in qua, *ms. Pl. 2.. Hal. y los demás.*
(7) quae tam ad ingenuos quam, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*
(8) hereditatis, *mms. Pl. 1 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ., contra la const.* Δέδωκεν, § 7.
(9) *Los mms Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*; possessionus, *ms. Flor.*; possessionum, *Sp. Bk.*
(10) pluviali, *mms Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*

senadoconsulto Trebeliano. Mas en estos libros no se ha hecho por nosotros mención de nada sobre las caducidades, á fin de que la causa de estas, que se hizo frecuente durante las calamidades romanas en medio de los desastres y en los malos tiempos, arraigando con la guerra civil, no subsista en nuestros dias, que el favor del cielo afirmó con el vigor de la paz y sustituyó para todas las gentes á los peligros de la guerra, y á fin de que no se permita que aquel luctuoso monumento oscurezca con sus sombras las edades alegres.

(7) *Hal. y los demás excepto Bk. insertan* Crebro. *En los mms. Pist. y Paris. se lée* SD. id.. oct crevi, *que parece ha de entenderse* treviris.

Digitized by Google

31. *Iidem AA. et CC.* PROCULO.—Si de certa re pacto transactionis interposito hoc comprehensum erat, nihil amplius peti, etsi non additum fuerat, eo nomine, de ceteris tamen quaestionibus integra permaneat actio.

PP. IV. Id. Octob. Byzantii, Caess. Conss. (1) [294—305.]

32. *Iidem AA. et CC.* CYRILLO.—Si causa cognita prolata sententia, sicut iure traditum est, appellationis vel in integrum restitutionis solemnitate suspensa non est, super iudicato frustra transigi, non est opinionis incertae. Proinde si non Aquiliana stipulatione et acceptilatione subsecuta competentem tibi actionem peremisti, praeses provinciae usitato more legum rebus pridem iudicatis effectum adhibere curabit.

S. VIII. Kal. Novemb. Caess. Conss. (2) [294—305.]

33. [34.] *Iidem AA. et CC.* CYRILLO (3) *et* PTOLOMAIDI.—Quum donationis seu transactionis causa administratae tutelae debiti scientes vos obligationem fratri vestro remisisse proponatis, nec unquam volenti (4) dolus inferatur, frustra de dolo querimini, nec ad implendum promissum hereditatis propriae pollicitatione quisquam adstringitur.

PP. VI. Id. Novemb. Caess. Conss. [294—305.]

34. [33.] *Iidem AA. et CC.* EUCHRUSIO.—Si pro fundo, quem petebas, praedium certis finibus liberum dari transactionis causa placuit, nec eo tempore minor annis viginti quinque fuisti, licet hoc praedium obligatum post vel alienum pro parte fuerit probatum, instaurari decisam litem prohibent iura. Ex stipulatione sane, si placita servari secuta est, vel, si non intercesserit, praescriptis verbis actione civili subdita apud rectorem provinciae agere potes. Si tamen res ipsas apud te constitutas, ob quarum quaestionem litis intercessit decisio, fiscus vel alius a te vindicavit, nihil petere potes.

S. V. Id. Novemb. Melantiade, Caess. Conss. [294—305.]

35. *Iidem AA. et CC.* HAMMONI.— Transactionem, quae dominii translatione vel actione parata (5) seu peremta finem accepit, quum eam (6) amicis etiam (7) intervenientibus revera ostenditur processisse, metus velamento rescindi, postulantis professio detegit improbitatem.

S. IX. Kal. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. (8) [294—305.]

31. *Los mismos Augustos y Césares á* PRÓCULO. —Si en un pacto de transacción hecho sobre una cosa determinada se habia expresado esto, que no se pidiera nada más, aún cuando no se habia añadido que por este motivo, permanecerá, sin embargo, íntegra la acción para las demás cuestiones.

Publicada en Bizancio á 4 de los Idus de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

32. *Los mismos Augustos y Césares á* CIRILO. —No es de opinión incierta, que, si la sentencia proferida, según es de derecho, después de conocido un asunto, no ha quedado en suspenso por la solemnidad de la apelación ó de la restitución por entero, en vano se transige sobre lo juzgado. Por consiguiente, si no habiéndose hecho después la estipulación Aquiliana y la aceptilación, extinguiste la acción que te competia, el presidente de la provincia cuidará, en la forma legal acostumbrada, que se dé cumplimiento á lo anteriormente juzgado.

Sancionada á 8 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

33. [34.] *Los mismos Augustos y Césares á* CIRILO *y á* PTOLOMAIDE.—Puesto que decis que por causa de donación ó de transacción condonasteis á sabiendas á vuestro hermano la obligación de lo que os debia por la tutela administrada, y como nunca se causa dolo al que quiere, en vano os querellais del dolo, y ninguno está obligado á cumplir lo prometido con oferta de su propia herencia.

Publicada á 6 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

34. [33.] *Los mismos Augustos y Césares á* EUCRUSIO.—Si por causa de transacción sobre un fundo, que pedías, se pactó que se te daria un predio libre, de determinada extensión, y en aquel tiempo no eras menor de veinticinco años, las leyes prohiben que se plantee de nuevo la cuestión decidida, aún cuando se haya probado que dicho predio fué obligado después, ó que en parte es de otro. Pero puedes, á la verdad, ejercitar ante el gobernador de la provincia la acción de la estipulación, si se hizo esta para que se guardase lo pactado, ó si no hubiere mediado, la acción civil contenida en las palabras empleadas. Mas nada puedes pedir, si el fisco ú otro reivindicó de ti las mismas cosas que se hallaban en tu poder, y por cuya cuestión medió la decisión del litigio.

Sancionada en Melantia á 5 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de los Césares. [294-305.]

35. *Los mismos Augustos y Césares á* HAMMON. —La manifestación del que pide que se rescinda por causa de miedo la transacción que se llevó á cabo por traslación de dominio, ó por acción preparada ó extinguida, cuando claramente se prueba que se hizo hasta con la intervención de amigos, descubre falta de probidad.

Sancionada en Nicomedia á 9 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

(1) pp id oct. Bizantio cc css, *mms. Pist. Paris.*

(2) *Confirman esta indicación de la fecha y firma los mms. Pist. Paris.*

(3) Cyrillo, *falta en los mms. Cas. Vat. Bg. Pl. 2.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* volentibus, *ed. Nbg. Hal. y los demás; pero* οὐδέποτε τῷ βουλομένῳ γίνεται δόλος, *las Bas.*

(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* perata, *ed. Nbg.;* parta, *Hal.;* peracta. *Russ. y los demás; pero nuestra lectura ó la de Haloandro es la más acertada con arreglo á las Bas.*

(6) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* ὁπότε αὐτήν, *las Bas.;* quum ea, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(7) etiam, *falta en la ed. Nbg. Hal.; pero* καὶ φίλων παρόντων, *las Bas.*

(8) SD. N. dec. Nicom cc css., *mms. Pist. Paris.*

Digitized by Google

36. *Iidem AA. et CC.* ACHILLEO (1).— Si maior annis viginti quinque transegisti, quamvis dari tibi placita repraesentata necdum probentur, nec offerant hi, qui conveniuntur, ne quid amplius ab ipsis (2) exigi possit, exceptionis proficit aequitas.

S. VI. Id. Decemb. Caess. Conss. (3) [294—305.]

36. *Los mismos Augustos y Césares á* AQUILEO.—Si transigiste siendo mayor de veinticinco años, aunque se pruebe que todavia no se te dá en pago lo pactado, ni lo ofrezcan los que son demandados, la equidad de la excepción basta para que no pueda exigirse nada más de los mismos.

Sancionada á 6 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

37. *Iidem AA. et CC.* (4) BASILISSAE. — Promissis transactionis causa non impletis, poenam in stipulationem deductam, si contra factum fuerit, exigi posse constat.

S. XII. Kal. (5) Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

37. *Los mismos Augustos y Césares á* BASILISA.—No cumplidas las promesas hechas por causa de transacción, es constante que puede exigirse, en caso de contravención, la pena comprendida en la estipulación.

Sancionada en Nicomedia á 12 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

38. *Iidem AA. et CC.* THEODOTIANO (6).— Transactio, nullo dato vel retento seu promisso, minime procedit.

S. VIII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. (7) [294—305.]

38. *Los mismos Augustos y Césares á* TEODOCIANO.—En manera ninguna se verifica transacción, sin que nada se dé, se retenga ó se prometa.

Sancionada en Nicomedia á 8 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

39. *Iidem AA. et CC.* MARTIANAE.— Quamvis eum, qui pactus est, statim poeniteat, transactio (8) rescindi et lis instaurari non potest, et qui tibi suasit, intra certum tempus licere a transactione recedi (9), falsum asseveravit.

S. V. Kal. (10) Ianuar. Sirmii, Caess. (11) Conss. [294—305.]

39. *Los mismos Augustos y Césares á* MARCIANA.—Aún cuando al punto se arrepienta el que pactó, no puede rescindirse la transacción, ni renovarse el pleito, y el que te persuadió de que era lícito dentro de cierto tiempo apartarse de la transacción, afirmó una falsedad.

Sancionada en Sirmio á 5 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

40. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* EUTROPIO *PP.*— Ubi pactum vel transactio scripta est (12), atque Aquilianae stipulationis et acceptilationis (13) vinculis firmitas iuris innexa est, aut subsecutis (14) secundum leges (15) accommodandus est consensus, aut poena una cum his, quae data probantur (16), ante cognitionem causae, si adversarius hoc maluerit (17), inferenda est.

Dat. III. Non. Iun. Constantinop. EUCHERIO et SYAGRIO Conss. [381.]

40. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUTROPIO, *Prefecto del Pretorio.*—Luego que ha sido reducido á escritura el pacto ó la transacción, y se le ha dado la firmeza del derecho con el apoyo de la estipulación Aquiliana y de la acceptilación, ó se ha de prestar á lo ejecutado el consentimiento en la forma prescrita por las leyes, ó, si lo prefiriere la parte contraria, se ha de pagar la pena, juntamente con lo que se prueba haberse dado antes del conocimiento de la causa.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Junio, bajo el consulado de EUQUERIO y de SIAGRIO. [381.]

41. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* RUFINO *P. P.*—Si quis maior annis viginti quinque (18) adversus pacta vel transactiones, nullo cogente (19) imperio, sed libero arbitrio et voluntate confectas, putaverit esse veniendum vel interpellando iudicem, vel supplicando principibus, vel non implendo promissa, eas autem invocato (20) Dei omnipotentis nomine, eo auctore (21), solidaverit, non

41. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* RUFINO, *Prefecto del Pretorio.*—Si algún mayor de veinticinco años creyere que podria volverse contra pactos ó transacciones, no hechos apremiándole violencia alguna, sino por su libre arbitrio y voluntad, ya interpelando al juez, ya suplicando á los emperadores, ó no cumpliendo sus promesas, pero cuyas transacciones, de que fué

---

(1) *Los mms. Pist. Vat.;* Archileo, *ed. Nbg.;* Acheleo, *ms. Pl. 1.;* Ancillae, *ms. Cas.;* Achillae, *ms. Bg., Hal. y los demas; pero las Bas. indican que la constitución va dirigida á un varón, y no á una mujer.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* ab his, *Hal. y los demás.*

(3) *Confirman esta indicación de la fecha y firma los mms. Pist. Paris.*

(4) et CC., *faltan en los mms. Pist. Pl. 2.*

(5) S. XVII. K., *mms. Pist. Paris.*

(6) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 2. Bg., ed. Nbg., Coll. Ans. ded., l. 3. C. VI. 31;* Thedociano, *ms. Pl. 2.;* Theodatione, *ms. Cas.;* Theodotioni, *Hal. y los demás.*

(7) *Confirman esta indicación de la fecha y firma los mms. Pist. Paris.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded ;* tamen, *insertan Hal. y los demás.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal., Coll. Ans. ded.,* recedere, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(10) *Los mms. Pist. Paris ;* S. Kal , *Hal. y los demás.*

(11) CC , *falta en los mms. Pist. Paris.*

(12) ubi pactum conscriptum est, *el C. Theod.*

(13) et acceptilationis, *faltan en el C. Theod.; y también en los Schol. Bas., que dicen:* τὸ κατὰ πόδας.

(14) aut gestis, *el C. Theod.;* ἢ τοῖς συμπεφωνημένοις, *Schol. Bas.*

(15) secundum legem, *ms. Pl. 1., los mms. de Russardo, C. Theod ; pero* κατὰ τοὺς νόμους, *Schol. Bas.*

(16) probabuntur, *el C. Theod.*

(17) si—maluerit, *faltan en el C. Theod.*

(18) viginti quinque, *faltan en Hal., C. Theod.; pero* μείζων τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν, *las Bas.*

(19) cogentis, *el C. Theod.*

(20) promissa ea, quae invocato, *el C. Theod.;* autem, *falta en Coll. Ans. ded.*

(21) deo auctore, *ed. Schf.*

Digitized by Google

solum notetur (1) infamia, verum etiam actione privatus, restituta poena, quae pactis probatur inserta, et (2) rerum proprietate careat, et emolumento, quod ex pacto (3) vel transactione illa fuerit consecutus; itaque (4) omnia mox eorum commodo deputabuntur, qui intemerata (5) pacti iura servaverint. Eos etiam huius legis (6) vel iactura dignos esse iubemus vel munere, qui nomina nostra placitis inserentes, salutem principum confirmationem initarum iuraverint esse pactionum.

Dat. V. Id. Octob. (7) Constantinop. OLYBRIO et PROBINO Conss. (8) [395.]

42. *Impp.* LEO *et* ANTHEMIUS *AA.* ERYTHRIO (9) *P. P.*—Si ex falsis instrumentis transactiones vel pactiones initae fuerint, quamvis iusiurandum his (10) interpositum sit, etiam civiliter falso revelato eas retractari praecipimus, ita demum (11) ut, si de pluribus causis vel capitulis eaedem pactiones seu transactiones initae fuerint, illa (12) tantummodo causa vel pars retractetur, quae ex falso instrumento composita (13) convicta fuerit, aliis capitulis firmis manentibus, nisi forte etiam de eo, quod falsum dicitur, controversia orta decisa sopiatur.

Dat. Kal. Iul. Constantinop. MARCIANO et ZENONE Conss. (14) [469.]

43. *Imp.* ANASTASIUS *A.* THOMAE, *P. P. Illyrici* (15).—Iubemus, in omnibus litigiis iam motis et pendentibus, seu postea super servili vel adscriptitia conditione movendis, transactiones celebrandas vel iam celebratas, si non alio iuri cognito modo eas vacillare contigerit, vires suas obtinere, nec ob hoc videri tenorem earum titubare, quod pro conditione servili vel adscriptitia confectae sunt.

Dat. XV. Kal. Decemb. PATRICIO et HYPATIO Conss. (16) [500.]

TIT. V

DE ERRORE CALCULI

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (17) AURELIANO QUARTO.—Errorem calculi, sive ex uno contractu, sive ex pluribus emerserit, veritati non afferre praciudicium, saepe constitutum est, unde rationes etiam saepe computatas denuo retractari (18) posse, si res iudicatae non sunt vel

autor, las hubiere corroborado habiendo invocado el nombre de Dios omnipotente, sea no solo notado de infamia, sino que privado además de la acción, y pagada la pena que se pruebe estaba incluida en los pactos, pierda la propiedad de las cosas, y la ganancia que hubiere obtenido con el pacto ó con aquella transacción; en su consecuencia, todas estas cosas se aplicarán desde luego en beneficio de aquellos que hubieren guardado sin violarlos los derechos del pacto. Mandamos además que sean dignos ó de la pena, ó del beneficio de esta ley, los que insertando nuestros nombres en sus pactos, hubieren jurado que la salud de los emperadores era la confirmación de los pactos celebrados.

Dada en Constantinopla á 5 de los Idus de Octubre, bajo el consulado de OLIBRIO y de PROBINO. [395.]

42. *Los Emperadores* LEÓN *y* ANTEMIO, *Augustos, á* ERITRIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si fundados en falsos documentos se hubieren celebrado transacciones ó pactos, aunque en ellos se hubiese interpuesto juramento, mandamos que sean anulados, aún probada civilmente su falsedad, pero de manera que, si dichos pactos ó transacciones hubieren sido hechos sobre muchas cuestiones ó capítulos, sea anulada tan solamente aquella disposición ó parte que se probare haber sido basada sobre un instrumento falso, permaneciendo firmes los demás capítulos, salvo si también se decide la controversia suscitada sobre aquello que se dice que es falso.

Dada en Constantinopla las Calendas de Julio, bajo el consulado de MARCIANO y de ZENÓN. [469.]

43. *El Emperador* ANASTASIO, *Augusto, á* TOMÁS, *Prefecto del Pretorio de Iliria.*—Mandamos, que las transacciones que se hayan de celebrar, ó las ya celebradas, en todos los litigios ya promovidos y pendientes, ó que en lo porvenir se suscitaren acerca de la condición servil ó adscripticia, tengan toda su fuerza, si no aconteciere que claudican de algún otro modo conocido en el derecho, y que no se considere de dudosa validez el tenor de las mismas por la sola razón de que fueron hechas sobre la condición servil ó adscripticia.

Dada á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de PATRICIO y de HIPACIO. [500.]

TÍTULO V

DEL ERROR EN EL CÁLCULO

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* AURELIANO CUARTO.—Muchas veces se ha declarado, que el error de cálculo, ya naciere de un solo contrato, ya de muchos, en nada perjudica á la verdad, por lo que es de derecho reconocido, que pueden rectificarse de nue-

(1) notatur, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* inuratur, *el C. Theod ;* intratur, *Coll Ans. ded.;* ἀτιμούσθω, *las Bas.*
(2) earum, *inserta el C. Theod., confirmándolo las Bas., que dicen:* ἐκπιπτέτω τῆς δεσποτείας τῶν πραγμάτων ἐκείνων.
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., Coll. Ans. ded., C. Theod.;* pactione, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(4) ita omnia, *Bk.;* quae omnia, *el C. Theod.;* itaque ea omnia, *ed. Schf.*
(5) intemerati, *el C. Theod.;* intemerate, *ms. Gt.*
(6) litis, *el C. Theod.*
(7) *Confirma el dia la Coll. Ans. ded., en la que falta todo lo demás.*
(8) *Toda la indicación de la fecha y firma la confirman los mms. Pist. Paris., salvo que dicen* Probo *en lugar de* Probino.
(9) Acrochirio, *Hal. y después los demás excepto Bk.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal.;* de his, *ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(11) ita tamen, *Hal. Bk.*
(12) tamen, *inserta el ms. Pl. 1.*
(13) composita, *falta en Char. Pac.;* composito, *Sp.*
(14) D. Kal. Iul. cap. mar css., *mms. Pist. Paris.*
(15) *Los mms. Pist. Vat. Cas. Pl. 1. 2.;* Illyrici, *falta en el ms. Bg., ed. Nbg.;* per Illyricum, *Hal. y los demás.*
(16) D. Kal. dec Patric et ypatio css., *mms. Pist. Paris.*
(17) et CC., *todos los mms. y ed. excepto el ms. Vat.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* tractari, *Russ. y los demás;* πάλιν ἀναψηλαφᾶν, *las Bas.*

Digitized by Google

transactio non intervenit, explorati iuris est. Sed et si per errorem calculi velut debitam quantitatem, quum esset indebita, promisisti, condictio liberationis tibi competit.

Dat. VI. Kal. (1) Mart. AA. Conss. [293—304.]

TIT. VI

DE POSTULANDO

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* ARTEMIDORO.— Quum a praefecto Aegypti perpetuo causas agere prohibitus non appellaveris, placitis obtempera.

PP. III. Kal. Aug. SABINO II. et ANULINO (2) Conss. [216.]

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* POLYDORO.— Nec ceterorum liberti (3), nedum mei quidem, si ita sunt literis eruditi, ut patrocinia desiderantibus praestare possint, prohibentur id facere.

PP. Non. Mart. IULIANO II. et CRISPINO Conss. [224.]

3. *Imp.* GORDIANUS *A.* FLAVIANO.— Si sub specie honorarii, quod advocato usque ad certum modum deberi potuisset, eam quantitatem, quam desiderio tuo (4) complecteris, te daturum cavisti, et quasi mutuam pecuniam accepisses, eam te redditurum promisisti, nec temporis spatio gesto negotio consensum ac fidem accommodasti, competenti exceptione non numeratae pecuniae tutus es, et ex hac causa cautionem interpositam usitato more potes condicere.

PP. V. Id. Iun. SABINO II. et VENUSTO Conss. [240.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (5) THEODOTIANO (6).— Velamento absentiae patroni causae rursus ad finitas quaestiones redire quis frustra conatur.

S. IV. Kal. Ianuar. (7) Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

5. *Imp.* CONSTANTINUS *A.* HELLADIO.— Si qui advocatorum existimationi suae immensa atque illicita compendia praetulisse, sub (8) nomine honorariorum ex ipsis negotiis, quae tuenda susceperint, emolumentum (9) sibi certae (10) partis cum gravi damno litigatoris et depraedatione poscentes, fuerint inventi, placuit, ut omnes, qui in huiuscemodi saevitate (11) permanserint, ab hac professione penitus arceantur.

Dat. III. Kal. April. PAULINO et IULIANO Conss. [325.]

6. *Impp.* VALENTINIANUS *et* VALENS *AA. ad*

(1) 8. III. K., *mms. Pist. Paris.*
(2) Amulino, *Hal.;* Anullino, *Bk.*
(3) libertini, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*
(4) tuo, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*
(5) et CC., *faltan en los mms. Pist. Pl. 1. 2., ed Nbg.*
(6) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.;* Theodotioni, *Hal. y los demás.*
(7) 8. III. K. Ian., *ms. Paris., confirmando todo lo demás los mms. Pist. Paris.*

vo aún las cuentas ya muchas veces ajustadas, si el asunto no ha sido juzgado, ó si no intervino transacción. Mas también si por error de cálculo prometiste como debida una cantidad, que no fuese debida, te compete la condicción para la liberación.

Dada á 6 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

TÍTULO VI

DEL ABOGAR

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* ARTEMIDORO.—Como, privado para siempre por el prefecto de Egipto de la facultad de ejercer la abogacía, no hayas apelado, atempérate á lo mandado.

Publicada á 3 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de SABINO y el de ANULINO. [216.]

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* POLIDORO.—Ni á los libertos de otros, ni aún á los míos, si de tal manera son instruidos que puedan prestar su patrocinio á los que lo desean, se les prohibe hacerlo.

Publicada las Nonas de Marzo, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO. [224.]

3. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* FLAVIANO.—Si en concepto de los honorarios, que hasta cierto límite se habrían podido deber á un abogado, diste caución de que darías aquella cantidad que á tu juicio has calculado, y, como si hubieses recibido dicha suma en mútuo, prometiste que la devolverías, y durante el espacio de tiempo no prestaste al negocio hecho tu consentimiento y aprobación, estás á salvo con la excepción que te compete del dinero no contado, y puedes por esta causa reclamar por la condicción la caución prestada según la costumbre seguida.

Publicada á 5 de los Idus de Junio, bajo el segundo consulado de SABINO y el de VENUSTO. [240.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* TEODOCIANO.—En vano intenta cualquiera volver de nuevo á las cuestiones terminadas, so pretexto de la ausencia del patrono de la causa.

Sancionada en Nicomedia á 4 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294 305.]

5. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* HELADIO.—Si se hallaren abogados que en concepto de honorarios, por los negocios cuya defensa tomaron á su cargo, hubieren exigido provechos excesivos é ilícitos para su reputación, reclamando para sí el emolumento de cierta parte, con grave daño y depredación del litigante, nos plugo que todos los que persistieren en semejante tiranía sean separados para siempre de esta profesión.

Dada á 3 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de PAULINO y de JULIANO. [325.]

6. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* VALENTE,

(8) sub, *falta en el C. Theod.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Schf., Decr. Grat.;* emolumenta, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(10) tertiae, *léen otros, según dice Russ. al márgen; pero las Bas.* φανερὰν τῆς δίκης μοῖραν.
(11) severitate, *mms. Pl. 2. Bg. Rg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* foeditate, *el libro de Auredano en Char.;* scaevitate, *Jac. Godof. en la ley 1. Th. C. II. 10.*

Digitized by Google

OLYBRIUM *P. U.* (1).—Quisquis vult esse causidicus, non idem in eodem negotio sit advocatus et iudex, quoniam aliquem inter arbitros et patronos oportet esse delectum.

§ 1.—Ante omnia autem universi advocati ita praebeant patrocinia iurgantibus, ut non ultra, quam litium poscit utilitas, in licentiam conviciandi et (2) maledicendi temeritatem (3) prorrumpant; agant, quod causa desiderat; temperent se (4) ab iniuria. Nam si quis adeo procax fuerit, ut non ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suae imminutionem patietur. Nec enim conniventia commodanda est, ut quisquam negotio derelicto in adversarii sui contumeliam aut palam pergat, aut subdole.

§ 2.—Praeterea nullum cum eo litigatore contractum, quem in propriam recepit fidem (5), ineat advocatus, nullam conferat pactionem.

§ 3.—Nemo ex his, quos licebit accipere vel decebit, aspernanter habeat, quod sibi semel officii gratia libero arbitrio obtulerit litigator.

§ 4.—Nemo ex industria protrahat iurgium.

§ 5.—Apud urbem autem Romam (6) etiam honoratis, qui hoc (7) putaverint eligendum, eo usque liceat orare, quousque maluerint, videlicet ut non ad turpe compendium stipemque deformem haec arripiatur occassio, sed laudis per eam augmenta quaerantur. Nam si lucro pecuniaque capiantur, veluti abiecti atque degeneres inter vilissimos numerabuntur.

§ 6.—Quisquis igitur ex his, quos agere permisimus, vult esse causidicus, eam solam, quam sumet tempore agendi, sibi sciat esse personam, quousque causidicus est, nec putet quisquam honori suo aliquid esse detractum, quum ipse necessitatem elegerit standi, et (8) contemserit ius sedendi.

PP. X. Kal. Septemb. (9) VALENTINIANO et VALENTE AA. (10) II. (11) Conss. (12) [368.]

7. *Iidem et* GRATIANUS *AAA. ad* OLYBRIUM *P. U.* (13).—Providendum (14) est, ne hi, quos in foro (15) aut meritum nobilissimos fecerit aut vetustas, in una parte consistant, aliam a rudibus atque tironibus necesse sit sustineri. Atque ideo si in uno auditorio duo tantum prae ceteris fuerint vel plures, quorum fama sit hilarior (16), in iudicantis officio sit, ut par causidicorum distributio fiat, et exaequetur partibus auxilium singulorum, et aequa divisio procedat (17). Si quis vero monitus a iudice, ea excusatione, quae nequeat comprobari, cuicunque parti patrocinium denegaverit, careat foro, sciat etiam, nunquam sibi ad agendum copiam (18) posse restitui. Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum plurimis (19), et adversario suo tali fraude

Augustos, á OLIBRIO, *Prefecto de la Ciudad.*—El que quiera ser causídico, no sea abogado y juez en el mismo negocio, porque conviene que haya alguna diferencia entre los árbitros y los patronos.

§ 1.—Pero ante todo, presten todos los abogados sus servicios á los litigantes de suerte, que no se lancen á la licencia de ultrajar, ni á la temeridad de maldecir, mas allá de lo que exija la conveniencia de los litigios; hagan lo que requiera la causa; absténganse de injuriar. Pues si alguno fuere tan procaz, que crea que ha de discutirse no con razones, sino con diatribas, padecerá quebranto en su reputación. Porque tampoco ha de tenerse tolerancia para que alguno, abandonado un negocio, continúe injuriando pública ó astutamente á su adversario.

§ 2.—Ademas de esto, no haga el abogado ningún contrato con el litigante á quien tomó bajo su protección, ni celebre con él pacto alguno.

§ 3.—Ninguno de aquellos, á quienes fuere lícito ó decoroso cobrar, reciba con desprecio lo que una vez le haya ofrecido por su libre voluntad el litigante en gracia de sus servicios.

§ 4.—Nadie prolongue con astucia un pleito.

§ 5.—Mas en la ciudad de Roma séales lícito también á los honorables, que creyeren preferir esto, perorar todo el tiempo que quisieren, siempre que no se aproveche esta ocasión para torpe ganancia y estipendio exajerado, sino que se busque con ella aumento de elogios. Porque si son arrastrados por el lucro y el dinero, serán contados entre los más viles, como abyectos y degenerados.

§ 6.—Pero el que de estos á quienes hemos permitido abogar quiera ser causídico, sepa que mientras es causídico tiene la única personalidad que tomare al tiempo de abogar, y no crea ninguno que se haya quitado algo á su dignidad, toda vez que él mismo es el que ha elegido la obligación de asistir de pie á los estrados, y despreciado el derecho de estar sentado.

Publicada á 10 de las Calendas de Septiembre, bajo el segundo consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [368.]

7. *Los mismos y* GRACIANO, *Augustos, á* OLIBRIO, *Prefecto de la Ciudad.*—Ha de procurarse que no asistan á una de las partes todos aquellos á quienes su mérito ó su antigüedad los hubiere hecho los más distinguidos en el foro, y sea necesario que la otra se defienda con abogados ignorantes y noveles. Y por consiguiente, si en una audiencia no hubiere sino dos que aventajen á los demás, ó varios cuya fama sea mejor, sea de cargo del juez que se haga igual distribución de causídicos, se les iguale á las partes la protección de aquellos, y se verifique una división equitativa. Mas si designado alguno por el juez, hubiere negado su patrocinio á cualquiera de las partes, con excusa que no pueda comprobarse, sea separado del foro, y tenga además entendido, que jamás se

(1) P. U., *falta en el ms. Vat.;* pp, *mms. Cas. Bg.*
(2) et, *falta en Hal.*
(3) temeritate, *mms. Pl. 1. 2., ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*
(4) se, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., Hal.*
(5) propria recepit fide, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg., Hal. Bk., Decr. Grat.;* Romanam, *ms. Pl. 2., las ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás; pero* τοῖς ἀξιωματικοῖς ἐν Ῥώμῃ, *las Bas.*
(7) *Los mms. Pl. 1 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., Decr. Grat.;* officium, *insertan Cont. 66. y las demás.*
(8) et ipse, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf.;* ipse, *Hal.*
(9) Accepta XII. Kal. Sept., *el C. Theod.*
(10) Ipsis AA., *el C. Theod.*
(11) II., *falta en Hal. y en los demás excepto Sp. y Bk., C. Theod.; pero véase la nota siguiente.*
(12) *En los mms. Pist. y Paris se halla esta indicación de la fecha y firma:* pp. X. K. Sept. Valt et Val. II. AA. css.
(13) pp, *mms. Vat. Cas. Bg.;* pf., *Pl. 2.*
(14) nobis, *inserta el ms. Bg.*
(15) magnitudinis tuae, *inserta M. Vacarius (en Dirksen. p. 376.); en el ms. Bg. se hallan interlineadas.*
(16) clarior, *ms. Pl. 2. y el libro de Auredano en Char.*
(17) et aequa—procedat, *faltan en Decr. Grat.*
(18) agendi copiam, *mms. Pl. 1. 2. Bg., M. Vacarius (en Dirksen. p. 376.).*
(19) pluribus, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., M. Vacarius (en Dirksen p. 376.);* παρὰ πολλοῖς, *las Bas.*

Digitized by Google

subtraxisse paris defensionis copiam, ostendet procul dubio, iniquam a se litem foveri, et auctoritatem iudiciariam (1) a se delusam (2) experietur.

Dat. Kal. Mart. Treviris, VALENTINIANO et VALENTE AA. utrisque III. Cons. (3) [370.]

8. *Impp.* LEO *et* ANTHEMIUS *AA.* NICOSTRATO *P. P.*—Nemo vel in foro magnitudinis tuae, vel in provinciali iudicio, vel apud quemquam iudicem accedat ad togatorum consortium, nisi sacrosanctis catholicae religionis fuerit imbutus mysteriis. Sin autem aliquid quoquo modo vel quadam machinatione factum vel attentatum fuerit, officium quidem sublimitatis tuae centum librarum auri iacturam pro condemnatione sustineat, idem vero, quicunque ausus fuerit contra providum nostrae serenitatis decretum officium advocationis per subreptionem arripere, et prohibitum patrocinium praestiterit, ab advocationis officio remotus, stilum proscriptionis atque perpetui exilii specialiter sustinebit; sciturus etiam provinciarum rectoribus, quod is, sub cuius administratione aliquid huiusmodi fuerit attentatum, partis bonorum dimidiae proscriptionem et poenam exilii per quinquennium sustinebit.

Dat. prid. Kal. April. Constantinop. ANTHEMIO A. II. Cons. [468.]

le podrá restituir la facultad de abogar. Pero si se descubriere que uno de los litigantes ha tratado privadamente con muchos, y que por este fraude ha quitado subrepticiamente á su adversario la posibilidad de una defensa igual, demostrará sin duda alguna que por él se fomenta un pleito injusto, y que espera engañar á la autoridad judicial.

Dada en Tréveris las Calendas de Marzo, bajo el tercer consulado de VALENTINIANO y de VALENTE, Augustos. [370.]

8. *Los Emperadores* LEÓN *y* ANTEMIO, *Augustos, á* NICOSTRATO, *Prefecto del Pretorio.*—No ingrese nadie en la corporación de los togados, ya sea en el foro de tu grandeza, ya en un tribunal de provincia, ó en el de un juez cualquiera, si no estuviere imbuido en los sacrosantos misterios de la religión católica. Mas si de alguna manera ó por cualquier maquinación se hubiere hecho ó intentado alguna cosa en contra, pague el tribunal de tu sublimidad por vía de condena la multa de cien libras de oro, y el que se hubiere atrevido á arrogarse fraudulentamente, contra el prudente decreto de nuestra serenidad, el ejercicio de la abogacía, y prestare el patrocinio que le está prohibido, separado del ejercicio de la abogacía sufrirá especialmente la pena de confiscación y de destierro perpétuo; debiendo saber también los gobernadores de las provincias, que aquel bajo cuya administración se hubiere cometido un atentado semejante, sufrirá la confiscación de la mitad de sus bienes y la pena de destierro por cinco años.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Abril, bajo el segundo consulado de ANTEMIO, Augusto. [468.]

TIT. VII

DE ADVOCATIS DIVERSORUM IUDICIORUM (4)

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* DOLONI.—Si patronum causae praevaricatum putas, et impleveris accusationem, non deerit adversus eum pro temeritate commissi (5) sententia, atque ita de principali causa denuo quaeretur. Quod si non docueris praevaricatum, et calumnia notaberis, et rebus iudicatis, a quibus non est provocatum (6), stabitur.

PP. III. Kal. Octobr. ANTONINO A. IV. et BALBINO (7). Conss. [213.]

2. *Imppp.* VALENS (8), GRATIANUS *et* VALENTINIANUS *AAA. ad* ANTONIUM *P. P.*—Qui necessario patriae suae debent municipio functiones, eos decurionibus aggregatos nolumus evagari, permittentes (9), ut in negotiis causidicorum fungantur officiis, et in civitatibus propriis subeant munera curialium (10), ita tamen, ut non contra rem publicam civitatis, in qua honorem hunc consecuti sunt, eis adesse permittatur.

TÍTULO VII

DE LOS ABOGADOS DE LOS DIVERSOS TRIBUNALES

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* DOLÓN.—Si crees que el patrono de tu causa ha prevaricado, y hubieres probado tu acusación, no faltará sentencia contra él por la temeridad de su delito, y así se conocerá nuevamente de la causa principal. Mas si no probares que prevaricó, se te tachará de calumnia, y se estará á lo juzgado, de que no se apeló.

Publicada á 3 de las Calendas de Octubre, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

2. *Los Emperadores* VALENTE, GRACIANO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* ANTONIO, *Prefecto del Pretorio.*—No queremos que los que necesariamente deben ciertas funciones al municipio de su patria anden de una parte para otra, agregados á los decuriones, y permitimos que desempeñen en los negocios las funciones de causídicos, y soporten en sus propias ciudades las cargas de los curiales, pero de suerte que no se les permita dirigirse contra los intereses públicos de la ciudad en que consiguieron este honor.

(1) iudicis, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg.*
(2) elusam, *ms. Bg., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62., Decr. Grat*; lusam, *mms. Pl. 1. 2. Gt. Rg.*
(3) Dat. X. K mar cc III *(léase* III vv, *esto es,* treviris) valt et valent. IIII aa, *mms. Pist. Paris.*
(4) iudicum, *ed. Schf.*
(5) commissa, *Hal.*
(6) praevaricatum, *Russ. al márgen; pero* μὴ ἐκκαλεσάμενος, *las Bas.*
(7) Albino, *Hal. y los demás excepto Bk.*
(8) *Jac. Godofr. en la Cronol. Cod. Theod. p. CIII. considera sospechoso el nombre de Valente; véase la nota última de esta ley.*
(9) tamen, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*
(10) curiarum, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. Septemb. (1) Ravennae, VALENTE VI. et VALENTINIANO II. AA. Conss. [378.]

3. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA. ad* AFRICANUM *P. U.* (2).— Ne quis ex corpore togatorum, minime curialibus nexibus illigatus (3), provinciales suscipiat functiones, scilicet ut (4) ambientibus claudatur ingressus, et invitis necessitas auferatur.

Dat. (5) III. Non. August. Constantinop. ARCADIO IV. et HONORIO III. AA. Conss. [396.]

4. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS (6) *AA.* EUSTATHIO (7) *P. P.*—Fori tui culminis et universorum iudiciorum advocati quidquid ex huiusmodi professione vel ipsius occasione quaesierint, id etiam (8) post patris obitum praecipuum, veluti peculium castrense, ad exemplum militum proprio dominio valeant vindicare.

Dat. X. Kal. April. Constantinop. DD. NN. (9) HONORIO XIII. et THEODOSIO X. AA. Conss. (10) [422.]

5. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* CYRO *P. U.*—Quicquid animi largitate et munificentia (11) principali praestitimus togatis per Orientem eminentissimae praefecturae reverentia studiorum, id sibi praesenti sanctione praestitum esse cognoscant patroni causarum illustris urbicariae praefecturae.

Dat. VII. Kal. Ian. Constantinop. THEODOSIO XII. et VALENTINIANO II. AA. Conss. [426.]

6. *Iidem AA. ad* FLORENTIUM *P. P.* (12)—Sancimus, ut advocatis, qui apud tuam magnificentiam causas acturi sunt, a nullo iudice, nec ab ipsa eminentissima praefectura, sollicitudo ulla penitus iniungatur; sed nec advocatis provinciarum vel spectabilium iudicum quisquam (13) existimet aliquid iniungendum. Nulla igitur (14) togatis inspectio, nulla peraequatio ingeratur, nulla operis constructio (15), nulla discussio, nullum ratiocinium imponatur, nullum denique aliud eis mandetur praeter arbitrium in eodem duntaxat loco (16), ubi advocationis exercetur (17) officium; quinquaginta librarum auri poena officio feriendo, si legis istius regulas temerare tentaverit.

Dada en Rávena á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el sexto consulado de VALENTE y el segundo de VALENTINIANO, Augustos. [378.]

3. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* AFRICANO, *Prefecto de la Ciudad.*—Ninguno del cuerpo de togados, que no esté obligado por algún concepto á las cargas curiales, se encargue de funciones provinciales, de manera que se les cierre la entrada á los que las soliciten, y se libre de esta necesidad á los que no las quisieren.

Dada en Constantinopla á 3 de las Nonas de Agosto, bajo el cuarto consulado de ARCADIO y el tercero de HONORIO, Augustos. [396.]

4. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUSTATIO, *Prefecto del Pretorio.*—Lo que los abogados del foro de tu alteza y de todos los tribunales hubieren adquirido con su profesión ó con ocasión de ella, puedan reivindicarlo en propio dominio, á la manera que los militares, aún después de la muerte de su padre, como peculio castrense.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Abril, bajo el décimo tercer consulado de HONORIO y el décimo de TEODOSIO, nuestros señores, Augustos. [422.]

5. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* CIRO, *Prefecto de la Ciudad.*—Sepan los patronos de causas de la ilustre prefectura urbana, que todo lo que por merced y munificencia del príncipe otorgamos en consideración á sus estudios á los togados de la eminentísima prefectura de Oriente, se les ha concedido también á ellos por la presente ley.

Dada en Constantinopla á 7 de las Calendas de Enero, bajo el duodécimo consulado de TEODOSIO y el segundo de VALENTINIANO, Augustos. [426.]

6. *Los mismos Augustos á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que por ningún juez, ni por la misma eminentísima prefectura, se imponga, absolutamente ningún cuidado á los abogados que hayan de ejercer ante tu magnificencia; pero ni aún á los abogados de las provincias, ó de los respetables jueces, crea nadie que se les puede imponer algún cargo. En su consecuencia, no se les encomiende á los togados ninguna inspección, ni la formación de ninguna iguala, ni se les imponga el cuidado de la construcción de una obra, ni una discusión, ni el exámen de una cuenta, y finalmente no se les encomiende ninguna otra cosa sino que sean árbitros, y únicamente en aquel punto en donde ejercen la profesión de abogado; habiendo de ser condenado á la pena de cincuenta libras de oro el oficio, si hubiere intentado infringir las disposiciones de esta ley.

---

(1) *Opina Jac. Godofr. que, habiendo fallecido ya Valente en el mes de Agosto, ó se ha de borrar el nombre de Valente en la inscripción de esta ley, ó se han de sustituir las calendas del mes anterior en la fecha.*
(2) *Ms. Pl. 2., Bk., C. Theod.;* P. P., *los demás mms. y ed.*
(3) minime curial. nexib. illigatus, *faltan en el C. Theod.*
(4) et, *insertan el ms. Bg., y el C. Theod.*
(5) PP., *el C. Theod.*
(6) et Arcad., *mms. Pist. Cas. Pl. 1. 2.*
(7) Eustachio, *mms Pist. Pl. 1. Bg., ed. Nbg.:* Estachio, *mms. Cas. Vat. Pl. 2.;* Eustasio, *el C. Theod., desaprobándolo Jac. Godofr.*
(8) etiam, *falta en Hal. Russ., Jac. Godofr.*
(9) DD. NN., *faltan en Hal. Russ.*
(10) *Confirman esta indicación de la fecha y firma los mms. Pist. Paris.*

(11) magnificentia, *Hal. Russ. Cont. 62.*
(12) Orientis, *añade Nov. Theod.;* per Orientem, *añade Bk.*
(13) quisquis, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf.;* quis, *Nov. Theod.*
(14) ergo, *ed. Nbg. Hal.;* igitur, *falta en Nov. Theod.*
(15) instructio, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.;* exstructio, *Nov. Theod.;* μήτε ἔργου οἰκοδομῆ, *las Bas.*
(16) in ea duntaxat provincia, *Nov. Theod.*
(17) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal., Nov. Theod.;* exercent, *Russ. y los demás;* ἐν ᾧ συνηγοροῦσι, *las Bas.*

Digitized by Google

Dat. VIII. Kal. Mart. Constantinop. THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. (1) [439.]

7. *Iidem AA.* THALASSIO, *P. P. per Illyricum.* —Iisdem privilegiis iisdemque immunitatibus (2) potiri togam illustrissimae per Illyricum praefecturae, quibus fruitur toga per Orientem praetorianae sedis excelsae, decernimus.

Dat. VII. Id. Septemb. Constantinop. THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. [439.]

8. *Iidem AA.* CYRO, *P. P. Consuli designato* (3). —Quum advocatio praetoriana centum quinquaginta numero togatis, minime vel minuendo vel augendo, concludatur, iubemus eos, qui ex his ad fisci patronatum pervenerint, a cohortis vel alterius vilioris conditionis nexibus cum liberis quandocunque genitis liberos custodiri, postque tale officium depositum annumque completum advocatorum consortio abscedere cum comitiva consistoriana; omneque, quod togatis fori celsitudinis tuae quolibet casu quolibet adquiritur titulo, quasi castrense (4) sibimet vindicare, nec patribus vel (5) avis paternis earum rerum commodum acquirere, legis istius auctoritate decernimus; his omnibus etiam ad urbicariae praefecturae advocationem trahendis.

Dat. III. Kal. Ianuar. VALENTINIANO A. V. (6) et ANATOLIO Conss. [440.]

9. *Iidem AA.* APOLLONIO *P. P.*—Si quis de togatis fori celsitudinis tuae, vel Illyricianae (7), seu urbicariae praefecturae (8), sive de his, qui in provincialibus iudiciis causarum patrocinium profitentur, electione tuae sedis regendae provinciae munus potestatemque susceperit, post peractam integre ac sine ulla opinionis labe administrationem, (9) ad illud officium, unde abstractus est, et unde sibi vitae subsidia comparabat, remeandi habeat facultatem, nec causas orare denuo quadam prohibeatur invidia.

Dat. XII. Kal. Septemb. Constantinop. EUDOXIO et DIOSCORO Conss. [442.]

10. *Impp.* VALENTINIANUS *et* MARCIANUS *AA.* PALLADIO *P. P.*—Binos, qui priores in tui culminis sede (10) inveniuntur, ad patronatum fisci singulis quibusque (11) annis accedere, paribus dignitatis (12) et privilegiorum insignibus ambiendos esse praecipimus, quibus antehac utebatur is, qui solus fisci creabatur (13) patronus.

Dada en Constantinopla á 8 de las Calendas de Marzo, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

7. *Los mismos Augustos á* TALASSIO, *Prefecto del Pretorio de Iliria.*—Mandamos, que la toga de la ilustrísima prefectura de Iliria goce de los mismos privilegios y de las mismas inmunidades de que disfruta la toga del excelso tribunal del pretorio de Oriente.

Dada en Constantinopla á 7 de los Idus de Septiembre, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

8. *Los mismos Augustos á* CIRO, *Prefecto del Pretorio y Cónsul designado.*—Estando limitado el colegio de abogados del pretorio al número de ciento cincuenta togados, que en manera ninguna ha de disminuirse ni aumentarse, mandamos, que los que de ellos hubieren obtenido el patronato del fisco se mantengan exentos juntamente con sus hijos, en cualquier tiempo nacidos, de las cargas de la cohorte, ó de otra condición más vil, y que después de haber cesado en dicho cargo, y de haber cumplido un año, se separen del colegio de abogados con la dignidad de conde del consistorio; y todo lo que en cualquier ocasión y con cualquier título adquieren los togados del foro de tu excelsitud, mandamos por la autoridad de esta ley, que lo reivindiquen para sí como peculio cuasi castrense, y que no adquieran para sus padres ó abuelos paternos el beneficio de tales bienes; debiéndose aplicar todas estas disposiciones también á los abogados de la prefectura urbana.

Dada á 3 de las Calendas de Enero, bajo el quinto consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de ANATOLIO. [440.]

9. *Los mismos Augustos á* APOLONIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si alguno de los togados del foro de tu alteza, ó de la prefectura de Iliria, ó de la urbana, ó de los que en los tribunales de provincia prestan patrocinio en las causas, hubiere aceptado por elección de tu sede el cargo y el poder de gobernar una provincia, esté facultado, después de haber desempeñado su administración íntegramente y sin tacha alguna, para volver á la misma profesión de que fué sacado, y en la que se procuraba el sustento para la vida, y por ninguna mala voluntad se les prohiba defender causas nuevamente.

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de EUDOXIO y de DIÓSCORO. [442.]

10. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* MARCIANO, *Augustos, á* PALADIO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que los dos abogados que se distingan como primeros en el foro de tu alteza, sean nombrados cada año para el patronato del fisco, con dignidades y privilegios iguales á los que antes gozaba el único que era nombrado patrono del fisco.

---

(1) **Dat. III. Kal. Mai. Constantinop. Cons. suprascribt.,** *Nov. Theod.*
(2) iisdemque immunitatibus, *faltan en Hal.*
(3) Consuli designato, *faltan en el mms. Cas. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Hal. Russ.*
(4) ut castrense, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf.;* ὡς κανστρέσιον, *Schol. Bas. VIII. 1. 23.*
(5) *Los mms Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* nec, *Russ. y los demás;* μηδὲ τοῖς πατράσιν—ἢ τοῖς παπποις, *las Bas.*
(6) A. Vl., *Cont. 71. Char. Pac.*
(7) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Bk.;* Illyricanae, *Russ. y los demás.*
(8) praefecturae, *falta en la ed. Nbg., Hal. en el texto.*
(9) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* **et,** *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(10) qui priores fori tuae sedis, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., d Nbg. Schf.*
(11) quibuscunque, *Russ. Char. Pac. Sp.*
(12) dignitatibus, *ed. Nbg. Hal.*
(13) credebatur, *ed. Nbg., Hal. en el texto.*

Digitized by Google

Dat. XIV. Kal. Iul. Constantinop. HERCULANO et SPORACIO (1) Conss. (2) [452.]

11. *Imp.* LEO *A.* VIVIANO (3) *P. P.* — Nemini licere sancimus, aliquem sub assidendi colore statatis centum quinquaginta advocatis, quos sibi eminentissima praefectura in consilium assumserit, aggregare.

§ 1.— Non aliter vero consortio advocatorum tuae sedis aliquis societur, nisi prius in examine viri clarissimi rectoris provinciae, ex qua oriundus est, praesentibus cohortalibus gesta confiant (4), quibus aperte pateat, cohortali statui (5) ac fortunae eundem minime subiacere (6), si praesens vir clarissimus rector provinciae fuerit in eius examine; si vero abfuerit, apud defensorem sui oppidi gesta confiant (7). Iurisperitos etiam doctores eorum iubemus iuratos sub gestorum testificatione depromere, esse eum, qui posthac subrogari voluerit, peritia iuris instructum, filios autem togatorum excellentiae tuae, qui vel nunc causas agunt, vel futuris temporibus actitaverint, ceteris supernumerariis antefferi.

§ 2.— Illud insuper decernimus, ut etiam his qui ultra centum quinquaginta advocatos eminentissimae tuae sedis reperiuntur, liceat et apud virum spectabilem proconsulem, vel praefectum augustalem, vel comitem Orientis, apud viros etiam spectabiles vicarios, et apud rectores provinciarum negotia perorare.

Dat. Kal. Febr. Constantinop. MAGNO et APOLLONIO Conss. [460.]

12. *Idem A.* EUSEBIO *P. P. Illyrici.*— Sancimus, patronum fisci iudicio celsitudinis tuae non iam quotannis, sed biennio, pro vetere consuetudine, finem officii sui sortiri; salvis eidem consortio privilegiis omnibus, quae a retro principibus meruit, manentibus.

Dat. X. Kal. Mart. Constantinop. BASILIO et VIVIANO Conss. [463.]

18. *Impp.* LEO *et* ANTHEMIUS *AA.* ALEXANDRO, *Duci Aegyptiaci limitis* (8) *et Praefecto augustali* (9).—Petitionem virorum disertissimorum, advocatorum Alexandrinae splendidissimae civitatis, quam de fori sui matricula et fisci patrono obtulerunt, merito admittentes, hac sanctione decernimus, quinquaginta statutos haberi, eorumque nomina pro tempore matriculae conficiendae inscribi, et eos advocationis officium in iudicio tam viri spectabilis, praefecti augustalis, quam viri spectabilis, ducis Aegyptiaci limitis, petentibus adhibere, ceteros vero, ultra memoratum numerum constitutos, apud alios iudices eiusdem Alexandrinae

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de HERCULANO y de SPORACIO. [452.]

11. *El Emperador* LEÓN, *Augusto, á* VIVIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos que á nadie le sea lícito agregar á alguien, so pretexto de ser asesor, al número de los ciento cincuenta abogados establecidos, que la eminentísima prefectura se haya asociado para su consejo.

§ 1.—No sea asociado nadie al colegio de abogados de tu sede, de otra suerte que si antes en exámen ante el muy esclarecido gobernador de la provincia, de que es oriundo, se hicieran actuaciones, presentes los cohortales, en las que aparezca claramente que de ningún modo está sometido al estado y condición de cohortal, si en dicho exámen estuviere presente el esclarecidísimo gobernador de la provincia; y si no asistiere, háganse las actuaciones ante el defensor de su ciudad. Mandamos que los jurisperitos y los doctores de aquellos declaren, con juramento, atestiguándolo en las actuaciones, que está instruido en la ciencia del derecho el que á partir de hoy quisiere ser admitido en la vacante, y que sean preferidos á los demás supernumerarios los hijos de los togados de tu excelencia, que en la actualidad defienden causas, ó que hubieren de ejercer en los tiempos venideros.

(10) desideranti, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf., Hal. en el texto, pero* desiderantis *en la nota.*
(11) *Ms. Pist.;* CC., *Hal. y los demás.*
(12) *Esta indicación de la fecha se halla en Russ. y después en los demás, excepto Bk., apoyándose en el ms. Pist ;* S. VI. Non. Iul. Philippopoli, CC. Coss., *Hal.;* PP. Non. Iun. Philipp. Caess. Conss., *Bk.*
(13) XII. Kal., *Hal.; pero nuestra indicación de la fecha se halla confirmada en el ms. Pist.*

Digitized by Google

19. *Iidem AA. et CC.* (1) FIRMO.— Si pretium quidem actoribus alienis (2), fundum vel servum citra mandatum (3) tibi distrahentibus, dedisti, et neque praecessisse neque secuta contractum domini declaretur voluntas, in rem autem eius idem pretium (4) processisse (5) provinciae praeses causa cognita perspexerit, hoc tibi restitui iubebit.

S. (6) prid. Id. Mart. (7) Caess. Conss. [294—305.]

20. *Iidem AA. et CC.* (8) *ad* VERRINUM, *praesidem* (9) *Syriae* (10).— Nihil arbitramur interesse, utrum ab initio, an coepta (11) iam lite negotium ad personam procuratoris transitum fecerit.

Dat. X. Kal. Octobr. Demesso Caess. Conss. [294—305.]

21. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad Concilium provinciae Africae.*—Maritus citra mandatum in rebus uxoris cum solemni satisdatione et alia observatione intercedendi liberam habeat facultatem, ne feminae persequendae litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, et (12) conventibus virorum vel iudiciis interesse cogantur. Sin autem mandatum susceperit, licet maritus sit, id solum exsequi debet, quod procuratio emissa praescripserit.

PP. III. Id. (13) Mart. Adrumeti, CONSTANTINO A. IV. et LICINIO IV. Conss. (14) [315.]

22. *Idem A.* (15) *ad* BASSUM *P. U.* (16)—Procuratoribus institutis et post contestatam litem dominis effectis, hi, qui mandaverant, non habeant facultatem negotia persequendi, nisi capitales inimicitiae, vel morbus, vel alia necessaria causa intercesserit; tunc enim etiam (17) invitis his transferri lis potest.

Dat. XIII. Kal. Iul. CONSTANTINO A. V. et LICINIO Caes. Conss. (18) [319.]

23. *Imp.* IULIANUS *A.* SECUNDO *P. P.*— Nulla dubitatio est, post causam in iudicio agitatam (19), utpote dominum litis procuratorem effectum, etiam post excessum eius, qui agendam vel defendendam litem mandaverat (20), posse inchoatam causam (21) iurgiumque finire, quippe quum et procuratorem

19. *Los mismos Augustos y Césares á* FIRMO.— Si entregaste el precio á los agentes de otro, que sin mandato te vendieron un fundo ó un esclavo, y se declarase que al contrato ni precedió ni siguió la voluntad del dueño, pero, conocido el hecho, hubiere visto el presidente de la provincia que dicho precio se invirtió en provecho de aquel, mandará que se te restituya.

Sancionada á 1 de los Idus de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

20. *Los mismos Augustos y Césares á* VERRINO, *presidente de Siria.*—No creemos que haya ninguna diferencia entre que desde el principio, ó ya comenzado el litigio, se haya transmitido el negocio á la persona del procurador.

Dada en Demeso á 10 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

21. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, al Consejo de la provincia de Africa.*—Tenga el marido la libre facultad de intervenir, sin necesidad de mandato, en los asuntos de su mujer, mediante solemne fianza, y la observancia de la otra formalidad, á fin de que á pretexto de seguir un pleito no caigan inconsideradamente las mujeres en afrenta del pudor de las matronas, y no sean obligadas á asistir á las reuniones de los hombres ó á los juicios. Mas si hubiere aceptado mandato, aunque sea marido, deberá hacer únicamente lo que le haya prescrito la procuración confiada.

Publicada en Adrumeto á 3 de los Idus de Marzo, bajo el cuarto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y de LICINIO. [315.]

22. *El mismo Augusto á* BASSO, *Prefecto de la Ciudad.*—Constituidos los procuradores y hechos dueños del pleito después de la contestación de la demanda, no tengan, los que les habian dado su mandato, facultad para continuar el negocio, salvo si hubieren sobrevenido enemistades capitales, enfermedad, ú otra causa necesaria; pues entonces, aún cuando aquellos no quieran, se puede transferir el pleito.

Dada á 13 de las Calendas de Julio, bajo el quinto consulado de CONSTANTINO, Augusto, y el de LICINIO, César. [319.]

23. *El Emperador* JULIANO, *Augusto, á* SEGUNDO, *Prefecto del Pretorio.*—No hay duda ninguna de que después de comenzada una causa en juicio, y hecho el procurador como dueño del litigio, puede este concluir la causa incoada y el litigio, aún después de la muerte del que había dado mandato

---

(1) Divi Diocletianus et Constantius, *Vatic. fragm.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal*; alienum, *Russ. y los demás; pero apoyan preferentemente nuestra lectura los Schol. Bas. VIII. 2. 93.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal.*; domini, *insertan las ed. Nbg. Russ. y las demás; pero* ἀγρὸν ἢ τὸν δοῦλον χωρὶς μανδάτου πιπράσκουσι, *Schol. Bas. VIII. 2. 93.*
(4) id praecipuum, *ms. Pl. 1.*
(5) cessisse, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.; pero* προκεχωρηκέναι, *Schol. Bas. VIII. 2. 93.*
(6) *Ms. Pist.*; S., *falta en Hal. y en los demás. Lo demás está confirmado en el ms. Pist.*
(7) Nicomediae, *insertan Vatic. fragm.*
(8) *Los mms. Pist. Pl. 1. 2. Bg.*; et CC., *faltan en la ed. Nbg. Hal. y en las demás.*
(9) provinciae, *inserta el ms. Pl. 2.*
(10) Coelesyriae, *Cont. al márgen.*
(11) suscepta, *M. Vacarius (en Dirksen. p. 885.)*
(12) ne, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*; nec, *ms. Pl. 2., Hal.*
(13) Dat. IV. Id., *Hal. y los demás; pero véase la nota siguiente.*
(14) Constantino A. et Licinio Caesare utrisque II. Conss., *Hal. y los demás; pero merece mayor crédito la indicación de la fecha en el ms. Pist., en el que se lée,* pp III. id. Mar. Adrumeto const. a. IIII et licinio IIII css.
(15) Id. aa. *mms. Pist. Pl. 2.*
(16) P. U., *faltan en los mms. Cas. Pl. 1.*; pp, *ms. Vat.*
(17) etiam, *falta en el ms. Pl. 1., ed. Nbg., Hal. en el texto.*
(18) Constantino A. et Licinio Caes. II., utrisque Conss., *Hal. en el texto, en la nota* Caes. V. utrisque.
(19) publicatam, *el C. Theod.*
(20) eius, qui defensionem mandaverat, *el C. Theod.*
(21) litem, *el C. Theod.*

Digitized by Google

posse eum instituere veteres (1) iuris voluerunt (2) conditores.

Lecta II. Non. (3) Febr. IULIANO A. IV. (4) et SALLUSTIO Conss. [363.]

24. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* PANCRATIO *P. U.* (5) — Licet in principio quaestionis persona debet (6) inquiri procuratoris, an ad agendum negotium mandatum a domino litis habeat, tamen si (7) falsus procurator inveniatur, nec dici controversiae solent, nec potest esse iudicium.

Dat. II. Kal. (8) April. Constantinop. ANTONIO (9) et SYAGRIO Conss. [382.]

25. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAA.* TATIANO *P. P.* — Quicunque praetorianae vel urbanae praefecturae sublime (10) fastigium, vel magisterium militare, vel consistorianae comitivae insignia (11) meruerit dignitatis (12), vel proconsulare ius dixerit, aut vicarii fuerit administratione suffultus, si quod ab eo vel infertur iurgium vel refertur, procuratoris personam in negotii sui iura substituat. Quodsi quis sanctionis huius statuta transgressus iudiciis (13) sese iurgaturus (14) ingesserit (15), careat eius litis sorte, cuius non per procuratorem exspectavit eventum. Iudex nihilominus, qui contra fecerit, noverit, a se viginti libras auri, (16) ab officio quoque suo tantundem ponderis exigendum.

Dat. XVIII. Kal. Octobr. (17) ARCADIO A. II. et RUFINO Conss. [392.]

AUTHENT. *ut ab illustribus. (Nov. 71. cap. I.)*— Hoc ius stabit usque ad illustres solos; ceteri enim commune ius amplectuntur.

26. *Imppp.* ARCADIUS, HONORIUS *et* THEODOSIUS *AAA.* ANTHEMIO *P. P.*—In pecuniariis controversiis, etsi specialiter hoc praecepti vel sententiae minime designat auctoritas, passim unicuique, si tamen ita maluerit (18), per procuratorem respondendi tribuimus facultatem, nisi forte quosdam, iustiores nonunquam ob causas, vehementior (19) maximi iudicis vocabit auctoritas.

Dat. prid. Id. Octobr.... (20).

(1) *Los mms. Pl. 1. Gt., Hal., C. Theod.;* veteris, *mms. Pl. 2. Bg., las ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bg., ed. Schf., C. Theod.;* voluerint, *los demás.*
(3) Lecta apud acta pridie Non., *el C. Theod.*
(4) A. III., *el C. Theod. en Jac. Godofr.*
(5) pp, *mms. Cas. Vat. Bg., ed. Nbg., Consultat.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* debeat, *las ed. Nbg. Cont. 66. y las demás.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* tamen si, *los demás.*
(8) prid. Non., *el C. Theod., Consultat.*
(9) *Hal. en la nota, Russ. Cont. 62. Bk., C. Theod., Consultat;* Anthemio, *Hal. en el texto;* Antonino, *Cont. 66. y los demás. En el ms. Pist. se halla esta indicación de la fecha:* dd prid id cap arc cap arc a et probo c css. C I. *Véase la nota 20. de la ley 26. de este título.*
(10) sublimi-simae, *mms. Pl. 1. 2. Bg Gt.*
(11) insignibus, *mms. Pl. 1. 2. Gt., Hal.;* insignia, *falta en la ed. Nbg.*
(12) dignitates, *mms. Pl. 1. 2. Gt., Hal.;* dignitatem, *ed. Nbg.*
(13) iudicii, *Hal.*

para incoar ó defender el pleito, toda vez que los antiguos autores del derecho quisieron que él pudiera nombrar también otro procurador.

Leida á 2 de las Nonas de Febrero, bajo el cuarto consulado de JULIANO, Augusto, y el de SALUSTIO. [363.]

24. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* PANCRACIO, *Prefecto de la Ciudad.*—Aunque al principio de la cuestión debe inquirirse la personalidad del procurador, si tiene mandato del dueño del pleito para gestionar el negocio, sin embargo, si resultase falso el procurador, ni suele decirse que hay controversia, ni puede haber juicio.

Dada en Constantinopla á 2 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de ANTONIO y de SIAGRIO. [382.]

25. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* TACIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Cualquiera que hubiere obtenido el sublime cargo de la prefectura pretoriana ó urbana, ó el maestrazgo militar, ó las insignias de la dignidad de conde del consistorio, ó hubiere administrado justicia como procónsul, ó sido investido del cargo de vicario, sustituya la personalidad de un procurador para los derechos de su negocio, ya cuando por él se entabla un pleito, ya cuando en él se defiende. Pero si alguno, habiendo quebrantado las disposiciones de esta ley, se hubiere entrometido á litigar por sí en los juicios, pierda el litigio cuyo resultado no esperó por medio de procurador. Sepa, no obstante, el juez, que las hubiere contravenido, que se le habrán de exigir veinte libras de oro, y otra tanta cantidad á su oficio.

Dada á 18 de las Calendas de Octubre, bajo el segundo consulado de ARCADIO, Augusto, y el de RUFINO. [392.]

AUTÉNTICA *ut ab illustribus. (Nov. 71. cap. 1.)*— Este derecho estará en vigor únicamente hasta los ilustres; pues los demás siguen el derecho común.

26. *Los Emperadores* ARCADIO, HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ANTEMIO, *Prefecto del Pretorio.*—En las controversias pecuniarias, aunque especialmente no lo diga de ningún modo la autoridad del mandamiento ó de la sentencia, damos indistintamente á cada cual, si así lo prefiriere, la facultad de responder por medio de procurador, salvo si acaso una más apremiante disposición de un juez superior llamare á algunos, por motivos á veces más justos.

Dada á 1 de los Idus de Octubre.....

(14) iurgantium, *ms. Bg.*
(15) iniecerit, *ms. Bg.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* item, *insertan Hal. y los demás.*
(17) *Respecto de la fecha, con razón observa Jac. Godofr. en su Chronol. Cod. Theod. p. CXXXVII. que hay error, porque ya en el mes de Septiembre no reinó Valentiniano, cuya intervención en la promulgación de esta ley está confirmada por el testimonio de los mms.*
(18) maluerint, *mms. Pl. 1. 2. Gt.*
(19) *Así parece que se ha de enmendar la viciosa lectura* vehementiores, *que se halla en los mms. y ed., porque los Schol. Bas. VIII. 2. 99. dicen:* ἡ σφοδροτέρα-αὐθεντία.
(20) *Esta incompleta indicación de la fecha falta en Hal. La constitución se dió entre los años 405 y 407, pues en el año 405 llegó Antemio á la prefectura, y Arcadio murió á mediado del año 408. Acaso la indicación de la fecha que en el ms. Pist. se aplicó á la ley 24. de este título corresponde á la presente; y si así fuera, y es muy verosímil, debería leerse así:* Dat. prid. Id. Octobr. Constantinop. Arcadio A. et Probo Conss. [406.]

Digitized by Google

Epitome graec. const. ex Bas. (1)

27.—Constitutio prohibet, duorum iudiciorum unum eundemque publicum procuratorem esse, sed alios quidem esse in maximis iudiciis gloriosissimorum praesidum procuratores, alios vero qui eloquentissimis iudicibus pedaneis ministrent in litibus; ac neque eum procuratorem, qui causam agere coepit apud pedaneum iudicem, eundem terminare litem apud gloriosissimum praesidem, sed translationem mandati fieri ab ipso ad procuratorem, qui apud gloriosissimum praesidem assidet; nulla impensa pro permutatione procuratoris facienda in hac translatione, neque communi satisdatione pro hac translatione exigenda; sed et iudicatum solvi satisdationem, et de rato cautionem ita ab initio concipi, ut comprehendantur in his et expensae huius translationis, ut is, a quo exigitur alterutra harum satisdationum, interrogetur, ut spondeat se et hunc apud iudicem pedaneum procuratorem pro iudicatorum solutione aut satisdatione confirmare; et si contingat ex relatione iudicis, aut ex appellatione data contra ipsius sententiam, transferri causam ad maximum iudicium, cui subest iudex, etiam tum ex translatione futurum procuratorem in maximo iudicio, simili modo confirmaturum me spondeo. Nisi haec omnia observata fuerint, si quidem in maximo iudicio haec lex violata fuerit, competenti scrinio quinque auri libras persolvet poenam; si vero apud iudices haec lex praetermissa fuerit, exsecutor litis, qui assidet eloquentissimo iudici, unius auri librae exigetur poenam; alii vero duo, qui ex officio sive ex scholis attributi sunt iudici, duarum auri librarum exigentur mulctam; ipse vero procurator, a quo quid peccatum fuerit, plagis castigetur a praeside vel iudice, interdictus in posterum procuratoris officio fungi in iudicio.

Epitome de la constitución griega, tomado de las Basílicas

27.—La constitución prohibe que una misma persona sea procurador público en dos tribunales, sino que quiere que unos sean, á la verdad, procuradores en los superiores tribunales de los gloriosísimos presidentes, y otros quienes presten su servicio en los litigios á los elocuentísimos jueces pedáneos; y que el procurador que comenzó á sostener una causa ante un juez pedáneo no sea el mismo que termine el litigio ante el gloriosísimo presidente, sino que por él se transfiera su mandato á procurador que actúe ante el gloriosísimo presidente; sin que en esta traslación deba hacerse gasto ninguno por la permuta de procurador, ni exigirse común fianza por la traslación; sino que de tal modo se extiendan al principio la fianza de pagarse lo juzgado y la caución de ratificación, que en ellas se comprendan también las expensas de esta traslación, de suerte que aquel á quien se exige una de estas fianzas sea interrogado, á fin de que prometa confirmar para el pago ó la fianza de lo juzgado al mismo procurador que lo fué ante el juez pedáneo; y si aconteciera que por relación del juez, ó por apelación admitida contra la sentencia del mismo, se transfiere la causa al tribunal superior, á que está subordinado el juez, también en este caso prometo que de igual modo habré de confirmar al que en virtud de la traslación haya de ser procurador en el tribunal superior. Y si no se hubieren observado todas estas disposiciones, y esta ley hubiere sido violada en el tribunal superior, pagará la multa de cinco libras de oro á la secretaría correspondiente; pero si esta ley hubiere sido desatendida ante los jueces, se le exigirá la multa de una libra de oro al ejecutor del litigio, que presta su servicio al elocuentísimo juez; y á los otros dos, que del oficio ó de la corporación fueron asignados al juez, se les exigirá la multa de dos libras de oro; mas el mismo procurador, por quien en algo se hubiere faltado, sea castigado con azotes por el presidente ó por el juez, prohibiéndosele para lo sucesivo ejercer el cargo de procurador en el tribunal.

Supplementa eiusd. const. ex Schol. Thalelaei.

A.—Rursus sancit, ne umquam idem procurator apud duos gloriosissimos praesides litibus subministret vel assideat.

B.—Ipsa constitutio praecipit, ut retro fideiussor solemniter interrogetur, quo simul caveat et pro fideiussore, qui post translationem futurus est.

Suplementos de la misma constitución, tomados de los Escolios de Taleleo

A.—Manda de nuevo, que nunca el mismo procurador preste sus servicios ó asista en los pleitos ante dos gloriosísimos presidentes.

B.—La misma constitución preceptúa, que el fiador anterior sea interrogado solemnemente, para que al mismo tiempo dé caución también por el que ha de ser fiador después de la traslación.

Epitome graec. const. ex Eustathio de tempor. interv.

28.—Si fideiussor procuratoris non definierit tempus, et dixerit forte: ego fideiubeo pro ipso, licet aut mortuus fuerit, aut amplius non appareat, idque sic contigerit, intra vigiliti dies alius fideiussor dandus erit.

Si moriatur aut alias non inveniatur is, qui ad litem ab aliquo datus est procurator, post vicesimum diem a iudiciali decreto, super alterius procuratoris datione interposito, sex mensium dilationem habebit principalis reus peregre degens in

Epitome de la constitución griega, tomado de Eustatio de tempor. interv.

28.—Si el fiador del procurador no hubiere definido tiempo, y acaso hubiere dicho: salgo fiador por él, aunque hubiere muerto, ó no volviese á aparecer, y así hubiere sucedido, se deberá dar otro fiador dentro de veinte días.

Si muriese, ó nunca más se encontrase el que por alguien fué nombrado procurador para un pleito, tendrá el reo principal que esté de viaje en lejana provincia, después del vigésimo día de haberse interpuesto decreto judicial sobre nombra-

(1) *Sospecha Cuyacio, Obs. XIII. 5. i. f., que esta Constitución es de Zenón, lo que tal vez movió á Char. Pac. y Sp. á poner á esta ley esta inscripción:* Imp. Zeno A.—*El epitome de la constitución griega se halla en las Bas. VIII. 2. 100., y restituído por Cuyacio, Obs. XIII. 5., fué admitido después por Char. Cont. 76. y los demás.*

Digitized by Google

remota provincia, ut alium constituat aut ipse veniat; si enim non procul absit, tunc iudicis arbitrio dilatio definitur. (1)

TIT. XIV. [XIII.]

NE LICEAT POTENTIORIBUS PATROCINIUM (2) LITIGANTIBUS PRAESTARE VEL ACTIONES IN SE TRANSFERRE

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (3) ARISTOBOLO *salutem.*—Divine admodum constituit divus Claudius consultissimus princeps, parens noster, ut iactura causae afficerentur hi, qui sibi potentiorum patrocinium advocassent, ut hoc proposito metu iudiciariae lites potius suo marte discurrerent, quam potentiorum domorum opibus niterentur. Quem palam est in tantum provincialium quaestionibus esse commotum, ut huius sanctionis rectores provinciarum custodes et contemtae (4) rei vindices fecerit, scilicet ut in actores seu procuratores in subsidia negotiorum vel usurpatos gratia, vel redemtos severa sententia vindicarent. Quare quum intersit in universum (5) omnium, et praecipue tenuiorum, qui saepe importunis potentium intercessionibus opprimuntur, inter litigatores audientiam tuam impertiri debebis. Nec metuas, ne praeiudices clarissimis viris, quum divus Claudius huius rei rectorem provinciae disceptatorem, et, si res postularet, ultorem specialiter fecerit.

Dat. IV. Id. Septembr. AA. [III. et II.] (6) Conss. (7) [287—304.]

2. *Impp.* HONORIUS (8) *et* THEODOSIUS *AA.* IOANNI *P. P.* (9) — Si cuiuscunque modi actiones (10) ad potentiorum (11) fuerint delatae personas, debiti creditores iactura mulctentur. Aperta enim credentium (12) videtur esse voracitas, qui alios actionum suarum redimunt (13) exactores.

Dat. V. Id. Iul. Ravennae (14), HONORIO XIII. et THEODOSIO X. AA. Conss. (15). [422.]

miento de otro procurador, un término de seis meses para nombrar á otro, ó para venir él mismo; pero si no estuviera lejos, entonces el término es fijado á arbitrio del juez.

TÍTULO XIV. [XIII.]

DE QUE NO LES SEA LÍCITO Á OTROS MÁS PUDIENTES PRESTAR SU PATROCINIO Á LOS LITIGANTES Ó TRANSFERIRSE Á SÍ LAS ACCIONES

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* ARISTOBOLO, *salud.*—El divino Claudio, nuestro padre, príncipe sapientísimo, dispuso, á la verdad, con muy grande acierto, que fuesen castigados con la pérdida del litigio los que se hubieren procurado el patrocinio de personas más poderosas, para que, producido este temor, las contiendas judiciales siguieran su propio curso, mas bien que se confiasen á las recomendaciones de las casas pudientes. Es evidente que tanto se impresionó él en las cuestiones de los de provincias, que hizo á los gobernadores de las provincias guardadores de esta ley, y castigadores de su infracción, para esto, para que castigasen con severa sentencia á los actores ó á los procuradores que hubieren sido obtenidos por favor, ó comprados, para la defensa de los negocios. Y como interese á todos en general, y principalmente á los más débiles, quienes frecuentemente se ven oprimidos por las importunas intervenciones de los pudientes, deberás repartir tu audiencia entre los litigantes. Y no temás, que infieras perjuicio á varones muy esclarecidos, pues el divino Claudio hizo especialmente al gobernador de provincia juez de estos delitos, y, si el caso lo exigiese, corrector de ellos.

Dada á 4 de los Idus de Septiembre, bajo el tercer y segundo consulado de los Augustos. [287—304.]

2. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Si las acciones de una cantidad cualquiera hubieren sido transferidas á personas más poderosas, los acreedores de la deuda sean castigados con su pérdida. Pues parece manifiesta la voracidad de los acreedores, que compran á otros para que ejerciten sus propias acciones.

Dada en Rávena á 5 de los Idus de Julio, bajo el décimo tercer consulado de HONORIO, y el décimo de TEODOSIO, Augustos. [422.]

---

(1) *El argumento de la Constitución griega se halla expuesto por Eustatio. Recogido en Cont. 66. por observación de Cuyacio, pasó luego á Cont. 71. y á los demás.*

(2) patrocinia, *ms. Pl. 1.*

(3) et cc, *añaden los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* huius, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(5) universe, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* et universe, *ms. Pl. 1., ed. Nbg.*

(6) *Se han puesto entre paréntesis estos dos números, siguiendo á Bk., porque nunca Diocleciano y Maximiano ejercieron al mismo tiempo sus segundo y tercer consulado.*

(7) dd. id iul ravnn honr a XIII. et theod aa css., *ms. Pist., aplicando tal vez á esta ley la indicación de la fecha de la siguiente ley 2.*

(8) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Bk.;* Imppp. Arcadius Honorius, *Hal. y los demás.*

(9) Post alia, *inserta el C. Theod.*

(10) cautiones, *el C. Theod. con el que parece que concuerdan mejor las Bas., que dicen:* ἐάν τις — εἰς ὄνομα δυνατοῦ προςώπου παρασκευάζῃ γίνεσθαι τὸ γραμματεῖον.

(11) potentum, *el C. Theod.;* potentium, *ms. Pl. 2., ed. Schf.*

(12) credentium *después de* voracitas, *se lée en los mms. Pl. 1. 2. Bg.*

(13) redimant, *el C. Theod.*

(14) *El C. Theod., Bk., ms. Pist.;* Ravennae, *falta en Hal. y en los demás.*

(15) *Hal. en la nota, Bk., C. Theod., y casi lo mismo el ms. Pist. en la indicación de la fecha de la ley 1. de este título (véase la nota 7. de la ley citada);* Honorio VII. et Theodosio II. AA. Coss., *Hal. en el texto, Russ. y los demás. El ms. Pist. pone á esta ley 2. esta indicación de la fecha:* d. id. iul. raven non a.

Digitized by Google

TIT. XV. [XIV.]

DE HIS, QUI POTENTIORUM NOMINE TITULOS PRAEDIIS AFFIGUNT, VEL EORUM NOMINA IN LITEM (1) PRAETENDUNT

1. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* MESSALAE *P. P.*—Animadvertimus, plurimos iniustarum desperatione causarum potentium titulos et clarissimae privilegia dignitatis his, a quibus in ius vocantur, opponere. At ne in fraudem legum adversariorumque terrorem his nominibus abutantur et titulis, qui huiusmodi dolo scientes connivent (2), afficiendi sunt publicae sententiae nota. Quodsi nullum hac in parte consensum praebuerint, ut libelli aut tituli eorum nominibus (3) aedibus affigantur (4) alienis, eatenus in eos, qui fecerint, vindicetur, ut affecti plumbo perpetuis metallorum suppliciis deputentur. Quisquis igitur lite pulsatus, quum ipse et rei sit possessor et iuris, et titulum illatae solemniter pulsationis exceperit, contradictoriis libellis aut titulis alterius nomen crediderit ingerendum (5), eius possessionis aut causae, quam sub hac fraude aut retinere aut evitare tentaverit, amissione mulctetur, nec repetendae actionis, etiam si ei (6) probabilis negotii merita suffragantur (7), habeat facultatem. Eos sane, qui se sponte alienis litibus inseri patiuntur, quum quum his neque proprietas neque possessio competat (8), veluti famae suae prodigos et calumniarum redemtores notari oportebit.

Dat. XV. Kal. (9) Decembr. Mediolani, STILICHONE (10) et AURELIANO (11) Conss. [400.]

TIT. XVI. [XV.]

UT NEMO PRIVATUS TITULOS (12) PRAEDIIS SUIS VEL ALIENIS IMPONAT, VEL VELA REGALIA (13) SUSPENDAT (14)

1. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* FLAVIANO (15) *P. P.*—Regiae maiestatis est, ut nostrae tantum domus et patrimonia titulorum inscriptione legantur. Omnes igitur intelligant, publico iuri esse deputandum (16) id, cui nomen dominicum praescribitur.

Dat. III. Kal. Decemb. Ravennae, BASSO et PHILIPPO Conss. [408.]

TÍTULO XV. [XIV.]

DE LOS QUE TITULAN SUS PREDIOS CON EL NOMBRE DE PERSONAS MÁS PODEROSAS, Ó EN SUS PLEITOS SE SIRVEN DE LOS NOMBRES DE ELLAS

1. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* MESSALA, *Prefecto del Pretorio.*—Sabemos, que muchos, desesperando de sus causas injustas, oponen á aquellos por quienes son citados á juicio títulos de personas poderosas y privilegios de dignidad muy esclarecida. Mas para que ni en fraude de las leyes, ni para atemorizar á sus adversarios abusen de tales nombres y títulos, los que á sabiendas estuviesen en connivencia en dolo de esta naturaleza han de ser castigados con la nota de pública sentencia. Mas si en este particular no hubieren prestado su consentimiento para que con los nombres de ellos se pongan inscripciones ó rótulos á edificios ajenos, caiga la vindicta únicamente sobre los que tal cosa hubieren hecho, de suerte que condenados á las minas sean destinados á los perpétuos suplicios de ellas. Así, pues, el que citado á juicio, siendo poseedor al mismo tiempo de la cosa y del derecho, y habiendo opuesto excepción al título de la citación hecha solemnemente, hubiere creido que debía ingerir el nombre de otro en sus escritos ó títulos contradictorios, sea condenado á la pérdida de aquella posesión ó causa, que por medio de este fraude hubiere intentado ó retener ó evitar, y no tenga facultad para repetir la acción, aún cuando á él le favorezcan los méritos de aquel negocio razonable. Mas á los que voluntariamente consintieron que se les ingiriese en litigios ajenos, toda vez que á estos ni les compete la propiedad, ni la posesión, convendrá que se les tache como á pródigos de su fama, y á patrocinadores de calumnias.

Dada en Milán á 15 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de STILICÓN y de AURELIANO. [400.]

TÍTULO XVI. [XV.]

DE QUE NINGÚN PARTICULAR PONGA TÍTULOS Á SUS PREDIOS Ó Á LOS AJENOS, Ó SUSPENDA EN ELLOS EL ESTANDARTE REAL

1. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* FLAVIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Corresponde á la majestad real, que únicamente nuestras casas y patrimonios sean designados con la inscripción de títulos. En su consecuencia, sepan todos, que habrá de ser considerada del derecho público aquella propiedad en la que está inscrito el nombre del dueño.

Dada en Rávena á 3 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de BASSO y de FILIPO. [408.]

---

(1) lite, *ms. Cas., ed. Schf., C. Theod. en la rúbrica del título II. 14.*
(2) *Los mms. Pl. 2. Bg., Hal. Bk , C. Theod.;* convenerint, *ed. Nbg.;* conniverint, *ms. Pl. 1. según reciente enmienda, las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Bk., C. Theod.;* vel, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Nbg., C. Theod.;* affigerentur, *Hal. y los demás.*
(5) inserendum, *el C. Theod., Hal. en la nota.*
(6) vel, *inserta el C. Theod.*
(7) suffragentur, *ms. Bg., C. Theod.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. C. Theod.;* neque possessio neque proprietas competat, *todas las ed.; pero las Bas. favorecen el órden de las palabras del texto.*

(9) Dat. V. Kal., *el C. Theod.; pero apoya el dia expresado el ms. Pist.*
(10) Stilicone, *Hal. Bk ;* Stillicone, *el C. Theod.;* Stillichone, *ms. Pist.*
(11) et Aureliano, *faltan en el ms. Pist., y en el C. Theod., que inserta* V. C.
(12) titulum, *ms. Pl. 1.*
(13) *Los mms. Cas. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal.;* regia, *ed. Schf. Russ. y las demás.*
(14) suspendere audeat, *ms. Pl. 2.*
(15) *Jac. Godofr. opina en su Chronol. Cod. Theod. p. CLX/X., que esta ley fué dirigida á* Flavio Manlio, *esto es,* Theodoro, *porque Flaviano no llegó á la prefectura del pretorio en el año 408.*
(16) imputandum, *ed. Nbg., Hal. en el texto, var. l. gl.*

Digitized by Google

2. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA. ad* FLORENTIUM *P. P.*—Ne quis vela regia (1) suspendere vel titulum audeat sine praeceptione iudicis competentis alienis rebus imponere, quas quocunque modo qualiscunque persona possideat, licet non dominus, licet iniustus possessor vel temerarius invasor, qui possidet, doceatur. Eum autem, qui hoc facere ausus fuerit, si plebeius est, ultimo subdi supplicio, si clarissimus, vel curialis, vel miles, vel clericus, proscribendum deportandumque, non solum civitate romana, sed etiam libertate (2) privari censemus, exsecutoresque huius legis omnes iudices esse oportere. Deponendi autem vel frangendi titulos, vel etiam (3) conscindendi vela non solum eis, ad quorum praeiudicium tale aliquid contra fas contraque leges committitur, sed omnibus, tam liberis quam servis, sine metu calumniae vel accusatione criminis licentiam ministramus, decernentes, iudices eorumque officia tricenis libris auri mulctari, si talem accusationem vel admittant, vel depositam scribi concedant.

Dat. XV. Kal. (4) Iul. Constantinop. (5) THEODOSIO A. XVII. et FESTO Conss. [439.]

TIT. XVII. [XVI.]

UT NEMINI LICEAT SINE IUDICIS AUCTORITATE SIGNA IMPRIMERE REBUS, QUAS ALIUS TENET (6)

1. *Imp.* PROBUS *A.* OCTAVIO.—Saepe rescriptum est, ante sententiam signa rebus, quas aliquis tenebat (7), imprimi non oportere. Et ideo ea, rebus aut fructibus apud te constitutis illicite imposita, poteris ipse licite detrahere, ut amotis his causa, quae ex officio tibi infertur, terminetur.

Dat. IV. Kal. Iul. PROBO A. II. et LUPO Conss. (8) [278.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (9) CRAUGASIO.—Rebus, quas alius detinet, imprimere signa nemini licet, etiam si suas vel obligatas sibi eas esse aliquis affirmet.

TIT. XVIII. [XVII.]

NE FISCUS VEL RESPUBLICA PROCURATIONEM (10) ALICUI PATROCINII CAUSA (11) IN LITE (12) PRAESTET (13)

1. *Imp.* GORDIANUS *A.* LEGITIMO *et aliis.*— Reipublicae iuribus (14) adiuvari te, sub obtentu

(1) regalia, *mms. Bg. Rg., ed. Nbg. Schf. Hal.*
(2) eum, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.;* etiam, *omitiendo* vel, *ed. Schf.;* et etiam, *Russ. Cont. 62.;* et, *omitiendo* etiam, *Cont. 66. y los demás.*
(4) XVI. Kal., *ms. Pist.*
(5) *El lugar falta en todas las ed., y ha sido suplido atendiendo al ms. Pist.*
(6) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. Gt., y casi lo mismo el ms. Pl. 2., ed. Nbg. Schf., y todos los mms. de Russ. y de Cont.; concuerdan con las Bas. VII. 11. en la rúbrica;* signa rebus imponere alienis, *Hal. y los demás.*
(7) alius tenebat, *Hal. en el texto;* alius detinet, *Hal. en la nota;* ἄτινα ἄλλος κρατεῖ, *las Bas.*

2. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*—Nadie se atreva á suspender en bienes ajenos el estandarte real, ni á poner en ellos inscripción ninguna, sin mandato de juez competente, cualquiera que sea el título con que los posea una persona determinada, aun cuando se pruebe que no es dueño, sino injusto poseedor ó invasor temerario, el que los posee. Y mandamos, que el que hubiere osado hacer esto, sea condenado, si es plebeyo, al último suplicio, y si muy esclarecido, ó curial, ó militar, ó clérigo, sea privado, al ser proscripto y deportado, no solo de la ciudadanía romana, sino también de la libertad; y que todos los jueces deben ser ejecutores de esta ley. Y damos licencia, no solamente á aquellos en cuyo perjuicio se hace tal cosa contra lo lícito y contra las leyes, sino á todos, así libres como esclavos, para que sin temor á calumnia, ó á acusación de crímen, arranquen ó rompan los títulos, ó rasguen también el estandarte, mandando que sean multados en treinta libras de oro los jueces y sus oficios, si admitieran tal acusación, ó concedieran que se escriba la formulada.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Julio, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

TITULO XVII. [XVI.]

DE QUE Á NADIE LE SEA LÍCITO PONER SELLOS, SIN AUTORIZACIÓN DEL JUEZ, Á LAS COSAS QUE OTRO TIENE

1. *El Emperador* PROBO, *Augusto, á* OCTAVIO.—Frecuentemente se ha decidido por rescripto, que no se debían poner sellos, antes de la sentencia, á las cosas que otro tenía. Y en su consecuencia, tú mismo podrás lícitamente quitar los que ilícitamente hayan sido puestos á las cosas ó frutos constituídos en tu poder, de suerte que, levantados aquéllos, se lleve á término la causa que de oficio se te forma.

Dada á 4 de las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de PROBO, Augusto, y el de LUPO. [278.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* CRAUGASIO.—A nadie le es lícito poner sellos á las cosas que otro retiene, aun cuando alguno afirme que son suyas ó le están obligadas.

TITULO XVIII. [XVII.]

DE QUE EL FISCO Ó LA RÉPÚBLICA NO PRESTE Á NADIE SU PROCURA POR VÍA DE PATROCINIO EN UN LITIGIO

1. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* LEGITIMO *y á otros.*—Deseas contra razón de derecho,

(8) VIIII k ian philippo aa con. ss, *ms. Pist., lo que de ningún modo concuerda con la inscripción.*
(9) *Los mms. Pist. Pl. 1. 2., Hal.;* et CC., *añaden el ms. Bg., las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(10) procurationem, *falta en el ms. Pl. 2.;* procuratores, *ed. Nbg., Hal. en el texto.*
(11) patrocinii causa, *faltan en los mms. Pist.*
(12) in litem, *mms. Vat. Pl. 2., lo que aprueba Cont. al márgen;* illicite, *mms. Cas. Pl. 1. Bg., Hal.; pero* ἐν δίκῃ, *las Bas. VII. 11. en la rúbrica.*
(13) praestent, *ms. Pist.*
(14) iuribus *y* viribus, *que prefiere Cont., apenas pueden leerse en los mms.;* viribus, *lée Cuyacio, Obs. XXVIII. 1; véase la nota correspondiente de la ley 6. C. I. 40.*

Digitized by Google

quantitatis, quam eidem reipublicae debes, contra iuris rationem desideras.

PP. (1) III. Id. Ianuar. GORDIANO A. II. et POMPEIANO Conss. [241.]

2. *Idem A.* TERTULLO.— Quum allegas, partem rerum vel actionum (2) dimidiam fisco, quo magis eius iuribus (3) protegaris, velle te donare, huiusmodi litium donationem admitti, temporum meorum disciplina non patitur. Unde ius tuum, si quod tibi competit, citra invidiam fisci mei tueri solemniter cura.

S. VI. Non. Aug. GORDIANO A. II. et POMPEIANO Conss. (4) [241.]

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (5) AMPHIONI.—Abhorret a seculo nostro, sub praetextu debiti procurationem contra privatos fiscum praestare.

Dat. VIII. Kal. Ianuar. PHILIPPOPOLI, Caess. Conss. [294—305.]

4. *Iidem AA. et CC.* (6) ACHILLI.—Ad fraudem creditoribus faciendam invidiam fiscalem (7) contra seculi nostri tranquillitatem implorari non decet. Redde itaque, quod fisco nostro debes, et, si conventus velut a creditore fueris, quem tibi numerasse pecuniam negas, exceptione non numeratae pecuniae secundum leges uti potes.

Dat. XVI. Kal. Ianuar. SIRMII, Caess. Conss. (8) [294—305.]

TIT. XIX. [XVIII.]

DE NEGOTIIS GESTIS (9)

1. *Imp.* SEVERUS *A.* (10) SOPATRAE.—Quum tutores filiorum tuorum suspectos faceres, eisdemque tutores seu curatores peteres, munere pietatis fungebaris, quae causa non admittit negotiorum gestorum actionem, ut sumtus, quos in ea lite fecisti, repetere possis, quum etiam, si quis pro affectione domestica aliquos sumtus fecerit, nulla ratione eos repetere possit (11).

PP. III. Non. Octob. DEXTRO (12) et PRISCO Conss. [196.]

2. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (13) RUFINAE.—Contra impuberes quoque, si negotia eorum urgentibus necessitatis rationibus utiliter gerantur, in quantum locupletiores facti sunt, dandam actionem, ex utilitate ipsorum receptum est. Quae tibi quoque iure decernitur, quod sumtus in pupillum, quem Romam (14) tutorum petendorum gratia duxisti, fecisse te allegas, si non matertera eiusdem se facere paratam propriis impendiis ostenderit.

que se te favorezca con los derechos de la república, so pretexto de la cantidad que debes á la misma república.

Publicada á 3 de los Idus de Enero, bajo el segundo consulado de GORDIANO, Augusto, y el de POMPEYANO. [241.]

2. *El mismo* AUGUSTO *á* TERTULO.—La disciplina de mis tiempos no permite, que cuando digas que quieres hacer donación al fisco de la mitad de unos bienes ó acciones, para que mejor seas protegido con sus derechos, se admita la donación de pleitos de esta naturaleza. Por lo cual, si alguno te compete, cuida de defender solemnemente tu derecho sin el interés de mi fisco.

Sancionada á 6 de las Nonas de Agosto, bajo el segundo consulado de GORDIANO, Augusto, y el de POMPEYANO. [241.]

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ANFION.—Repugna á nuestro tiempo, que bajo pretexto de una deuda preste el fisco su procuración contra particulares.

Dada en Filipópolis á 8 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* AQUILES.—No es conveniente, que contra la tranquilidad de nuestro tiempo se implore el interés del fisco para defraudar á acreedores. Así, pues, paga á nuestro fisco lo que le debes, y si fueres demandado por un acreedor, que, según dices, no te entregó el dinero, puedes utilizar, conforme á las leyes, la excepción de la cantidad no percibida.

Dada en Sirmio á 16 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

TITULO XIX. [XVIII.]

DE LA GESTIÓN DE NEGOCIOS

1. *El Emperador* SEVERO, *Augusto, á* SOPATRA.—Al acusar de sospechosos á los tutores de tus hijos, y pedir otros tutores ó curadores para los mismos, cumplías un deber de piedad, cuya causa no admite la acción de gestión de negocios, para que puedas repetir los gastos que en este litigio hiciste, pues tampoco si álguien hubiere hecho algunos gastos por afecto á sus domésticos, no podría por razón alguna repetirlos.

Publicada á 3 de las Nonas de Octubre, bajo el consulado de DEXTRO y de PRISCO. [196.]

2. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* RUFINO.—Se ha admitido, por utilidad de los mismos, que también se ha de dar contra los impúberos acción por cuanto se hicieron más ricos, si por apremiantes razones de necesidad se gestionan útilmente sus negocios. Cuya acción también se te concede en derecho, porque alegas que hiciste gastos en beneficio del pupilo que llevaste á Roma con objeto de pedir tutores para él, si no probare su tía materna que estaba dispuesta á hacerlo á su propia costa.

(1) PP., *falta en Hal. y en los demás, supliéndose con el ms. Pist., en el que se halla* PP. VIII. id. ian.
(2) actionem, *Hal. Russ, pero* τὸ—μέρος—τῶν πραγμάτων—ἤτοι τῶν ἀγωγῶν, *las Bas.*
(3) *Véase la nota 14. de la ley 1. de este título, pág. 266.*
(4) PP. VII. non a gord. a. IIII, *ms. Pist.*
(5) et CC., *faltan en los mms. Pist. Vat. Pl. 2.*
(6) et CC., *faltan en el ms. Vat.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76. Bk.;* fiscalium, *Cont. 71. y los demás.*
(8) PP. a cl et maximo css, *ms. Pist.*
(9) De negotiorum gestorum actione, *Hal.;* De negotiis gestis [actione], *Russ.*
(10) Impp. Severus et Antoninus AA., *nuestros mms. y ed.*
(11) petere potest, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* repetere potest, *ms. Gt., ed Nbg. Hal.*
(12) Dextro II., *Bk.*
(13) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 2., ed. Schf.;* Iidem AA., *ms. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal. y después las demás;* id. aa et cc., *ms. Bg.*
(14) Romae, *mms. Pl. 1. 2.*

Digitized by Google

PP. XV. Kal. (1) Februar. LATERANO et RUFINO Conss. [197.]

3. *Iidem AA.* HADRIANO.— Sive pro fratre coherede pecuniam solvisti, negotiorum gestorum actione experiri potes, sive pignoris liberandi gratia debitum universum solvere coactus es, actionem eandem habebis, vel iudicio familiae herciscundae, si non est inter vos redditum, eam quantitatem assequeris.

PP. VIII. Kal. Febr. ANULINO (2) et FRONTONE Conss. (3) [199.]

4. *Iidem AA.* CLAUDIO. — Qui pupillae negotia tutoris mandatu (4) suscepit, pro tutore negotia non videtur gessisse, sed negotiorum gestorum actione pupillae tenebitur.

PP. III. Non. (5) Decembr. FABIANO et MUCIANO Conss. (6) [201.]

5. *Iidem AA.* TRYPHONIO.— Officio nec minus obsequio liberti functus, negotiorum gestorum actionem contra patroni filias pupillas habere non potes (7).

PP. XIII. Kal. Iul. GETA et PLAUTIANO Conss. [203.]

6. *Iidem AA.* GALLO.—Curatorem tibi quidem patris testamento datum dicis; quod non potest videri iure factum. Quodsi, ut proponis, administrationi se immiscuit (8), negotiorum gestorum actio tam adversus eum, quam contra heredes eius tibi competit.

PP.... APRO et MAXIMO Conss. (9) [207.]

7. *Imp.* ANTONINUS *A.* (10) EUPHRATAE.— Si ab eo, qui negotia tua gessit, heres ex duabus unciis institutus es, etiamsi adeas hereditatem, in reliquis decem unciis adversus coheredem competit tibi petitio, si quam adversus defunctum habuisti actionem.

PP. VI. Id. Mai. (11) Romae, SABINO II. (12) et ANULINO Conss. (13) [216.]

8. *Idem A.* (14) SEVERO.—Adversus eos, qui negotia tua gesserunt, negotiorum gestorum iudicio civiliter consiste; nec tibi oberit, si propter occupationes militares eam litem tardius fueris (15) exsecutus, quum hoc genus actionis longi temporis praescriptione excludi non possit.

PP. (16) VI. Kal. Aug. ANTONINO A. (17) et ADVENTO Conss. [218.]

---

(1) XV. Kal., *mms. Pist. Pl. 1.;* X. Kal., *Hal. y los demás.*
(2) II., *inserta Bk.*
(3) pp VIII kl. feb. ancolonie frontonie, *ms. Pl. 1.*
(4) mandato, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(5) pp III n, *según la indicación de la fecha que se halla en el ms. Pist.*
(6) pp III no dcon fabiano et marciano css., *ms. Pl. 1.*
(7) *Ms. Gt., ed. Nbg.;* ἔχειν οὐ δύνασαι, *las Bas.;* potest, *los demás mms. y ed.*
(8) miscuit, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., Hal.*
(9) pp ap et max css, *ms. Pl. 1.*
(10) Impp. ant., *ms. Pist. Bg. Pl. 2.;* Impp. severus et ant. aa., *ms. Vat.;* Id. aa, *mms. Cas. Pl. 1.*
(11) *Los mms. Pist. Pl. 1.;* PP. VI. Id. Mart., *Hal. y los demás.*

Publicada á 15 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de LATERANO y de RUFINO. [197.]

3. *Los mismos Augustos á* HADRIANO.—Si pagaste una cantidad por tu hermano y coheredero, puedes ejercitar la acción de gestión de negocios, y si has sido obligado á pagar íntegramente una deuda para desempeñar una prenda, tendrás la misma acción, ó conseguirás aquella cantidad con el juicio de partición de herencia, si no ha tenido lugar entre vosotros.

Publicada á 8 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de ANULINO y de FRONTON. [199.]

4. *Los mismos Augustos á* CLAUDIO.—El que por mandato del tutor se hizo cargo de los negocios de una pupila, no se considera que administró los negocios como tutor, pero quedará obligado á la pupila por la acción de gestión de negocios.

Publicada á 3 de las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de FABIANO y de MUCIANO. [201.]

5. *Los mismos Augustos á* TRIFONIO.—Habiendo cumplido con el oficio y también con la atención de liberto, no puedes tener la acción de gestión de negocios contra las hijas pupilas del patrono.

Publicada á 13 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de GETA y de PLAUCIANO. [203.]

6. *Los mismos Augustos á* GALO.—Dices que ciertamente en el testamento de tu padre se te dió curador; lo cual no puede considerarse hecho con arreglo á derecho. Mas si, como expones, se inmiscuyó en la administración, te compete la acción de gestión de negocios, tanto contra él, como contra sus herederos.

Publicada..... bajo el consulado de APRO y de MÁXIMO. [207.]

7. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* EUFRATA.—Si por el que administró tus negocios fuiste instituido heredero por dos dozavas partes, aunque adas la herencia, te compete contra tu coheredero la acción para pedir por las otras diez dozavas partes, si tuviste alguna acción contra el difunto.

Publicada en Roma á 6 de los Idus de Mayo, bajo el segundo consulado de SABINO y el de ANULINO. [216.]

8. *El mismo Augusto á* SEVERO.—Comparece civilmente por la acción de gestión de negocios contra los que administraron tus negocios; y no te obstará que por causa de tus ocupaciones militares hayas planteado tardíamente este litigio, toda vez que esta clase de acción no puede extinguirse por la prescripción de largo tiempo.

Publicada á 6 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de ANTONINO, Augusto, y de ADVENTO. [218.]

---

(12) *Los mms. Pist. Pl. 1., Bk.;* II., *falta en Hal. y en los demás.*
(13) Anuillino, *ms. Pist.;* Anolino, *ms. Pl. 1.*
(14) Iid. aa, *mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. (proviniendo acaso de* Imp. Anton. A., *(esto es, Heliogábalo);* Idem A. et C., *ms. Bg., Russ. y después los demás;* Imp. Antonin. Heligabalus A., *Hal. en la nota, lo que, sin embargo, hace constar al márgen Cont., que nunca vió escrito.*
(15) fuisses, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.*
(16) PP., *falta en Hal. y en los demás, y ha sido añadido según el ms. Pist., el que en la indicación de la fecha dice:* PP. VIII k aug ant a III css.
(17) *Ms. Pist., Bk.;* A., *falta en Hal. y en los demás.*

Digitized by Google

9. *Idem A.* (1) SALLUSTIO.— Si pecuniam (2) a debitore tuo Iulianus exegit, eamque solutionem ratam habuisti, habes adversus eum negotiorum gestorum actionem.
PP. VIII. Kal. Mart. PRAESENTE et EXTRICATO (3) Conss. (4) [217.]

10. *Imp.* ALEXANDER *A.* SECUNDO *et aliis.* — Si servum alienum non inutilem domino constitutum aegrum curastis, negotium utiliter gessistis, et competente vobis actione sumtus recuperare potestis.
PP. XII. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. II. et MARCELLO Conss. (5) [226.]

11. *Idem A.* HERENNIAE. — Alimenta quidem, quae filiis tuis praestitisti, tibi reddi non iusta ratione postulas, quum id exigente materna pietate feceris. Si quid autem in rebus eorum utiliter et probabili more impendisti, si non et hoc materna liberalitate, sed recipiendi animo fecisse te ostenderis, id negotiorum gestorum actione consequi potes.

PP. XII. Kal. Februar. ALBINO et MAXIMO Conss. [227.]

12. *Idem A.* THEOPHILO.—Si filius pro patre suo debitum solverit, nullam actionem ob eam solutionem (6) habet, sive in potestate patris, quum solveret, fuerit, sive sui iuris constitutus (7) donandi animo pecuniam dedit. Si igitur pater tuus sui iuris constitutus, pro patre suo negotia gerens, non praecedente mandato debitum eius solvit, negotiorum gestorum agere cum patruis tuis potes (8).

PP. Kal. August. (9) AGRICOLA et CLEMENTINO (10) Conss. [230.]

13. *Idem A.* AQUILAE (11). — Quod in uxorem tuam aegram erogasti, non a socero repetere, sed affectioni tuae debes expendere (12). In funus sane eius si quid eo nomine quasi recepturus erogasti, patrem, ad quem dos rediit, iure convenis.

PP. VIII. Kal. Novemb. (13) AGRICOLA et CLEMENTINO (14) Conss. [230.]

14. *Idem A.* RUFO (15). — Si mandatum solius mariti secutus tam ipsius, quam uxoris eius negotia gessisti, tam tibi, quam mulieri invicem negotiorum gestorum competit actio. Ipsi sane, qui

(1) Id. aa, *mms. Pist. Pl. 1. 2.;* Id a et cc, *ms. Bg.;* Imp. a, *ms. Vat.*
(2) Los *mms. Pl. 1. Bg. Gt., Hal.;* tuam, *insertan el ms. Pl. 2., ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás.; pero con el texto las Bas.*
(3) et albino, *ms. Pist.;* et Extricato II., *Bk.*
(4) Respecto *á la inscripción y á la indicación de la fecha de la ley 8. y 9. cabe pensar, que á la ley 8. le corresponde la indicación de la fecha de la ley 9., y que á esta ley 9. debe ponérsele esta inscripción,* Imp. Antouin. A. *Innumerables ejemplos hay que abonan esta conjetura.*
(5) pp XII. k alex a ss I, *ms. Pist., lo que concuerda mejor con la indicación de la fecha de la nota de Hal.,* Alexandro A. Cos.; *y si esta fuera verdadera, la constitución deberia ser del año 222. Véase la ley 1. C. IX. 35.*
(6) ob eam solutionem, *faltan en el ms. Pl. 2.*
(7) Los *mms. Pl. 1. Bg., Hal. Bk.;* si, *insertan el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Schf. Russ. y las demás; pero* εἴτε αὐτεξούσιος ὢν ψυχῇ δορευμένου —δέδωκεν, *las Bas.*

9. *El mismo Augusto á* SALUSTIO.—Si Juliano exigió de tu deudor el dinero, y tu ratificaste este pago, tienes contra él la acción de gestión de negocios.
Publicada á 8 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de PRESENTE y de EXTRICATO. [217.]

10. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SEGUNDO *y á otros.*—Si curásteis al esclavo ajeno enfermo, que no se había hecho inútil para su señor, gestionásteis útilmente un negocio, y podeis, por la acción que os compete, recuperar los gastos.
3. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.*— Odiosas contrahentium calliditates amputare properantes censemus, ut, si quis, certa quantitate sibimet debita, super ampliore pecunia (1) per dolum et machinationem cautionem exegerit, et ad iudicium debitorem vocaverit, si quidem ante inchoatam litem calliditatis eum poeniteat, et debiti veram quantitatem (2) confessus fuerit, nullo eum dispendio praegravari; sin autem liti praebuit exordium, et in certaminibus negotii permanens arguatur de adiecta falsa (3) quantitate, non solum ea, sed etiam toto debito eum fraudari (4); transactionibus scilicet et secundis confessionibus, sive insinuatae sint sive non, etiam in hoc casu suam obtinentibus firmitatem. Talibus etenim cautionibus hoc obiicere non oportet.

Dat. XV. Kal. Novemb. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. (5) [530.]

TIT. XI

DE DILATIONIBUS

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC. dicunt:*—Quoniam plerumque evenit, ut iudex instrumentorum vel personarum gratia dilationem dare rerum necessitate cogatur, spatium instructionis exhibendae postulatum dari convenit. Quod hac ratione arbitramur esse moderandum, ut, si ex ea provincia, ubi lis agitur, vel persona vel instrumenta poscantur, non amplius, quam tres menses indulgeantur; si vero ex continentibus provinciis, sex menses custodiri, iustitiae (6) est; in transmarina autem dilatione novem menses computari oportebit. Quod ita constitutum iudicantes sentire debebunt, ut hac ratione non sibi concessum intelligant dandae dilationis arbitrium, sed eandem dilationem, si rerum urgentissima ratio flagitaverit, et necessitas desideratae instructionis exegerit, non facile amplius, quam semel, nec ulla trahendi arte sciant esse tribuendam.

Dat. XV. Kal. April. (7) Caesareae (8), Caess. Conss. [294—305.]

2. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* URSUM, *Vicarium* (9).—Si quando quis rescriptum ad extraor-

(1) ampliorem pecuniam, *mms. Pl. 2. Gt.*
(2) et veritatem debiti, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(3) falsi, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*
(4) defraudari, *mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Hal.*
(5) *La indicación de la fecha que los mms. Fist. Paris. ponen á la ley 1. C. III. 9. parece que pertenece á esta constitución; y si esta conjetura es verdadera, esta ley se ha de referir al año II. despues del consulado de Lampadio y de Oreste* (532.)
(6) iustum, *ms. Pl. 1.*; iustitia. *ms. Bg.*
(7) pp nn *(acaso* IIII) K. apr., *mms. Pist. Paris.*
(8) *Los mms. Pist. Paris., los cuales dicen* Caesariae. *El lugar falta en Hal. y en los demás.*
(9) A. adversus Vicarium, *ed. Nbg.*; ad Ursum virum clariss., *prefiere Jac. Godofr. en la nota c. de la ley 1. Th. C. II. 7.*

ceptuándose las personas que piden los bienes hereditarios, ó las cuentas de la tutela ó de la curatela, ó ejercitan la acción de gestión de negocios contra menores ó mayores, ó las que reclaman un depósito como en virtud de una sucesión.

§ 1.—Mas el que en juicio pide menos, en nada se perjudica.

§ 2.—Pero si alguno hubiere consignado en su demanda mayor cantidad de la que se le debe, sea compelido á restituir á la parte contraria en el triplo todo lo que por esta causa dió de más á los ejecutores en concepto de espórtulas.

3. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Apresurándonos á estirpar las odiosas astucias de los contratantes, mandamos que si alguien, debiéndosele cierta cantidad, hubiere exigido por dolo ó malicia caución por otra cantidad mayor, y citare á juicio á su deudor, no sea gravado con ningún gasto, si antes de incoado el litigio se arrepintiese de su ardid, y confesare la verdadera cantidad de la deuda; mas si dió comienzo al litigio, é insistiendo en los debates del negocio se probara que es falsa la cantidad expresada, sea privado no solo de esta, sino también de toda la deuda; conservando, por supuesto, también en este caso su fuerza las transacciones y las segundas confesiones, hayan sido ó no insinuadas. Porque esto no debe ser obstáculo para tales cauciones.

Dada á 15 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

TITULO XI

DE LAS DILACIONES

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, dicen:*—Como acontece las más de las veces, que por la necesidad de los negocios se vea obligado el juez á conceder dilación por razón de los instrumentos ó de las personas, conviene que se dé el plazo pedido para la presentación de la instrucción. Lo que creemos que se debe regular de este modo, que si la persona ó los instrumentos fuesen reclamados de la misma provincia en que se ventila el litigio, no se concedan más de tres meses; si de las provincias del continente, es de justicia que se concedan seis meses; pero si de una ultramarina, deberán contarse nueve meses en la dilación. Y deberán saber los jueces, que esto se determinó así, para que no entiendan que por esta razón se les concedió facultad para dar dilación, sino que sepan que se ha de conceder esta misma dilación, si razones urgentísimas de los negocios la pidieren, y la exigiere la necesidad de la instrucción que se desea, sin que fácilmente la den más de una sola vez, ni la prolonguen, bajo ningún pretexto.

Dada en Cesarea á 15 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

2. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* URSO, *Vicario.*—Cuando alguien hubiere presentado

Digitized by Google

dinarium iudicem reportaverit, dilatio ei penitus deneganda est; illi autem, qui in iudicium vocatur, danda est ad probanda (1) precum mendacia vel proferenda aliqua instrumenta vel testes, quoniam iustructus esse non potuit, qui praeter spem ad alienum iudicium (2) trahitur.

Dat. II. Non. Mart. VOLUSIANO et ANNIANO (3) Conss. [314.]

AUTHENT. *de exhibend. et introducend. reis. § 1. (Nov. 53. c. 1.)*—Quod fieri non debet, nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem se daturum, si litem non exsequatur, aut exsequens non vincat causam. Si igitur post tempus a se constitutum intra (4) decem dies reo praesente non occurrat, dimittatur reus, exacto eo, quod promissum est, et si quid circa litem plus impendisse cum taxatione iudicis iuravit.

3. *Idem A.* PROFUTURO, *Praefecto annonae* (5). —Sive pars, sive integra dilatio fuerit data, eo usque iudicis officium conquiescat, donec petiti temporis defluxerint curricula. Feriae autem, sive repentinae sive solemnes sint, dilationum temporibus non excipiantur, sed his connumerentur.

Dat. VII. Id. Febr. Sirmii, LICINIO V. et CRISPO (6) Conss. [318.]

4. *Idem A. ad* CATULLINUM (7), *Proconsulem Africae.*—A procedente iudice dilationem non convenit postulari, etiamsi utraque parte praesente tribuatur, quum non alias, nisi causa cognita, indulgeri queat, et cognitio causae non interpellatione planaria (8), sed considente magis iudice legitime colligatur, ut, si forte dilationis petitio fuerit improbata, suscepta quaestio per sententiam iudicis dirimatur.

Dat. V. Id. Feb. Sirmii, LICINIO V. et CRISPO (9) Conss. (10) [318.]

5. *Idem A. ad* MAXIMUM *P. U.* (11) — Quum a nobis fuerit ad appellationem consultationemve rescriptum, sive sit primo iudicio petita dilatio et ea (12) tributa non sit, sive nec petita quidem, eam dare cuiquam non licebit, eadem ratione, qua ne in iudiciis quidem cognitionum nostrarum dilatio tribui solet.

PP. Romae, VIII. Kal. April. (13) PROBIANO et IULIANO Conss. [322.]

un rescripto á un juez extraordinario, se le ha de denegar en absoluto la dilación; mas al que es llamado á juicio se le ha de dar para que pruebe las falsedades de las súplicas, ó para que presente algunos documentos ó testigos, porque no pudo estar prevenido el que sin esperarlo es llevado á ajeno tribunal.

Dada á 2 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de VOLUSIANO y de ANNIANO. [314.]

AUTÉNTICA *de exhibend. et introducend. reis. § 1. (Nov. 53. c. 1.)*—Lo cual no debe hacerse, sino cuando el actor hubiere dado fianza, prometiendo que pagará cierta cantidad, si no continúa el litigio, ó si, prosiguiéndolo, no ganase la causa. Así, pues, si después del tiempo fijado por él no compareciese dentro de diez días, hallándose presente el demandado, sea despachado el reo, habiéndose exigido lo que se prometió, y si algo más juró haber gastado para el litigio, con tasación del juez.

3. *El mismo Augusto á* PROFUTURO, *Prefecto de las annonas.*—Ya si se hubiere concedido parte de la dilación, ya si toda ella, quede en suspenso el ministerio del juez hasta que hayan transcurrido los términos del tiempo pedido. Mas los días feriados, ya sean extraordinarios, ya solemnes, no sean descontados de los términos de las dilaciones, sino que cuéntense en ellos.

Dada en Sirmio á 7 de los Idus de Febrero, bajo el quinto consulado de LICINIO y el de CRISPO [318.]

4. *El mismo Augusto á* CATULINO, *Procónsul de Africa.*—No conviene que se pida dilación al juez que se halla al paso, aunque se conceda hallándose presentes ambas partes, como quiera que no puede concederse sino con conocimiento de causa, y este conocimiento de causa no se adquiere legalmente en una interpelación lisa y llana, sino antes bien constituido el juez en el tribunal, á fin de que, si la petición de la dilación fuere acaso impugnada, se dirima por sentencia del juez la cuestión suscitada.

Dada en Sirmio á 5 de los Idus de Febrero, bajo el quinto consulado de LICINIO y el de CRISPO. [318.]

5. *El mismo Augusto á* MÁXIMO, *Prefecto de la Ciudad.*—Cuando por nosotros se hubiere dado rescripto para una apelación ó consulta, ya si en el primer juicio haya sido pedida la dilación y no haya sido concedida, ya si ciertamente no se hubiera pedido, no será lícito que se le conceda á alguien, por la misma razón por la que ciertamente tampoco suele concederse dilación en los juicios en que nosotros conocemos.

Publicada en Roma, á 8 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de PROBIANO y de JULIANO. [322.]

---

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y Cont., Cont. 76., M. Vacarius (en Dirksen. p. 417.), C. Theod.;* improbanda, *ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* εἰ βούλεται διελέγξαι τὸ τῶν δεήσεων ψεῦδος, *las Bas.*

(2) Iudicem, *el C. Theod.; pero* δικαστήριον, *también las Bas.*

(3) et Anniano, *faltan en el ms. Pist.*

(4) infra, *ed. Nbg. Hal. Russ.*

(5) *Los mms. Cas. Bg., ed. Nbg. Bk.;* Pannoniae, *ms. Pl. 1., Hal. y los demás; pero véase Jac. Godofr. en Cronol. Cod. Theod. p. XIV., y la ley 1. C. de relation. VII. 61.*

(6) Licin. A. V. et Crispo Caes., *Bk., lo que concuerda mejor con los fastos, que con las demás indicaciones de la fecha, que del mismo año se hallan en el Código.*

(7) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1., Bk.;* Maximium, *ms. Bg., é igualmente el ms. Pl. 2., ed. Nbg.;* Catullianum, *Hal. y los demás; pero véase Jac. Godofr. en Prosopogr. Cod. Theod. p. 45.*

(8) *Así se halla interlineado en el ms. Bg , ms. Rg., ed. Nbg. Hal. Bk., var. l. gl.;* plenaria, *los demás mms. y ed., concordando menos con las Bas.*

(9) *Sobre la lectura de la ed. Bk. véase la nota 6. de la anterior ley 8.*

(10) pp Rome VIII. k. ap. Pribino et Iuliano css, *mms. Pist. Paris , cuya indicación de la fecha pertenece á la siguiente ley 5., que en aquellos mms. precede á esta constitución.*

(11) P. U., *faltan en nuestros mms., ed Nbg., Hal. en el texto.*

(12) sive ea, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Nbg.; pero nuestra lectura es más verdadera según las Bas.*

(13) *Confirman el día los mms. Pist. Paris., que repiten aquí parte de la indicación de la fecha puesta á la ley 4. de este título. Véase la nota 10. de la ley 4. de este título.*

Digitized by Google

6. *Impp.* CONSTANTIUS *et* CONSTANS *AA.* (1) *ad* PETRONIUM (2), *Vicarium Africae* (3).—Inter privatos et fiscum si aliqua lis mota fuerit, utrique parti petendae dilationis per defensores suos copia deneganda non est, si hoc commoditatis ratio postulaverit.

Dat. V. Id. (4) April. Aquileiae, ACYNDINO et PROCULO Conss. (5) [340.]

7. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* MESSALAE *P. P.* (6) — Nec de statu ac patrimonio litigantibus in transmarina etiam dilatione mensium novem spatia egredi concedatur.

Dat. VI. Kal. (7) Decemb. (8) [EUTROPIO et (9)] THEODORO (10) Conss. [399.]

TIT. XII

DE FERIIS (11)

1. *Impp.* CONSTANTIUS *et* MAXIMIANUS (12) *AA.* SEVERUS *et* MAXIMINUS (13) *Nobb. CC.* VERINO (14).—Quoniam consulis, an similis observantia a nobis adiiciendarum feriarum, quae rebus feliciter gestis proveniunt (15), ad appellationum quoque tempora porrigenda sit, Verine carissime, rescribi placuit experientiae tuae, ut in causis provocationum iugiter et sine additamento huiuscemodi dierum tempora scias servari debere, et supradictorum dierum (16) in appellationum causis minime fieri adiectionem (17).

[2. *Imp.* THEODOSIUS *A.* (18) VICENIO (19).—Ut in die dominico emancipare ac manumittere liceat, reliquae causae vel lites quiescant. Et a die octavo Kalendarum Iulii usque in Kalendas Augusti messivae feriae concedantur (20), et a Kalendis Augusti usque in decimum Kalendarum Septembris agendarum causarum tribuatur licentia. A decimo autem Kalendarum Septembris (21) usque in Idus Octobris vindemiales feriae concedantur (22). Sanctum quoque diem paschae, et diem natalis Domini, et Epiphaniae, septem qui praecedunt, et septem qui sequuntur, sine strepitu volumus observari. Et quod contra hoc factum fuerit, omnibus modis irritatur.] (23)

(1) Constantius et Consti, *ms. Pist.;* Constans et Constantinus, *ms. Cas.;* Const. et Constantinus, *ms. Vat.;* Constantius et Constantinus, *ms. Bg. é invertido el órden la ed. Nbg.;* Const., *ms. Pl. 1.;* Const. et Const., *ms. Pl. 2.;* Constantinus et Constans, *el C. Theod.;* Constantinus Constantius et Constans, *Hal. y los demás, excepto Bk.*
(2) Patronium, *mms. Pist. Pl. 1. Bg.*
(3) africanum, *ms. Bg.*
(4) VI. Id., *el C. Theod.*
(5) D NN apollonio Superioris Lu et Maxim cc css, *ms. Pist.*
(6) Post alia, *comienza el C. Theod.*
(7) XII. Kal., *el C. Theod., Bk.*
(8) Mediolani, *opina Jac. Godofr. en la nota g. de la ley 4. Th. C. II. 7., que se ha de insertar aquí.*
(9) Eutropio et, *faltan en el C. Theod.*
(10) V. C., *insertan el C. Theod., Cont. 76.*
(11) *La rúbrica falta en el ms. Pl. 1.*
(12) Maxentius, *ms. Cas., aprobándolo Cont. al márgen.*
(13) Maximianus, *Hal. Russ.*
(14) Severino, *Coll. Ans. ded.*
(15) perveniunt, *ms. Pl. 1.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., mms. Russ. y Cont., ed. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded.;* observationi, *añaden Hal. y los demás.*

6. *Los Emperadores* CONSTANCIO *y* CONSTANTE, *Augustos, á* PETRONIO, *Vicario de Africa.*—Si entre los particulares y el fisco se hubiere promovido algún litigio, no se le ha de denegar á ninguna de las partes la facultad de pedir dilación por medio de sus defensores, si razones de conveniencia lo exigieren.

Dada en Aquileya á 5 de los Idus de Abril, bajo el consulado de ACINDINO y de PRÓCULO. [340.]

7. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* MESSALA, *Prefecto del Pretorio.*—No se les conceda á los que litigan sobre cuestión de estado y de patrimonio excederse del espacio de los nueve meses, aún tratándose de dilación ultramarina.

Dada á 6 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de EUTROPIO y de TEODORO. [399.]

TITULO XII

DE LOS DIAS FERIADOS

1. *Los Emperadores* CONSTANCIO *y* MAXIMIANO, *Augustos, y* SEVERO *y* MAXIMINO, *Nobilísimos Césares, á* VERINO.—Puesto que nos consultas, Carísimo Verino, si la misma observancia de los días feriados que se hayan de añadir por nosotros, los cuales provienen de negocios felizmente terminados, se haya de extender también á los términos de las apelaciones, nos ha parecido conveniente contestar por rescripto á tu experiencia, para que sepas que en las causas de apelaciones deben guardarse los términos continuadamente y sin el aumento de tales días, y que en manera ninguna se ha de hacer en las causas de apelaciones la adición de dichos días.

[2. *El Emperador* TEODOSIO, *Augusto, á* VICENIO.—A fin de que sea posible emancipar y manumitir en domingo, queden en suspenso las demás causas ó litigios. Desde el día ocho de las Calendas de Julio hasta las Calendas de Agosto se concederán las vacaciones de la recolección, y desde las Calendas de Agosto hasta el diez de las Calendas de Septiembre se dará licencia para proseguir las causas. Mas desde el diez de las Calendas de Septiembre hasta los Idus de Octubre concédanse las vacaciones de la vendimia. Y también queremos que se guarden sin estrépito de juicios el santo día de la Páscua, el de la Natividad del Señor, el de la Epifanía, los siete que le preceden, y los siete que le siguen. Y todo lo que contra estas disposiciones se hubiere hecho, sea absolutamente nulo.]

(17) *Colíjese de la inscripción, que esta Constitución fué dada de mediados del año 305 á mediados del de 306.*
(18) *Parece que el nombre de este emperador proviene aquí de haber sido interpolada esta Constitución tomándola de la Interpretación del Código Teodosiano.*
(19) Imp. Constantin. A., *Cont. 76.*
(20) *Cont. 76., interpret. Visigoth., ley 1. y 2., C. Th. II. 8.;* mensis feria concedatur, *ms. Bg.,* messis feria concedatur, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(21) agendarum—Septembris, *faltan en el ms. Bg.*
(22) *Cont. 76., interpret. Visigoth., ley 1. y 2., C. Th. II. 8.;* vindemialis feria concedatur, *ms. Bg., ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(23) *Esta supuesta ley no se halla en los mms. Cas. Pl. 1. 2. Gt. Rq. ed. Schf., ni en los antiguos códices de Hal. Russ. Cont., pero se lée en los mms. Bg. Pist. (en este, escrita posteriormente al márgen), en el Vat. (que la inserta entre la ley 3. y la 4.), y en las ed. Nbg. Hal., y en otras, pero señalándola Hal. y otros como falsa. Está forjada con la interpretación Visigoda de las leyes 1. y 2. del C. Th. II. 8., pero no consta su verdadero autor, si bien no falta quien crea que la interpoló Galgonio.*

Digitized by Google

3. [**2.**] *Imp.* CONSTANTINUS *A.* HELPIDIO (1).—Omnes iudices urbanaeque plebes (2) et cunctarum artium officia venerabili die solis quiescant. Ruri tamen positi agrorum culturae libere licenterque inserviant, quoniam frequenter evenit, ut non alio aptius die frumenta sulcis aut vineae scrobibus commendentur (3), ne occasione momenti pereat commoditas coelesti provisione concessa.

PP. V. Non. (4) Mart. CRISPO II. et CONSTANTINO II. (5) Conss. [321.]

4. [**3.**] *Idem A. ad* SEVERUM.—A nullo iudice praesumi debet (6), ut auctoritate sua ferias aliquas condat (7). Nec enim imperiales ferias vocari oportet, quas administrator edixerit, ac per hoc, si nomine eximuntur, etiam fructu carebunt.

Dat. Id. April. Sirmii, SEVERO et RUFINO Conss. (8) [323.]

5. [**4.**] *Imppp.* VALENTINIANUS, VALENS *et* GRATIANUS *AAA. ad* OLYBRIUM *P. U.* (9)—Publicas ac fiscales causas tua sinceritas etiam feriatis geminis mensibus, hoc est sine aliqua intermissione, distinguat (10).

§ 1.—Pistoriis quoque causis iisdem diebus ratum in futurum examen adhibebit.

Dat. (11) IV. Non. Maii Treviris (12), VALENTINIANO N. P. et VICTORE (13) Conss. [369.]

6. [**5.**] *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* (14) ALBUCIANO (15), *Vicario Macedoniae.*—Quadraginta diebus, qui auspicio ceremoniarum paschale tempus anticipant, omnis cognitio inhibeatur criminalium quaestionum.

Dat. VI. Kal. (16) April. THESSALONICAE, GRATIANO A. V. et THEODOSIO A. I. Conss. (17) [380.]

7. [**6.**] *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS *AAA.* ALBINO *P. U.* (18)—Omnes dies iubemus esse iuridicos. Illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiem laboris indulgentior annus accepit (19), ae-

3. [**2.**] *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* HELPIDIO.—Descansen todos los jueces, la plebe de las ciudades, y los oficios de todas las artes el venerable dia del sol. Pero trabajen libre y licitamente en las faenas agrícolas los establecidos en los campos, pues acontece con frecuencia, que en ningún otro dia se echa el grano á los surcos y se plantan vides en los hoyos más convenientemente, á fin de que con ocasión del momento no se pierda el beneficio concedido por la celestial providencia.

Publicada á 5 de las Nonas de Marzo, bajo el segundo consulado de CRISPO y de CONSTANTINO. [321.]

4. [**3.**] *El mismo Augusto á* SEVERO.—Por ningún juez debe tenerse la presunción de guardar por su propia autoridad algunas fiestas. Porque tampoco deben llamarse fiestas imperiales las que un administrador hubiere decretado, y por esto, si son privadas del nombre, carecerán también de sus efectos.

Dada en Sirmio los Idus de Abril, bajo el consulado de SEVERO y de RUFINO. [323.]

5. [**4.**] *Los Emperadores* VALENTINIANO, VALENTE *y* GRACIANO, *Augustos, á* OLIBRIO, *Prefecto de la Ciudad.*—Examine tu sinceridad, aún durante los dos meses feriados, esto es, sin ninguna interrupción, las causas públicas y fiscales.

§ 1.—También á las causas de los panaderos les consagrará en los mismos dias exámen válido en lo futuro.

Dada en Tréveris á 4 de las Nonas de Mayo, bajo el consulado del noble jóven VALENTINIANO y de VÍCTOR. [369.]

6. [**5.**] *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ALBUCIANO, *Vicario de Macedonia.*—Suspéndase todo conocimiento de causas criminales durante los cuarenta dias que con el auspicio de las ceremonias preceden al tiempo de la Páscua.

Dada en Tesalónica á 6 de las Calendas de Abril, bajo el quinto consulado de GRACIANO, y el primero de TEODOSIO, Augustos. [380.]

7. [**6.**] *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos, á* ALBINO, *Prefecto de la Ciudad.*—Mandamos que todos los dias sean jurídicos. Será conveniente que permanezcan siendo feriados únicamente los dias de los dos meses que

(1) *Los mms. Pist. Pl. 1. 2.;* Epidio, *ms. Bg., ed. Nbg;* Elpidio, *Coll. Ans. ded., Hal. y los demás; pero véase la ley 1. C. Th. II. 8.*

(2) iudices urbanae plebis, *Coll. Ans. ded.; pero las Bas. también dicen* οἱ δικασταὶ—καὶ οἱ δῆμοι τῶν πόλεων.

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Coll. Ans. ded., ed. Nbg. Schf. Hal.;* mandentur, *Russ. y los demás.*

(4) *Los mms. Pist. Paris., que en lo demás confirman esta indicación de la fecha;* Dat. Non. Mart., *Hal. y los demás.*

(5) Caess., *inserta Bk. de conformidad con los fastos, pero contra la autoridad de las ediciones y de los mms. Pist. y Paris.*

(6) decet, *Coll. Ans. ded.*

(7) concedat, *mms. Pl. 1. Bg., Coll. Ans. ded., ed. Schf.; pero favorecen la lectura vulgar las Bas., que dicen,* ὁριζέτω.

(8) *Ms. Pist.;* Severo—Conss., *faltan en Hal. y en los demás; hace dudar la palabra* Sirmii, *porque en la ley 12. C. Th. XI. 30. se dice que en los Idus de Abril estaba Constantino en Bizancio. Por esto se crée que* Sirmii, *que falta también en el ms. Pist., proviene de mala lectura de la palabra* Severi.

(9) *Ms.* Ca-s., *Cont. 62. Bk.;* pp, *mms. Vat. Bg., ed. Nbg.; en los mms. Pl. 1. 2., Hal. y los demás falta todo signo de la dignidad; pero acaso las letras P. U., son las iniciales de la misma constitución.*

(10) distingat, *ms. Pl. 2., Coll. Ans. ded., ed. Schf.;* distringat, *Hal.*

(11) Dat., *falta en Hal.*

(12) Tyberiade, *Hal. y los demás; pero* Treviris, *Jac. Godofr. en Chronol. Cod. Theod. p. LXXXVI. y la ley 7. C. Th. IX. 42.*

(13) et Victore, *falta en Hal. y en los demás, excepto en Bk.*

(14) *El C. Theod., Russ. Cont. 62. Bk.;* Impp. val valens et Grat aaa, *ms. Pist.;* Id. AAA (AA *ó también* A), *los demás mms. y ed.*

(15) *El C. Theod., Russ. Cont. 62. Bk.;* Luciano *ó* Iuliano, *los demás mms. y ed.*

(16) *El C. Theod., Russ. Cont. 62. Bk.;* Dat. Kal., *Hal. y los demás.*

(17) *El C. Theod., Russ. Cont. 62 (pero este omite I.) Bk.;* Gratiano—Conss., *faltan en Hal. y en los demás.*

(18) P. P., *ms. Vat., C. Theod., combatiéndolo Jac. Godofr. en la nota c. de la ley 19. C. Th. II. 8.*

(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Schf. Bk., Coll. Ans. ded.; ley 19. C. Th. II. 8.;* accipit, *ms. Bg.;* excepit, *Hal. y los demás.*

Digitized by Google

stivos (1) fervoribus mitigandis, et autumnos (2) fructibus (3) decerpendis. Kalendarum quoque Ianuariarum consuetos dies otio mancipamus (4). His adiicimus natalitios dies urbium maximarum, Romae atque Constantinopolis, in (5) quibus debent iura differri (6), quia et ab ipsis nata sunt, sacros quoque paschae dies, qui septeno vel praecedunt numero (7) vel sequuntur, dies etiam natalis atque epiphaniarum Christi, et quo tempore (8) commemoratio apostolicae passionis, totius christianitatis magistrae, a cunctis iure celebratur; in quibus etiam praedictis sanctissimis diebus neque spectaculorum copiam reseramus. In eadem observatione numeramus et dies solis, quos dominicos rite dixere maiores, qui repetito in se calculo revolvuntur. Parem (9) necesse est habere reverentiam, ut nec apud ipsos arbitros, vel a iudicibus (10) flagitatos vel sponte delectos (11), ulla sit agnitio (12) iurgiorum, nostris etiam diebus, qui vel lucis auspicia, vel ortus imperii protulernnt. In quindecim autem paschalibus diebus compulsio annonariae functionis, et omnium publicorum privatorumque debitorum differatur exactio.

Dat. VII. Id. (13) August. Romae, TIMASIO et PROMOTO Conss. (14) [389.]

8. [7.] *Iidem AAA.* TATIANO *P. P.*—Actus omnes, seu publici (15) seu privati, diebus quindecim paschalibus conquiescant (16). In his tamen et emancipandi et manumittendi cuncti licentiam habeant, et super his acta non prohibeantur.

Dat. VI. Kal. Iun. (17) Constantinop. (18) ARCADIO A. II. et RUFINO Conss. [392.]

[9. [8.] *Graecam const. hic excidisse, multi editores sine causa opinantur].*

10. [9. 8.] *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* ANTHEMIO *P. P.*—Provinciarum iudices (19) moneantur, ut in quaestionibus latronum et maxime Isaurorum (20) nullum quadragesimae (21) nec venerabilem pascharum (22) diem existiment excipiendum, ne differatur sceleratorum proditio consiliorum, quae per latronum tormenta quaerenda

el año ha destinado con más indulgencia para descanso del trabajo, los del estío, para mitigar los calores, y los del otoño para recoger los frutos. También destinamos al descanso los acostumbrados días de las Calendas de Enero. Agregamos á estos los días de la fundación de las más grandes ciudades, Roma y Constantinopla, en los cuales deben suspenderse los derechos, porque también de ellas mismas nacieron, los sagrados días de la Páscua, que en número de siete la preceden ó la siguen, los días de la Natividad y de la Epifanía de Cristo, y el tiempo en que con razón se celebra por todos la conmemoración de la pasión apostólica, maestra de toda la cristiandad; en cuyos mencionados santísimos días tampoco damos licencia para espectáculos. En la misma observancia comprendemos también los días del sol, que con razón llamaron domingos nuestros mayores, y que se repiten periódicamente. Es necesario guardar la misma reverencia, para que tampoco en nuestros días, que celebraron nuestro natalicio, ó la elevación al imperio, haya conocimiento alguno de litigios ni ante los árbitros mismos, ora pedidos á los jueces, ora elegidos espontáneamente. Mas durante los quince días de Páscua suspéndase el apremio de la función de los abastecedores, y la cobranza de todas las deudas públicas y privadas.

Dada en Roma á 7 de los Idus de Agosto, bajo el consulado de TIMASIO y de PROMOTO. [389.]

8. [7.] *Los mismos Augustos á* TACIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Todos los actos, así públicos como privados, queden en suspenso durante los quince días de Páscua. Pero en ellos tengan todos facultad para emancipar y para manumitir, y no estén prohibidas las actuaciones sobre estas cosas.

Dada en Constantinopla á 6 de las Calendas de Junio, bajo el segundo consulado de ARCADIO, Augusto, y el de RUFINO. [392.]

[9. [8.]—*Muchos editores opinan sin fundamento que se sustrajo de este punto una constitución griega.*]

10. [9. 8.] *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ANTEMIO, *Prefecto del Pretorio.*—Estén prevenidos los jueces de las provincias, para que no crean que se ha de exceptuar ningún día de la cuaresma, ni aún el venerable de la Páscua en las cuestiones de tormento de los ladrones, y especialmente de los piratas Isauros, á fin de que

(1) *Los mms. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Hal. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp.;* festivos, *Coll. Ans. ded.;* aestivos pro, *ms. Pl. 2.;* aestivos quidem dies, *ed. Schf. Russ. Cont. 62.;* aestivis, *la ley 19. C. Th. II. 8., Bk.*

(2) autumnos *omitiendo* et, *ms. Pl. 1.;* per autumnos, *Hal. Russ. Cont. 62.;* et autumnis, *la ley 19. C. Th. II. 8., Bk.*

(3) foetibus, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg , ed. Nbg.. y la ley 19. C. Th. II. 8.; pero confirman nuestra lectura la Coll. Ans. ded.*

(4) sancimus, *la ley 19. C. Th. II. 8.*

(5) in, *falta en la ley 19. C. Th. II. 8., Bk., Coll. Ans. ded.*

(6) deferri, *ms. Pl. 1., Coll. Ans. ded.;* deferre, *la ley 19. C. Th. II. 8., Bk.*

(7) *En los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf., Coll. Ans. ded., ley 19. C. Th. II. 8.;* numero vel praecedunt, *Hal. y los demás.*

(8) quo et tempore, *Cont. 76.;* quo tempore et, *la ley 5. C. Th. XV. 5.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Rg., ed. Schf. Hal., ley 19. C. Th. II. 8.;* et parem, *Coll. Ans. ded.;* in quibus parem, *ed. Nbg. Russ. y las demás.*

(10) in iudiciis, *la ley 3. C. Th. VIII. 8.*

(11) *Ms. Bg., Coll. Ans. ded., y la ley 3. C. Th. II. 8.;* electos, *mms. Pl. 1 2., y todas las ed.*

(12) *Los mms. Pl. 1. Gt., Coll. Ans. ded., y la ley 3. C. Th. II. 8.;* cognitio, *mms. Pl. 2. Bg., y todas las ed.*

(13) *Ley 19. C. Th. II. 8., Bk.;* Dat. II. Id., *Hal. y los demás.*

(14) *Confirman el mes, el lugar, y los cónsules, los mms. Pist. Paris., Coll. Ans. ded.*

(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., la ley 21. C. Th. II. 8 , Coll. Ans. ded ;* sunt, *insertan Hal. y los demás; pero nuestra lectura concuerda con las Bas.*

(16) sequestrentur, *la ley 21. C. Th. II. 8.*

(17) *Ley 21. C. Th. II. 8., Bk.;* D. S. K. S. ian, *ms. Pist.;* D. S. K. et ian, *ms. Paris.;* Dat. Kal. ian., *Coll. Ans. ded., Hal. y los demás.*

(18) *Los mms. Pist. Paris., ley 21. C. Th. II. 8., Bk.; también en la Coll. Ans. ded. hay vestigios del lugar;* Constantinop., *falta en Hal. y en los demás. Lo restante está confirmado en los mms. Pist. Paris., Coll. Ans. ded.*

(19) *Los mms. Gt. Rg., C. Theod., M. Vacarius (en Dirksen. p. 421.), Coll. Ans. ded.;* praesides, *los demás mms. y ed.*

(20) in Isauror. latron. quaest., *el C. Theod.*

(21) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Nbg. Schf., C. Theod., M. Vacarius (en Dirksen. p. 421.), Coll. Ans. ded.;* tempus, *insertan Hal. y los demás.*

(22) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf., C. Theod.;* paschalem, *Hal.;* paschae, *Russ. y los demás, Coll. Ans. ded.*

Digitized by Google

est, quum facillime (1) in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus et incolumitas procuratur.

Dat. V. Kal. Maii (2) Constantinop. (3) Basso et Philippo Conss. (4) [408.]

11. [**10. 9.**] *Impp.* Leo *et* Anthemius *AA.* Armasio *P. P.*—Dies festos, dies (5) maiestati altissimae dedicatos nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactionum vexationibus (6) profanari.

§ 1.—Dominicum itaque diem ita semper honorabilem decernimus et venerandum (7), ut a cunctis exsecutionibus excusetur, nulla quemquam urgeat admonitio, nulla fideiussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delitescat, sit ille dies a cognitionibus alienus, praeconis (8) horrida vox silescat, respirent a controversiis litigantes (9), habeant foederis intervallum, ad se simul (10) veniant adversarii non timentes, subeat animos vicaria poenitudo, pacta conferant, transactiones loquantur. Nec huius tamen religiosi diei otia relaxantes, obscoenis quemquam patimur voluptatibus detineri. Nihil eodem die sibi vindicet scena theatralis, aut circense certamen, aut ferarum lacrimosa spectacula, etiam si (11) in nostrum ortum aut natalem celebranda solemnitas incideriit, differatur. Amissionem militiae proscriptionemque patrimonii sustinebit, si quis unquam hoc die festo spectaculis interesse, vel cuiuscunque iudicis apparitor praetextu negotii publici seu privati haec, quae hac lege statuta sunt, crediderit temeranda.

Dat. Id. (12) Decemb. Constantinop. Zenone et Marciano Conss. (13) [469.]

TIT. XIII

DE IURISDICTIONE OMNIUM IUDICUM ET DE FORO COMPETENTE

1. *Imp.* Antoninus (14) *A.* Severo *et aliis.*—Non quidem fuit competens (15) iudex procurator noster in lite privatorum, sed quum ipsi eum iudicem elegeritis, et is consentientibus adversariis sententiam tulerit, intelligitis, vos acquiescere debere rei ex consensu vestro iudicatae, quum et procurator iudicandi potestatem inter certas habeat personas, et vos, incongruum eum esse vobis iudicem scientes, tamen audientiam eius elegistis. Quod et in aliis similibus iudicibus (16) tam in actio-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf, C. Theod., Coll. Ans. ded.;* et, *insertan Hal. y los demás.*
(2) *Los mms. Pist. Paris., Russ. Cont. 62., C. Theod.;* Kal. Mart., *Hal. Cont. 66. y los demás.*
(3) *Russ. Cont. 62., C. Theod.;* Constantinop., *falta en Hal. Cont. 66. y en los demás.*
(4) *Los mms. Pist. Paris. confirman el nombre de los cónsules.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Rg., ed. Nbg. Schf., M. Vacarius (en Dirksen. p. 421.) Coll. Ans. ded.;* dies, *falta en Hal. y en los demás.*
(6) exactionis vexation., *ms. Pl. 1.;* exactionibus vexationibusque, *Coll. Ans. ded.*
(7) diem semp. hon. ita decern. vener., *ms. Pl. 1.;* diem ita semp. hon. dec. ven., *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg., y también Hal. pero omitiendo* ita; diem ita semp. hon. ita dec. ven., *ed. Schf., Coll. Ans. ded.*

no se difiera la revelación de los criminales propósitos, que se ha de buscar mediante el tormento de los ladrones, tanto más, cuanto que con la mayor confianza se espera el perdón del supremo número respecto á esto, por cuyo medio se procura la salvación y la conservación de muchos.

Dada en Constantinopla á 5 de los Calendas de Mayo, bajo el consulado de Basso y de Filipo. [408.]

11. [**10. 9.**] *Los Emperadores* León *y* Antemio, *Augustos, á* Armasio, *Prefecto del Pretorio.*—Queremos que no se ocupen en ningunas voluptuosidades, y que no se profanen con ningunas de las vejaciones de las exacciones, los días festivos consagrados á la majestad altísima.

§ 1.—En su consecuencia, mandamos, que de tal manera se honre y se venere siempre el domingo, que esté exento de toda ejecución, que ninguna citación apremie á nadie, que no se exija ninguna prestación de fianza, callen los alguaciles, desaparezca la abogacía, sea este día impropio para conocer judicialmente, enmudezca la terrible voz del pregonero, descansen de sus controversias los litigantes, tengan un intérvalo de paz, se reunan sin temor los adversarios, se apodere de los ánimos el arrepentimiento reparador, se celebren pactos, y se hable de transacciones. Y no sufrimos, sin embargo, al establecer el descanso de este día religioso, que se entregue nadie á obscenas voluptuosidades. No reclamen cabida en este día las representaciones teatrales, ni las luchas del circo, ni los lacrimosos espectáculos de férias; y aplácese también la solemnidad que haya de celebrarse por nuestra elevación, ó natalicio, si cayere en dicho día. Sufrirá la pérdida de su cargo y la confiscación de su patrimonio el que alguna vez asista á los espectáculos en este día festivo, ó el alguacil de cualquier juez que so pretexto de negocio público ó privado hubiere creido poder violar lo que en esta ley se ha establecido.

Dada en Constantinopla los Idus de Diciembre, bajo el consulado de Zenón y de Marciano. [469.]

TITULO XIII

DE LA JURISDICCIÓN DE TODOS LOS JUECES Y DEL FUERO COMPETENTE

1. *El Emperador* Antonino, *Augusto, á* Severo *y á otros.*—Ciertamente que nuestro procurador no fué juez competente en un litigio entre particulares; mas como vosotros mismos lo hayais elegido juez, y, consintiéndolo vuestros adversarios, haya pronunciado sentencia, sabed, que debeis aquietaros á la cosa juzgada con vuestro consentimiento, porque también el procurador tiene facultad para juzgar entre ciertas personas, y vosotros, sabiendo que él no era juez competente para vos-

(8) praeconiis, *Coll. Ans. ded.*
(9) *Ms. Gt., ed. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.;* et, *insertan los demás mms. y ed.*
(10) simul, *falta en los mms Bg. Pl. 2. Coll. Ans. ded.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.;* et si, *Russ. y los demás.*
(12) Dat. V. Id., *Coll. Ans. ded.;* D. G. Id, *mms. Pist. Paris.*
(13) *Los mms. Pist. Paris., y la Coll. Ans. ded. confirman el nombre de los cónsules.*
(14) Impp. Sever. et Antonin, *mms. Vat. Cas. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg., cuya inscripción no concuerda con la indicación de la fecha.*
(15) competens, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal.*
(16) iudiciis, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Schf. Cont. 62., var. l. gl.*

Digitized by Google

nem proponentis, quam in exceptionem opponentis persona locum habebit.

Dat. II. Id. Ianuar. MESSALA et SABINO Conss. [214.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* ALEXANDRO.—Iuris ordinem converti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur; nam ubi domicilium reus habet vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi tantum eum (1) conveniri oportet.

PP. VI. Kal. Septemb. AA. Conss. (2) [287—304.]

3. *Iidem AA.* IUDAE (3).— Privatorum consensus iudicem non facit eum, qui nulli praeest iudicio, nec quod is statuit, rei iudicatae continet (4) auctoritatem.

Dat. (5) VI. Kal. Ianuar. AA. (6) Conss. [287—304.]

4. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad universos provinciales.*—Nemo post litem contestatam ordinariae sedis declinet examen, nec prius praefecti praetorio, aut comitis Orientis, vel alterius spectabilis iudicis imploret auxilium, sed appellatione legibus facta ad sacrum auditorium veniat.

Dat. Kal. Octob. (7) BASSO et ABLAVIO Conss. [331.]

5. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* VINCENTIO (8), *P. P. Galliarum.*— In criminali negotio rei forum accusator sequatur.

§ 1.—Is vero, qui suam causam, sive criminalem sive civilem, sine coelesti oraculo in vetito vocavit examine, aut exsecutionem poposcit (9) militarem, actor quidem propositi negotii actione mulctetur, reus vero pro condemnato habeatur; et tribuni sive vicarii capitalem sibi animadversionem subeundam esse cognoscant, si vel suam vel militum exsecutionem interdictam praebuerint.

Dat. V. Kal. Ianuar. Mediolani, CAESARIO et ATTICO Conss. (10) [397.]

6. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* ANTHEMIO *P. P.*—Magisteriae potestati inter militares viros vel privatum actorem et (11) reum militarem etiam civilium quaestionum audiendi concedimus facultatem, praesertim quum id ipsum de (12) more litigantium esse videatur, constetque, militarem reum, nisi a suo iudice, nec exhiberi posse, nec, si in culpa fuerit, coërceri.

Dat. V. Kal. Maii LUCIO (13) V. C. Conss. [413.]

otros, elegisteis, sin embargo, su tribunal. Lo que tendrá lugar también en cuanto á otros jueces semejantes, así respecto á la persona del que propone acción, como á la del que opone excepción.

Dada á 2 de los Idus de Enero, bajo el consulado de MESALA y de SABINO. [214.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* ALEJANDRO.—Pides que se invierta el órden de derecho, de suerte que el actor no siga el fuero del reo, sino el reo el del actor; pues donde el reo tiene su domicilio, ó lo tuvo al tiempo del contrato, aunque después lo hubiere trasladado, allí tan solo debe ser demandado.

Publicada á 6 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de los Augustos. [287—304.]

3. *Los mismos Augustos á* JUDAS.—El consentimiento de los particulares no hace juez al que no tiene jurisdicción ninguna, y lo que este decidió no tiene autoridad de cosa juzgada.

Dada á 6 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [287—304.]

4 *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á todos los habitantes de las provincias.*—No decline nadie, después de contestada la demanda, la competencia del tribunal ordinario, ni implore antes de tiempo el auxilio del prefecto del pretorio, ó del conde de Oriente, ó de otro respetable juez, sino que recurra al sacro tribunal, hecha la apelación con arreglo á las leyes.

Dada las Calendas de Octubre, bajo el consulado de BASSO y de ABLAVIO. [331.]

5. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* VICENCIO, *Prefecto del Pretorio de las Galias.*—En las causas criminales siga el acusador el fuero del reo.

§ 1.—Mas el que sin celestial oráculo llevó su causa, civil ó criminal, al conocimiento de un tribunal vedado, ó requirió la ejecución militar, sea castigado á la pérdida de la acción del negocio planteado, si es actor, y, si reo, téngasele por condenado; y sepan los tribunos ó los vicarios, que habrán de sufrir la pena capital, si hubieren prestado su propia ejecución ó la militar, estando prohibidas.

Dada en Milán á 5 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de CESARIO y de ATTICO. [397.]

6. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* ANTEMIO. *Prefecto del Pretorio.*—Concedemos á la autoridad del maestre la facultad de conocer aún en las cuestiones civiles entre militares ó entre un actor privado y un reo militar, principalmente pareciendo que esto es conforme á la costumbre de los litigantes, y constando, que un reo militar no puede ser citado ni castigado, aún siendo culpable, sino por su propio juez.

Dada á 5 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de LUCIO, varón esclarecido. [413.]

---

(1) eum, *falta en Hal.*
(2) *Ms. Pist.;* Dat. VI. Id. Octob., *Hal. y los demás.*
(3) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.;* Iudaeae, *Hal. y los demas.*
(4) obtinet, *ms. Pl. 1., M. Vacarius (en Dirksen. p. 422.)*
(5) Dat., *falta en el ms. Pist.*
(6) et, *insertan Hal. Russ. Cont. Char. Pac.*
(7) pp k. oct, *ms. Pist., en el cual además se lée* Balbino *por* Ablavio.
(8) Viventio, *ms. Pl. 1.;* Vicentio, *ms. Pl. 2.*
(9) poposcerit, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.;* poposcerit, *falta en el ms. Pl. 1.*
(10) d XV. k mar cp probo et abienno ss, *ms. Pist., cuya indicación de la fecha pertenece á la ley 7. de este título.*
(11) vel privato actore in, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.;* vel a privato actore in, *ed. Nbg.*
(12) more *omitiendo* de, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.;* ex more, *ms. Gt.;* pro more, *Russ. al márgen.*
(13) Luciano, *Russ. y Cont. al márgen.*

Digitized by Google

7. *Imp.* ANASTASIUS *A.* CONSTANTINO (1) *P. P.* —Periniquum et temerarium esse perspicimus (2), eos, qui professiones aliquas seu negotiationes exercere noscuntur, iudicum, ad quos earundem (3) professionum seu negotiationum cura pertinet, iurisdictionem et praeceptionem declinare conari. Quapropter iubemus, huiusmodi hominibus nec cuiuslibet militiae seu cinguli vel dignitatis praerogativam in hac parte suppetere, sed eos, qui statutis in quacunque militia connumerati sunt vel fuerint, vel qui dignitatem (4) aliquam praetendunt, sine aliqua fori praescriptione his iudicibus tam in publicis quam in privatis causis obedire compelli, ad quorum sollicitudinem professionis seu negotiationis, quam praeter (5) militiam, ut dictum est, exercent, gubernatio videtur respicere, ita tamen, ut ipsis nihilominus iudicibus, sub quorum iurisdictione militia sive dignitas eorum constituta est, procul dubio respondeant; his videlicet, qui contra huius tenorem legis (6) venire tentaverint, militiae cingulo seu dignitatis honore pro tali conamine spoliandis.

Dat. XV. Kal. Mart. Constantinop. PROBO et AVIENO Conss. (7) [502.]

TIT. XIV

QUANDO IMPERATOR (8) INTER PUPILLOS VEL (9) VIDUAS VEL ALIAS (10) MISERABILES PERSONAS COGNOSCAT (11), ET NE EXHIBEANTUR

1. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* ANDRONICUM.— Si contra pupillos, vel (12) viduas, vel diuturno (13) morbo fatigatos, et debiles impetratum fuerit lenitatis nostrae iudicium, memorati a nullo nostrorum iudicum compellantur, comitatui nostro sui copiam facere. Quin immo intra provinciam, in qua litigator et testes vel instrumenta sunt, experiantur iurgandi fortunam, atque omni (14) cautela servetur, ne terminos provinciarum suarum cogantur excedere. Quodsi pupilli, vel viduae, aliique fortunae iniuria miserabiles iudicium nostrae serenitatis oraverint, praesertim quum alicuius potentiam perhorrescunt, cogantur eorum adversarii examini nostro sui copiam facere.

Dat. Kal. Iul. (15) Constantinop. OPTATO et PAULINO Conss. (16) [334.]

TIT. XV

UBI DE CRIMINIBUS AGI OPORTET (17)

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* (18) LAURI-

(1) Constantinus Anastasio, *Russ. al márgen.*
(2) perspeximus, *ms. Pl. 1.*
(3) eorundem, *ms. Pl. 1., ed. Nbg. Hal.;* earum, *Cont. 66. y después los demás.*
(4) seu digu., *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.*
(5) propter, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Hal.*
(6) legis, *falta en los mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(7) *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás, pero ha sido puesta atendiendo al ms. Pist.*
(8) Quando Imp., *faltan en el ms. Pl. 1.*
(9) et, *mms. Pist. Cas. Pl. 1. Gt., ed. Nbg. Hal.*
(10) alias, *falta en los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(11) cognoscit, *ms. Gt., ed. Nbg. Hal.*

7. *El Emperador* ANASTASIO, *Augusto, á* CONSTANTINO, *Prefecto del Pretorio.* — Consideramos que es muy injusto y temerario, que los que se conoce que ejercen ciertas profesiones ó comercios, se empeñen en declinar la jurisdicción y autoridad de los jueces á quienes compete el cuidado de las mismas profesiones ó comercios. En su consecuencia mandamos, que en este punto no les baste á tales personas la prerogativa de cualquier milicia, cíngulo ó dignidad, sino que los que están ó hubieren sido comprendidos en cualquier milicia, ó los que pretenden tener alguna dignidad, sean obligados á obedecer sin ninguna excepción de fuero, así en las causas públicas como en las privadas, á los jueces á cuyo cuidado parece que corresponde el gobierno de la profesión ó del comercio, que, según se dijo, ejercen, con excepción de la milicia, pero de suerte, que sin duda alguna respondan, no obstante, á los mismos jueces bajo cuya jurisdicción se halla constituida la milicia ó la dignidad de ellos; debiendo ser á la verdad despojados, por tal conato, del cíngulo de la milicia ó del honor de su dignidad, los que hubieren intentado contravenir el tenor de esta ley.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de PROBO y de AVIENO. [502.]

TÍTULO XIV

DE CUÁNDO CONOZCA EL EMPERADOR EN LAS CAUSAS ENTRE PUPILOS, Ó VIUDAS, Ú OTRAS PERSONAS MISERABLES, Y DE QUE NO SEAN PRESENTADAS

1. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* ANDRÓNICO.—Si contra pupilos, viudas, atacados de enfermedad incurable, y débiles, se hubiere impetrado el juicio de nuestra lenidad, no sean compelidas dichas personas por ninguno de nuestros jueces á presentarse á nuestra comitiva. Por el contrario, prueben su fortuna en el litigio en la provincia en que se hallan el litigante y los testigos ó los instrumentos, y procúrese con todo cuidado, que no se vean forzadas á salir de los límites de sus provincias. Mas si los pupilos, ó las viudas, ú otras personas miserables por injuria de la fortuna hubieren suplicado el juicio de nuestra serenidad, principalmente cuando tienen gran temor al poder de alguien, sean obligados sus adversarios á presentarse á nuestro exámen.

Dada en Constantinopla las Calendas de Julio, bajo el consulado de OPTATO y de PAULINO. [334.]

TÍTULO XV

DÓNDE SE DEBE EJERCITAR LA ACCIÓN POR CRÍMENES

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Au-*

(12) vel, *falta en las ed. Schf. Hal., C. Theod.*
(13) diuturno, *falta en el C. Theod.;* diutino, *mms. Bg. Gt.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Bg., Hal. Bk., C. Theod., M. Vacarius (en Dirksen. p. 422.);* omnis, *ms. Pl 2., y las demás ed.*
(15) *Ms. Pist., Hal. y los demás, excepto Sp. Bk.;* XV. Kal Iul., *el C. Theod., Sp. Bk.*
(16) *El ms. Pist. confirma también el lugar y el nombre de los cónsules.*
(17) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* oporteat, *Russ. y los demás.*
(18) *Parece que de esta inscripción se debe suprimir el nombre de Antonino, para que concuerde con la indicación de la fecha.*

Digitized by Google

NAE.—Quaestiones eorum criminum, quae legibus aut extra ordinem coërcentur, ubi commissa vel inchoata (1) sunt, vel ubi reperiuntur, qui rei esse perhibentur criminis, perfici debere, satis notum est.

PP. IV. Non. Octobr. DEXTRO II. (2) et PRISCO Conss. [196.]

2. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (3) NICEAE.—Scienti liberum venumdando plagii crimen committit. Ab eo itaque, qui super hoc queri potest, aditus competens iudex, si is, quem puerum ingenuum vendidisse proponis, ibi (4) degit, (5) causam cognoscet.

Dat. prid. Non. (6) Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

AUTHENT. *ut omnes obed. iudicib. provinc.* § *Haec considerantes. (Nov. 69. c. 1.)*—Qua in provincia quis deliquit, aut in qua pecuniarum aut criminum reus sit, sive de terra, sive de terminis, sive de possessione, sive de proprietate, sive de hypotheca, aut de alia qualibet occasione, vel de qualibet re fuerit reus, illic etiam iuri subiaceat; quod ius perpetuum est. Si ergo ambo, et actor et reus (7), sint in provincia, illic omni privilegio cessante res expediatur. Eo autem absente, ex cuius domo iniquum quid patior, ipsum, qui id admisit, vel eius curatorem conveniam, cui datis induciis licet nuntiare (8) domino causae. Qui si neque per se veniat, neque mittat, is, qui primo conventus est, praesentatus condemnetur, in quo sit obnoxius, insuper et is, qui mittere noluit, si tamen omnino appareat obnoxius; nam et de rebus eius satisfiet, si is, qui praesens est, non sit solvendo. Sed si nec ipse, qui dominum praesentare debuit, compareat praeconia voce vocatus, condemnetur, quia contumacia eius pro praesentia est. Quod si desit actor (9), quum reus venerit sive miserit, absolvendus est, (10) et damna ei resarciantur. Excipitur hic, si forma pragmatica occasione publicae causae procedens praeceperit, quemquam principali comitatui exhiberi, aut ex lege hoc faciat, quale est super appellationibus (11). Induciarum vero tempus nova constitutione varium (12) praefinitum est ex diversitate locorum, quatuor scilicet mensium (13), si vicina est provincia, in qua hoc agitur, una aut duabus mansionibus in medio provinciarum constitutis; si vero maius sit spatium, sex; si vero ex Palaestina, aut Aegypto, aut gentium (14) longinquarum, octo menses (15) sufficiant; si vero ex Hesperiis gentibus, aut septentrionalibus, aut Lybia, sufficiens visum est tempus novem mensium.

(1) commissae vel inchoatae, *mms. Pl. 1. 2., Hal., Coll. Ans. ded.;* τὰ ἐγκλήματα ἢ ὅπου ἁμάρτηται, γυμνάζεται, ἢ ὅπου ἄρχθη ἢ—ὄχη, *las Bas.*

(2) II., *falta en Hal. y en los demás, excepto en Bk.; insertalo el ms. Pist., el cual dice además III. Non.*

(3) Id. aa et cc, *mms. Pist. Pl. 1. 2. Bg.;* Idem a, *ed. Nbg.*

(4) ubi, *ms. Bg., ed. Schf.*

(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* ibi, *insertan Hal. y los demás.*

(6) *Ms Pist.;* II. Non., *Hal. y los demás.*

(7) et actor et reus, *faltan en las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.; pero véase la Nov. 69. c. 2.*

(8) *Las ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* denuntiare, *ed. Nbg. Cont. 66. y las demás.*

(9) accusator, *ed. Nbg., var. l. gl.*

(10) *Las ed. Schf. Hal. Russ. Cont 62.;* ut, *insertan Cont. 66. y los demás.*

(11) aut ex lege—appellationibus, *faltan en las ed. Nbg. Schf.*

gustos, á LAURINA.—Es bastante sabido, que las causas por crímenes, que son penados por las leyes ó extraordinariamente, deben ultimarse donde aquellos se cometieron ó se empezaron, ó donde son hallados aquellos á quienes se les acusa de ser reos del crímen.

Publicada á 4 de las Nonas de Octubre, bajo el segundo consulado de DEXTRO y el de PRISCO. [196.]

2. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* NICEA.—El que á sabiendas vende un hombre libre comete el crímen de plagio. Por consiguiente, habiéndose recurrido al juez competente por el que de esto puede querellarse, conocerá en la causa, si vive allí el que dices que vendió un niño ingénuo.

Dada en Sirmio á 1 de las Nonas de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

AUTÉNTICA *ut omnes obed. iudicib. provinc.* § *Haec considerantes. (Nov. 69. c. 1.)*—En la provincia en que alguno delinquió, ó en la que sea reo de cantidades ó de crímenes, ya fuere reo con ocasión de un terreno, ya con la de límites, ó de posesión, ó de propiedad, ó de hipoteca, ó de otra cualquier cosa, allí también quede sujeto á la ley; lo cual es de perpétuo derecho. Luego si ambos, así el actor como el reo, estuviesen en la misma provincia, sustánciese allí la causa, cesando todo privilegio. Mas hallándose ausente aquel por cuya casa sufro algún daño, demandaré al mismo que lo causó, ó á su curador, al cual, habiéndosele dado términos, le es lícito ponerlo en conocimiento del señor principal de la causa. Mas si este ni compareciese por sí, ni enviase quien le represente, hallándose presente el que primeramente fué citado, sea condenado en lo que sea culpable, y séalo además el que no quiso enviar representante, si, no obstante, apareciese en realidad culpable; porque pagará también con sus propios bienes, si no fuese solvente el que está presente. Pero si no compareciera ni el mismo que debió presentar al dueño, habiendo sido llamado por voz del pregonero, sea condenado, porque su contumacia suple su presencia. Mas si faltara el actor cuando el reo hubiere comparecido ó enviado representante, ha de ser absuelto, y se le han de resarcir los perjuicios. Se exceptúa el caso en que expidiéndose pragmática disposición con ocasión de una causa pública hubiere mandado que alguien se presentase á la comitiva del príncipe, ó si esto lo hiciera por disposición de la ley, como sucede en las apelaciones. Pero por una nueva constitución se ha fijado variable duración de términos por razón de la diversidad de lugares, á saber, de cuatro meses, si es vecina la provincia en que esto tiene lugar, y uno ó los dos domicilios se hallasen en medio de las provincias; de seis, si el espacio fuera mayor; pero si en la Palestina, ó en el Egipto, ó en otras regiones lejanas, basten ocho meses; y si en las gentes de Hesperia, ó en las septentrionales, ó en la Libia, pareció suficiente tiempo el de nueve meses.

(12) nova const. varium, *é inmediatamente después* ex divers. locor., *faltan en la ed. Schf.*

(13) Ind. vero temp. praef. est quat. mens. n. const. ex div. loc. sed, *ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.*

(14) egentium, *ed. Schf.*

(15) *La restante parte de esta Auténtica dice así en la ed. Nbg.:* sufficient secundum locorum distantiam, ut habetur in autentica, unde sumpta est ista, ubi tempus praefinitum est quator aut sex aut octo aut novem.

Digitized by Google

TIT. XVI

UBI DE POSSESSIONE AGI OPORTET (1)

1. *Impp.* VALENTINIANUS *et* VALENS *AA. ad* FESTUM, *Proconsulem Africae.*—Ubi aut vis facta dicitur, aut momentaria possessio postulanda est, ibi loci iudicem adversus eum, qui possessionem turbavit, convenit iudicare.

Dat. VIII. Kal. Iun. (2) GRATIANO N. P. (3) et DAGALAIPHO Conss. [366.]

TIT. XVII

UBI FIDEICOMMISSUM PETI OPORTET (4)

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* DEMETRIO. —Fideicommissum ibi petendum esse, ubi hereditas relicta est, dubitari non oportet.

PP. VIII. Kal. Septemb. CHILONE II. (5) et LIBONE Conss. [204.]

TIT. XVIII

UBI CONVENIATUR, QUI CERTO LOCO DARE PROMISIT (6)

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* HERACLIDAE.—Qui certo loco se soluturum pecuniam obligat, si solutioni satis non fecerit, arbitraria actione et in alio loco potest conveniri; in qua (7) venit aestimatio, quod alterutrius interfuit, suo loco potius, quam in eo, in quo petitur, solvi.

Dat. VI. Id. Mart. FUSCO (8) II. (9) et DEXTRO Conss. (10) [225.]

TIT. XIX

UBI IN REM ACTIO EXERCERI DEBEAT (11)

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (12) PANCRATIO.—In rem actio non contra venditorem, sed contra possidentem competit. Frustra itaque desideras, non tecum congredi, sed cum auctore tuo dominum (13) vindicantem, quum te possidere contendas. Nam si denuntiasti ei, qui tibi vendidit, intelligit evictionis periculum (14). Nec enim iurisdictionis forma, in eadem provincia constitutis tam petitore quam possessore, ob auctoris (15) personam, quem in alia provincia dicis consistere, debet immutari.

Dat. Id. April AA. (16) Conss. [293—304.]

(1) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.;* oporteat, *ms. Pl. 1., Russ. y los demás.*
(2) *Confirma el día el ms. Pist.*
(3) N. P., *faltan en Hal. y en los demás, excepto en Bk.; se suplen de conformidad con el ms. Pist., que dice,* grac nobili puero et bacapho ss.
(4) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.;* oporteat, *Russ. y los demás.*
(5) *Ms. Pist., Bk.;* II., *falta en Hal. y en los demás*
(6) promittit, *mms. Pist. Pl. 1.; la rúbrica falta en la ed. Schf.*
(7) in quam, *ms. Pl. 2.*
(8) Ruffo, *Cont. 62.*
(9) *Ms. Pist, Bk.;* II., *falta en Hal. y en los demás.*
(10) pp V id mai fusco II et destro css, *ms. Pist.*

TÍTULO XVI

DÓNDE DEBE INTENTARSE LA ACCIÓN DE POSESIÓN

1. *Los Emperadores* VALENTINIANO *y* VALENTE, *Augustos, á* FESTO, *Procónsul de Africa.*—Donde se dice que se hizo la violencia, ó ha de pedirse la posesión interina, allí conviene que el juez del lugar pronuncie sentencia contra el que turbó la posesión.

Dada á 8 de las Calendas de Junio, bajo el consulado del noble jóven GRACIANO, y de DAGALAIFO. [366.]

TÍTULO XVII

DÓNDE DEBE PEDIRSE EL FIDEICOMISO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* DEMETRIO.—No se debe dudar, que se ha de pedir el fideicomiso allí donde se dejó la herencia.

Publicada á 8 de las Calendas de Septiembre, bajo el segundo consulado de QUILÓN y el de LIBÓN. [204.]

TÍTULO XVIII

DÓNDE DEBE SER DEMANDADO EL QUE PROMETIÓ DAR EN DETERMINADO LUGAR

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* HERACLIDA.—El que se obliga á pagar una cantidad en determinado lugar, si no hubiere verificado el pago, puede ser demandado también en otro lugar por una acción arbitraria; en la cual se comprende la estimación de lo que al otro le importó que se pagase más bien en su propio lugar, que en aquel en que se pide.

Dada á 6 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de FUSCO y el de DEXTRO. [225.]

TÍTULO XIX

DÓNDE DEBA EJERCITARSE LA ACCIÓN REAL

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* PANCRACIO.—La acción real compete no contra el vendedor, sino contra el que posée. Así, pues, en vano pretendes que no pleitée contigo, sino con tu causante, el dueño que reivindica su cosa, sosteniendo tú que la posées. Porque si avisaste al que te la vendió, este conoce el riesgo de la evicción. Porque no debe alterarse la forma de la jurisdicción, habitando en la misma provincia así el demandante como el poseedor, por causa de la persona del vendedor, que dices que reside en otra provincia.

Dada los Idus de Abril, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

(11) debet, *mms. Pl. 2. Bg. Gt.;* vel esse queat, *añade el ms. Pist., y Cont. 66. 76. al márgen.*
(12) et CC., *faltan en los mms. Pist. Vat.*
(13) dominium, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.*
(14) *Hal. Cont. 62.;* intelliget evict. per., *mms. Bg. Pl. 2.;* intelligit sibi evict. per., *ms. Pl. 1;* intelligis evict. per. pertinere ad se, *ed. Schf.;* intelligis sibi evict. per. imminere, *ed. Nbg.;* intelligis evict. illi per. imminere, *Russ. Cont. 66. y los demás, cuya lectura con razón dice al márgen Russ., que pasó de las glosas al texto.*
(15) actoris, *mms. Pl. 1. Bg, ed. Nbg. Schf.; pero* διὰ — τὸν πράτην, *las Bas.*
(16) et, *insertan Hal. y los demás, excepto Sp. Bk.*

Digitized by Google

2. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad universos* (1) *provinciales.*—Si quis, alterius nomine quolibet modo possidens immobilem rem, litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, debet statim in iudicio dominum nominare, ut, sive in eadem civitate degat, sive in agro, sive in alia provincia sit, certo dierum spatio a iudice definiendo (2) eoque ad notionem eius perducendo, vel ipse in loca (3), in quibus praedium situm est, perveniens, vel procuratorem mittens, actoris intentiones excipiat (4). Si vero post huiusmodi indultum tempus minime hoc, quod dispositum est, facere maluerit, tanquam lite, quae ei ingeritur, ex eo die, quo possessor ad iudicium (5) vocatus est, ad interrumpendam longi temporis praescriptionem contestata, iudex, utpote domino (6) possessionis, nec post huiusmodi humanitatem sui praesentiam faciente, edictis legitimis proponendis (7) eum citare curabit, et tunc, in eadem voluntate (8) eo permanente, negotium summatim discutiens in possessionem rerum actorem mitti non differet, omni allegatione absenti de (9) principali quaestione (10) servata.

Dat. X. Kal. August. BASSO et ABLAVIO Conss. (11) [331.]

3. *Imppp.* VALENTINIANUS, THEODOSIUS *et* ARCADIUS (12) *AAA.* (13)—Actor rei forum, sive in rem sive in personam sit actio, sequitur (14). Sed et (15) in locis, in quibus res, propter quas contenditur, constitutae sunt, iubemus in rem actionem adversus possidentem moveri.

Dat. X. Kal. Iul. ARCADIO (16) et BAUTONE Conss. [385.]

TIT. XX

UBI DE HEREDITATE AGATUR, ET (17) UBI SCRIPTI HEREDES (18) IN POSSESSIONEM MITTI POSTULARE DEBEANT (19)

1. *Impp.* VALERIANUS *et* GALIENUS *AA.* MESSIAE (20).—Illic, ubi res hereditarias esse proponis, heredes in possessionem rerum hereditariarum mitti postulandum est. Ubi autem domicilium habet, qui convenitur, vel si ibi, ubi res hereditariae sitae sunt, degit, hereditatis erit controversia terminanda.

Dat. VII. Kal. Maii SECULARE (21) et DONATO Conss. [260.]

2. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á todos los habitantes de las provincias.*—Si poseyendo uno de cualquier modo una cosa inmueble á nombre de otro, sostuviera litigio promovido por un tercero con la acción real, debe desde luego declarar en juicio el nombre del dueño, á fin de que, fijándose por el juez cierto número de días y poniéndolo en conocimiento de aquel, ya habite en la misma ciudad, ya en el campo, ya esté en otra provincia, se oponga á las pretensiones del actor, ora compareciendo él mismo en el lugar en que está situado el predio, ora enviando procurador. Mas si después del tiempo de este modo concedido no hubiere querido en manera ninguna hacer esto que se ha dispuesto, el juez, como si hubiera sido contestada la demanda, que á aquel se le dirige, para el efecto de interrumpir la prescripción de largo tiempo, desde el día en que el poseedor fué llamado á juicio, cuidará de citarlo publicando los edictos legales, visto que el dueño de la posesión no se presenta aún después de esta consideración de humanidad, y entonces, si persistiera en la resolución de no comparecer, conociendo sumariamente del asunto, no diferirá que el actor sea puesto en posesión de las cosas, quedándole reservada al ausente toda alegación sobre la cuestión principal.

Dada á 10 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de BASSO y de ABLAVIO. [331.]

3. *Los Emperadores* VALENTINIANO, TEODOSIO *y* ARCADIO, *Augustos.*—El actor sigue el fuero del reo, ora sea real la acción, ora sea personal. Pero mandamos, que la acción real se promueva contra el poseedor también en los lugares en que se hallan los bienes por que se litiga.

Dada á 10 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de ARCADIO y de BAUTÓN. [385.]

TITULO XX

DÓNDE SE HAYA DE EJERCITAR LA ACCIÓN DE HERENCIA, Y DÓNDE DEBEN PEDIR LOS HEREDEROS ESCRITOS SER PUESTOS EN POSESIÓN

1. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* MESSIA.—Allí donde dices que se hallan los bienes de la herencia, se ha de pedir que los herederos sean puestos en posesión de los bienes de la herencia. Mas la controversia sobre la herencia se deberá terminar donde tiene su domicilio el que es demandado, ó donde se hallan sitos los bienes de la herencia, si allí vive él.

Dada á 7 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de SECULAR y de DONATO. [260.]

---

(1) universos, *falta en el ms. Pist.*
(2) finiendo, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt. Rg., ed. Schf. Cont. 62.*
(3) locis, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal.*
(4) excipiet, *ms. Pl. 2., ed. Schf.;* accipiat, *Bk.*
(5) iudicem, *Sp. Bk.*
(6) dominum *y después* facientem, *mms. Pl. 1. 2.*
(7) proponendis, *falta en Hal.*
(8) voluptate, *ms. Pl. 1.*
(9) de, *falta en las ed. Nbg. Hal.*
(10) actione, *ms. Pl. 1.*
(11) D. XVII k. iul. const. a, *ms. Pist., cuya indicación de la fecha (que interpretamos así,* Dat. XVII. Kal. Iul. Constantinop. Arcad.*), acaso perteneció á la ley 3. de este título.*
(12) Grat. Valent. et Theod., *mms. Pist. Cas. Vat.;* Valent. Grat. et Theod., *ms. Bg., ed. Nbg.;* Grat. et Val., *mms. Pl. 1. 2.*
(13) ad Terentium, Correctorem Tusciae, *añade Cont. 66.*
(14) sequatur, *mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Schf.*
(15) et, *falta en el ms. Pl. 1., y en las ed. Nbg. Hal.; pero* καὶ ὅπου τὰ πράγματα διάκειται, *las Bas.*
(16) A., *inserta Bk.*
(17) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62.;* vel, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(18) *Los mms. Pist. Cas. Pl. 1. Bg., ed. Schf.;* scriptus heres, *mms. Vat. Pl. 2;* heredes scripti, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(19) debet, *mms. Vat. Pl. 2.;* debent, *mms. Pist. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf. Nbg.*
(20) Messinae (Mesiae), *mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* Messalae, *ed. Nbg. Hal. y las demás. Véase la ley 2. C. VIII. 1*
(21) *Ms. Pist.;* Saeculari, *Hal. y los demás:* II., *añade Bk*

Digitized by Google

TIT. XXI

UBI DE RATIOCINIIS, TAM PUBLICIS QUAM PRIVATIS, AGI OPORTET (1)

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (2) GERONTIO.—Eum, qui aliena negotia sive ex tutela, sive ex quocunque alio titulo administravit, ubi haec gessit, rationem oportet reddere.

Dat. VII. Kal. Aug. ANNIBALIANO (3) et ASCLEPIODOTO Conss. (4) [292.]

2. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA.* MACEDONIO, *Magistro militum.* — Nemo post depositum cingulum, (5) privatae vitae redditus, ob negotium, quod militiae causa est ei exortum, praestandi ratiocinii gratia eius numeri, in quo militavit vel quem ipse gessit, a quocunque pulsatus fori praescriptionibus utatur. Unumquemque enim super huiuscemodi causis (6) publicis, quas, dum militaret, exercuit, vel (7) super ratiociniis militaribus, per quae suos contubernales afflixisse asseritur, in militari oportet iudicio respondere, in quo et instructio sufficiens, et nota testimonia, et verissima possunt documenta praestari (8).

Dat. prid. Kal. Iun. Constantinop. ASCLEPIODOTO et MARINIANO Conss. (9) [423.]

TIT. XXII

UBI CAUSA (10) STATUS AGI DEBEAT (11)

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* AURELIO (12) ARISTOCRATI.—Quae (13) a te, quum tibi serviret, refugit (14) et in aliam provinciam se contulit, libertatem sibi vindicans, non iniuria eo loco litigare compellenda est, unde quasi fugitiva recessit. Ideoque remittere eam in provinciam, in qua servivit, praeses provinciae, qui eo loco ius repraesentat, curae habebit; sed non ubi deprehensa est audiri debet.

PP. XIII. (15) Kal. Septemb. POMPEIANO et PELIGNO (16) Conss. [231.]

2. *Imp.* DECIUS *A. et* DECIUS *C.* (17) FELICI (18).—Procuratores nostros status causas examinare non posse, omnibus notum est.

PP. Kal. Decemb. (19) DECIO A. II. et GRATO (20) Conss. [250.]

TITULO XXI

DÓNDE CONVIENE QUE SE PIDAN LAS CUENTAS, ASÍ PÚBLICAS COMO PRIVADAS

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* GERONCIO.—Conviene, que el que por razón de tutela, ó por otro título cualquiera administró negocios ajenos, rinda cuentas donde los administró.

Dada á 7 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de ANNIBALIANO y de ASCLEPIODOTO. [292.]

2. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* MACEDONIO, *Maestre del ejército.*—Después de haber dejado el cíngulo, y habiendo vuelto á la vida privada, no utilice nadie las excepciones de fuero, al ser demandado por otro, por razón de cuestión que se le suscitó por causa de la milicia, para que rinda cuentas con motivo del cuerpo en que militó, ó que él mismo dirigió. Es, pues, conveniente, que sobre los cargos públicos de esta naturaleza que desempeñó mientras fué militar, ó sobre las cuentas de la milicia en las que se afirma que perjudicó á sus compañeros, responda cada cual ante el tribunal militar, en el cual puede presentarse una información suficiente, testimonios conocidos, y los más verídicos documentos.

Dada en Constantinopla á 1 de las Calendas de Junio, bajo el consulado de ASCLEPIODOTO y de MARINIANO. [423.]

TITULO XXII

DÓNDE DEBAN SUSTANCIARSE LAS CUESTIONES SOBRE EL ESTADO

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* AURELIO ARISTOCRATES.—La que, cuando te servia, huyó de tu casa y se trasladó á otra provincia, al reivindicar para sí la libertad, no sin derecho ha de ser compelida á litigar en aquel lugar del cual salió como fugitiva. Por lo tanto, el presidente de la provincia, que en aquel lugar representa la ley, cuidará de remitirla á aquella provincia en que sirvió; pero no debe ser oida donde fué detenida.

Publicada á 13 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de POMPEYANO y de PELIGNO. [231.]

2. *El Emperador* DECIO, *Augusto, y* DECIO, *César, á* FÉLIX.—De todos es sabido, que nuestros procuradores no pueden conocer en las causas sobre el estado.

Publicada las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de DECIO, Augusto, y el de GRATO. [250.]

---

(1) agi oportet *están colocadas después de* Ubi *en los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg. La rúbrica falta en la ed. Schf.*
(2) et CC., *faltan en el ms. Pl. 1.*
(3) Annibalione, *Hal. Russ. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.;* Hannibaliano, *Cont. 62. Bk.*
(4) d. prí. k iun cons. acletodoto et marino css, *el ms. Pist., cuya indicación de la fecha pertenece á la ley 2. de este título.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* suae, *insertan Hal. Russ. Cont. 66. y los demás.*
(6) id est (idem), *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62.; pero* περὶ δημοσίων αἰτιῶν, *las Bas.*
(7) vel, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.*
(8) monstrari, *mms. Pl. 1. 2.*
(9) *El ms. Pist. atribuye esta indicación de la fecha á la ley 1. de este título;* Dat. II. Id. Iun. Coss., *Hal. y los demás.*
(10) causas, *Hal.*
(11) oportet, *ms. Pl. 1.;* oporteat, *Hal.*

(12) Aurelio, *falta en los mms. Vat. Pl. 1. 2.. ed. Nbg., Coll. Ans. ded.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.;* Ea, quae, *ed. Nbg. Russ. Cont. y los demás.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2., Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62., Coll. Ans. ded.;* fugit, *Cont. 66. y los demás.*
(15) XII., *ms. Pist. el cual además dice* religno.
(16) Peligniano, *Bk.;* Feliciano, *Russ. Cont. al márgen. Véase la nota anterior.*
(17) Decius C., *faltan en las ed. Nbg. Hal. y después en las demás; parece que se han de añadir según los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.*
(18) Impp. ant a Elidoro, *ms. Pist., cuya indicación de la fecha pertenece á la ley 4. C. III. 26.*
(19) *Confirma el día el ms. Pist.*
(20) a. a. a. II. et grto, *ms. Pist.*

Digitized by Google

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (1) ZENONIAE.— Si in possessione libertatis constituta es, quum in status etiam quaestione actor rei forum sequi debeat, ibi causam liberalem agi oportet, ubi consistit, quae ancilla dicitur, licet senatoria dignitate actor decoretur.

Dat. II. Id. Maii, AA. Conss. (2) [293—304.]

4. *Iidem AA. et CC.* SISINNIAE.— Si ex possessione (3) servitutis in libertatem quis proclamat, ibi agi oportere status causam, ubi domicilium constitutum habet, qui se dominum dicit, non est ambigui iuris.

Dat. II. Non. Mart. Byzantio (4), Caess. Conss. [294—305.]

5. *Iidem AA. et CC.* DIOGENI, *Praesidi* (5) *insularum.*—Iamdudum a nobis statutum est, ut, si quae causae libertiuitatis (6) et servitutis in provinciis inter fiscum et privatos exorirentur, ad rationalem vel magistrum rei privatae, hoc est unde motae essent quaestiones (7), remitterentur, si quae vero ingenuitatis essent, a rectore provinciae examinarentur.

Dat. (8) IV. Non. Aug. Caess. Conss. [294—305.]

6. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*— In litibus, in quibus, utrum ingenuus an libertinus sit aliquis, quaeritur, quinquennii praescriptionem (9), post quod divino adiutorio opus esse veteres leges praecipiebant, in posterum cessare sancimus, et huiusmodi lites etiam post memoratum tempus ad exemplum ceterarum vel in provinciis apud earum moderatores, vel in hac alma urbe apud competentes maximos iudices (10) examinari. Quod etiam, si clarissima persona super tali conditione vel etiam servili quaestionem patiatur, tenere censemus.

Dat. III. Non. August.... (11).

TIT. XXIII

UBI QUIS DE CURIALI VEL COHORTALI ALIAVE CONDITIONE CONVENIATUR

1. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* FLORENTINO (12) *P. U.* (13)—Si quis vel curiae, vel officiis iudicum, aut aliis quibuscunque corporibus obnoxius intra provinciam ab his erit, quos aufugit (14), comprehensus, non exspectata eius (15) iudicis notione, sub quo per ambitum coeperat militare, penitusque emendicati honoris praescriptione submota, a iudice, qui in locis aditus fuerit, audiatur,

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ZENONIA.—Como quiera que también en las cuestiones de estado deba seguir el actor el fuero del reo, si te hallas en posesión de la libertad, la cuestión sobre la libertad debe ventilarse allí donde reside la que es llamada esclava, aún cuando el actor esté revestido de la dignidad senatorial.

Dada á 2 de los Idus de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* SISINNIA.—No es de dudoso derecho, que si constituido uno en servidumbre reclama su libertad, la cuestión sobre su estado deberá ventilarse allí donde tiene constituido su domicilio el que se dice dueño.

Dada en Bizancio á 2 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

5. *Los mismos Augustos y Césares á* DIÓGENES, *Presidente de las islas.*—Ha tiempo que dispusimos, que si entre el fisco y los particulares surgieren en las provincias algunas cuestiones sobre la condición de libertino y la de esclavo, se remitiesen al contador ó al maestre del tesoro privado, esto es, de allí donde se hubiesen promovido las cuestiones, y que si algunas fuesen sobre la condición de ingénuo, fueran examinadas por el gobernador de la provincia.

Dada á 4 de las Nonas de Agosto, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

6. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—En los litigios en que se discute si alguien es ingénuo ó libertino, mandamos que no haya en lo sucesivo la prescripción de cinco años, transcurridos los cuales, disponían las antiguas leyes, que se necesitaba del auxilio imperial, y que tales causas, á la manera que las demás, sean examinadas, aún después de dicho término, en las provincias por los gobernadores de las mismas, y en esta augusta ciudad por los jueces superiores competentes. Lo que mandamos que también se observe, si una persona muy esclarecida contestara cuestión sobre tal condición ó aún sobre la de esclavo.

Dada á 3 de las Nonas de Agosto.....

TITULO XXIII

DÓNDE DEBAN SER CITADOS LOS CURIALES, LOS COHORTALES Y LOS DE OTRA CONDICIÓN

1. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* FLORENTINO, *Prefecto de la Ciudad.*—Si alguno que pertenece ó á la curia, ó á las oficinas de los jueces, ó á otras cualesquiera corporaciones, hubiere sido detenido por aquellos de quienes huyó, sin aguardar á que en esto conozca el juez bajo el cual por intriga había comenzado á servir, y rechazándose en absoluto la excepción del honor

(1) et CC., *faltan en el ms. Pl. 1.*
(2) prid. id. apr. bizantio conss., *ms. Pist.*
(3) Si expositione, *ms. Pl. 2., Coll. Ans. ded.*
(4) *Hal.;* Byzantii, *Russ. y los demás. Véase la nota 2. de la ley anterior.*
(5) praefecto, *ms. Cas.*
(6) libertatis, *Russ. Cont. al márgen.*
(7) mota est quaestio, *mms. Pl. 1. 2. Gt.. ed. Schf.*
(8) pp, *ms. Pist. en el cual falta* Caes.
(9) divisionem, *mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* dimensionem, *ed. Nbg. Hal., var. l. gl.*
(10) competentia maxima iudicia, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*
(11) D XV K oct valt aaa. V et anatorio ss, *ms. Pist., cuya indicación de la fecha pertenece á la ley 2. del título siguiente.*
(12) Flore, *ms. Vat.;* Floro, *los demás mms. y ed.;* Florentino, *en Jac. Godofr. Prosopogr. Cod. Theod. p. 55.*
(13) *Los mms. Cas. Bg ;* P. P., *los demás mms. y ed.; pero véase Jac. Godofr. l. 1.*
(14) aufugerat, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Nbg.*
(15) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62.;* eiusdem, *ms. Pl. 1., ed. Nbg. Hal. y las demás.*

Digitized by Google

manifestarumque rerum probatione convictus eorum societati, quos declinaverat, aggregetur.

Dat. XII. Kal. August. Mediolani, CAESARIO et ATTICO Conss. [397.]

2. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* CYRO *P. P.*—Hac perpetua lege sancimus, provincialibus iudiciis non posse fori praescriptionem opponere eos, qui ad curias (1) vocantur, vel cohortalibus deberi dicuntur (2) officiis, vel aliis corporibus obnoxii sunt, eos etiam, qui superexactiones vel concussiones perpetrasse firmentur (3); exceptis videlicet his, qui armata militia praediti sunt vel alias (4) speciali beneficio principali sese defendunt, ita tamen, ut cui ex militaribus viris curiae nomen vel cohortalis officii quaestio ingeratur, rector provinciae super eius nomine tam ad sedem tuae magnificentiae, quam ad magisteriam vel competentem referat potestatem, ut hi, qui velut debiti postulentur, provinciali iudicio destinati ibi eventum iudicii exspectent, ubi iura moveri praecipiunt huiusmodi quaestiones. Super publicis autem functionibus et debitis nemini liceat fori praescriptionem opponere praeter eos (5), qui specialiter excepti sunt. Ceteros excelsae tuae sedis et rectorum provinciarum in quolibet negotio declinare minime posse iudicium decernimus, ita ut, qui tam saluberrimam legem pertinaciter violare tentaverint, sciant, a moderatoribus provinciarum adversus se tanquam in (6) contumaces sententiam proferendam.

Dat. XI. Kal. (7) Octob. Constantinop. VALENTINIANO A. V. et ANATOLIO V. C. Conss. (8) [440.]

TIT. XXIV

UBI SENATORES VEL CLARISSIMI (9) CIVILITER VEL CRIMINALITER CONVENIANTUR

1. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* OCTAVIANUM (10), *Comitem Hispaniarum.*—Quicunque non illustri, sed clarissima dignitate tantum praeditus (11) virginem rapuerit, vel fines aliquos invaserit, vel in aliqua culpa seu crimine fuerit deprehensus (12), intra provinciam, in qua facinus perpetravit, publicis legibus subiugetur, nec fori praescriptione utatur. Omnem enim huiusmodi (13) honorem reatus excludit.

que mendigándolo hubiere alcanzado, sea oido por el juez á quien en aquel lugar se hubiere acudido, y convicto con la prueba de los hechos expuestos, sea agregado á la corporación de aquellos que había abandonado.

Dada en Milán á 12 de Calendas de Agosto, bajo el consulado de CESARIO y de ATTICO. [397.]

2. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* CIRO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos por esta ley de perpétua observancia, que en los tribunales de provincia no puedan oponer la excepción de fuero los que son llamados á la curia, ó los que se dice que se deben á los oficios de una cohorte, ó los que pertenecen á otros cuerpos, como tampoco aquellos de quienes se afirme que cometieron exacciones indebidas ó concusiones; debiéndose exceptuar, sin embargo, los que sirvieron en la milicia armada, ó los que de otra suerte se defienden con especial favor del príncipe, pero de modo que respecto de aquel militar á quien se impone el nombre de curial ó la condición del cargo de cohortal, dé cuenta el gobernador de la provincia sobre la condición del mismo, así á la sede de tu magnificencia, como á la autoridad del maestre, ó á la que sea competente, para que los que sean reclamados como debidos, esperen, destinados al tribunal provincial, el resultado del juicio allí donde las leyes mandan que se promuevan las cuestiones de esta naturaleza. Pero tratándose de funciones y de deudas públicas, á nadie le sea lícito oponer la excepción de fuero, salvo á aquellos que especialmente están exceptuados. Los demás, mandamos, que en manera ninguna puedan declinar en cualquier negocio que sea el juicio de tu excelsa sede, ni el de los gobernadores de las provincias, debiendo saber los que hubieren intentado violar pertinazmente esta tan saludable ley, que contra ellos, como contra contumaces, se proferirá sentencia por los gobernadores de las provincias.

Dada en Constantinopla á 11 de las Calendas de Octubre, bajo el quinto consulado de VALENTINIANO, Augusto, y el de ANATOLIO, varón esclarecido. [440.]

TITULO XXIV

DÓNDE HAN DE SER CITADOS CIVIL Ó CRIMINALMENTE LOS SENADORES Ó LOS MUY ESCLARECIDOS

1. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* OCTAVIANO, *Conde de las Españas.*—El que gozando, no de ilustre, sino solamente de muy esclarecida dignidad, hubiere cometido el rapto de una virgen, ó invadido algunos límites, ó sido sorprendido en alguna culpa ó en crimen, será sometido á las leyes públicas en la provincia en que perpetró el delito, y no utilizará la excepción de fuero. Porque el reato excluye todo honor de esta naturaleza.

(1) curiam, *mms. Pl. 1. 2. Gt., Nov. Theod.*
(2) dicentur, *mms. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.*
(3) firmantur, *Nov. Theod.*
(4) vel aliis, qui, *mms. Pl. 1. 3. Bg., ed. Nbg.;* vel ab aliis, qui, *ed. Schf.*
(5) etiam, *añaden el ms. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Cont. 62., Nov. Theod.;* in, *falta en las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(7) *Nov. Theod., Bk.;* XII. Kal., *Hal. y los demás.*
(8) Constantin.—Conss., *Cont. 76. Bk., cuya indicación de la fecha está tomada del Nov. Theod.;* Cyro V. C. Cons., *Hal. y los demás. Véase la nota correspondiente de la ley 6. del título anterior.*
(9) viri, *inserta el ms. Bg.*
(10) Octavum, *mms. Vat. Cas. Pl. 1. 2.;* Octavium, *mms. Pist. Bg., Hal.*
(11) Quicunque clarissimae dignitatis, *el C. Theod.*
(12) statim, *inserta el C. Theod.*
(13) huiusmodi, *falta en el C. Theod.*

Digitized by Google

Dat. prid. Non. (1) Decemb. Serdicae. Accepta V. Non. Mart. Cordubae (2), GALLICANO ET BASSO Conss. (3) [317].

2. *Imppp.* VALENS, GRATIANUS *et* VALENTINIANUS (4) *AAA. ad Senatum.*—Senatores in pecuniariis causis, sive in hac alma (5) urbe sive in suburbanis degunt, in iudicio tam praetorianae quam urbicariae praefecturae, nec non magistri officiorum (quotics tamen ad eum nostrae pietatis emanaverit iussio), in provinciis vero ubi larem fovent, aut ubi maiorem bonorum partem possident et assidue versantur (6), respondebunt.

[Dat. Kal. Mart. VALENTINIANO A. et NEOTERIO Conss. (7) [390.]]

3. *Imp.* ZENO *A.* ARCADIO *P. P.*— Quoties viro forte patricio, vel expatricio, vel ei, quem praetorianae vel urbicariae amplissimae sedis administratio illustravit, vel consulari viro, quem tam ordinaria professio quam sacra (8) nostrae pietatis pariter sublimavit oratio, quive magisteriae potestatis sudoribus clarus factus est, vel ei, qui magistri officiorum vel quaestoris officio functus, aut sacro (9) nostrae pietatis cubiculo praepositus post depositam administrationem senatorio ordini sociatus est, aut cui nostra serenitas domesticorum scholam regendam mandavit, cuive sacros nostri numinis thesauros aut res privatas nostrae pietatis (10) vel serenissimae Augustae, nostrae coniugis, gubernandas iniunxit, post depositam videlicet administrationem, crimem publicum privatumque, cui tamen non per procuratorem respondere liceat, in hac alma urbe vel in provinciis commorauti ingeratur, nullius alterius iudicis, nisi nostrae pietatis, huiusmodi esse cognitionem, vel sacri tantummodo cognitoris, cui nostra serenitas huiusmodi negotii audientam vice sua sacris apicibus mittendis mandaverit, ita tamen, ut apud talem (11) iudicem, nullius officii vel scholae intercedente ministerio, more atque habitu sacrarum consultationum, absque ulla videlicet observatione dierum fatalium, introductae causae, viris devotissimis sacri nostri scrinii libellensibus solemnia implentibus, audiantur; eo, qui in crimen vocatus erit, ne quas ante probationes iniurias patiatur, sedendi quoque in aliqua secretarii parte, quae iudicibus inferior, altercantibus vero superior esse videatur, habituro licentiam.

§ 1.—Adeo autem tantarum honores dignitatum duximus augendos, ut ne sacro quidem cognitori nostro (12), postquam (13) crimen fuerit patefa-

Dada en Sérdica á 1 de las Nonas de Diciembre. Aceptada en Córdoba á 5 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de GALICANO y de BASSO. [317.]

2. *Los Emperadores* VALENTE, GRACIANO *y* VALENTINIANO, *Augustos, al* SENADO.—Los senadores, ya si moran en esta augusta ciudad, ya si en sus suburbios, responderán en las causas pecuniarias ó ante el tribunal de la prefectura pretoriana ó de la ciudad, ó aún ante el del maestre de los oficios (siempre que para este emanare mandato de nuestra piedad), pero si en las provincias, donde tienen su domicilio, ó donde poséen la mayor parte de sus bienes y residen habitualmente.

Dada las Calendas de Marzo, bajo el consulado de VALENTINIANO, Augusto, y de NEOTERIO. [390.]

3. *El Emperador* ZENÓN, *Augusto, á* ARCADIO, *Prefecto del Pretorio.*—Cuando acaso á un patricio, ó expatricio, ó al que hizo ilustre la presidencia de la excelsa sede pretoriana ó de la ciudad, ó á un varón consular, á quien hubiere elevado ya su profesión ordinaria ya igualmente un sacro decreto de nuestra piedad, ó que se hizo esclarecido con los trabajos de la autoridad de maestre, ó al que habiendo desempeñado el cargo de maestre de los oficios, ó el de cuestor, ó habiendo sido designado prepósito de la sacra cámara de nuestra piedad, fué asociado, después de terminadas sus funciones, al órden senatorial, ó á quien nuestra serenidad encomendó la dirección del cuerpo de domésticos, ó á quien dió el gobierno de los sacros tesoros de nuestro número, ó de los asuntos privados de nuestra piedad, ó de la serenísima Augusta, nuestra cónyuge, se le atribuyese, después de haber cesado en su cargo, residiendo en esta augusta ciudad ó en las provincias, un crimen público ó privado, al cual, sin embargo, no le sea lícito responder por medio de procurador, no competa este conocimiento ó ningún otro juez, sino á nuestra piedad, ó en todo caso al sacro conocedor á quien nuestra serenidad hubiere encomendado por sacras órdenes el conocimiento de este negocio en representación suya, pero de suerte, que las causas sometidas á tal juez sean examinadas sin la intervención del ministerio de ningún oficio ó escuela, en la forma acostumbrada y corriente en las sacras consultas, y ciertamente sin observancia alguna de días fatales, llenando los devotísimos oficiales de nuestra sacra secretaría todas las solemnidades; habiendo de tener el que hubiere sido llamado á juicio criminal facultad también para tomar asiento en un punto del tribunal que parezca inferior al de los jueces, pero superior al de los acusadores, á fin de que no sufra injurias antes de las pruebas.

§ 1.—Mas en tal grado hemos creido deber aumentar los honores de tan altas dignidades, que no concedemos facultad á nuestro sacro delegado pa-

(1) *Ms. Pist., C. Theod.;* II. Non., *Hal. y los demás.*
(2) *El C. Theod., Russ. Cont. 62. Bk.;* Serdicae—Cordubae, *faltan en Hal. y en los demás.*
(3) *El ms. Pist. confirma los nombres de los cónsules.*
(4) *Los mms. Pist. Pl. 1. 2. Bg. confirman los nombres de estos emperadores, los cuales se hallan en todas las ed. menos en la de B. K.;* Grat. et Valent., *ms. Cus.;* Valentinianus, Theodos. et Arcad., *Bk. Véase la ley 13. C. Th. IX. 1.*
(5) alma, *falta en los mms. Bg. Gt., ed. Schf.*
(6) conversantur, *ms. Bg., ed. Nbg. Schf.*
(7) *Colígese de la inscripción, ajustada al texto de los códices, que es falsa esta indicación de la fecha, que se lée en Cont. 66. y en los demás, (con la diferencia, que Bk. pone después de* A. *el número* IV.*);* Dat Kal. Mart., *Hal. Russ. Cont. 62.;* D. XII. K. vct. apro css., *ms. Pist., cuya indicación de la fecha se ha de aplicar mas bien á la ley 2. tit. XXVI. Sería preferible corregirla atendiendo á la ley 13. del C. Th., IX. 1., de este modo:* Lecta in Senatu III. Id. Feb. Valente V. et Valentiniano AA. Conss. (376). *Véase Jac. Godofr. en los coment. de la ley 13. del Cód. II. IX. 1.*
(8) sacrae, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Hal.*
(9) sacrae, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Hal.*
(10) partis, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf.*
(11) Illum, *ed. Nbg. Hal.;* ἐν τῷ τοιούτῳ δικαστηρίῳ. *las Bas.*
(12) nostro, *falta en los mms. Bg. Pl. 2., ed. Schf. Cont. 62*
(13) nec postquam, *mms. Bg. Pl. 2. Gt., ed. Schf. Cont. 62.*

Digitized by Google

ctum, contra huiusmodi viros vel eorum substantias (1) statuendi aliquid concedamus facultatem, sed hoc (2) solummodo in huiusmodi viros vice quoque principis auditori (3) licebit, ut intentatum apud se crimen, si patefactum fuerit (4), ad principalem referat notionem (5). Ultionis autem tantis inferendae dignitatibus modus non nisi in principis residebit (6) arbitrio, quum sit certum, oportere accusatoris calumniam, reo videlicet protinus (7) absolvendo, inconsulta quoque nostra serenitate, prout leges sanciunt, coërceri, nisi forte accusator quoque non minoris quam reus sit dignitatis; in hoc namque casu super coërcenda huiusmodi accusatoris calumnia non immerito consulenda erit principalis auctoritas.

§ 2.—Viros autem illustres in hac inclyta urbe degentes, qui sine administratione honorariis decorati fuerint codicillis, licet talem praerogativam nostrae iussionis meruerint, ut quod non egerint videantur egisse, in criminalibus causis magnificae tuae sedis et illustrissimae urbicariae praefecturae nec non etiam viri magnifici magistri officiorum (quoties tamen ad eius iudicium specialis nostrae pietatis emanaverit iussio) sententiis respondere decernimus, ita ut huiusmodi viri sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vindicent facultatem. Sciant autem ipsi quoque, nec de se, nec de suis (8) facultatibus iudicaturos aliquid, nec probatis criminibus, nisi prius ad nostram pietatem retulerint, posse statuere.

§ 3.—Quoties autem viri illustres in provinciis constituti (non hi tamen, quorum cognitio ad nostram maiestatem vel ad iudicem vice nostri numinis auditurum pertineat) in querimoniam fuerint criminalem vocati, et sedendi, quum celebratur cognitio, in secretariis iudicantium ius consequantur, et iudices, patefactis quoque criminibus, ferendis contra huiusmodi viros (9) vel facultates eorum sententiis abstineant, dum nostrae pietatis ad suas meruerint relationes responsum; supplicio videlicet, quod accusatoribus patefacta eorum calumnia ingerendum est, nec apud provinciales iudices, si non, sicut superius dictum est, similem dignitatem habeant, differendo.

Dat. Constantinop. (10)...

TIT. XXV

IN QUIBUS CAUSIS MILITANTES FORI PRAESCRIPTIONE UTI NON POSSUNT

1. *Impp.* THEODOSIUS *et* VALENTINIANUS *AA.* FLORENTIO *P. P.*— Omnes omnino domesticos et agentes in rebus, et quaecunque alia praetenditur (11) militia vel dignitas (12), sub moderatoribus

(1) substantiam, *mms. Pl. 2. Gt., Cont. 76.*
(2) si hoc, *mms. Pl. 2. Bg.*
(3) audituro, *Hal. Bk.;* ὁ βίκε πρίγκιπις ἀκροώμενος, *las Bas.*
(4) fuisset, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.*
(5) notitiam, *ed. Nbg. Hal.*
(6) sedebit, *ed. Nbg. Hal.*
(7) reo penitus *omittendo* videl., *ed. Nbg. Hal.*

ra decidir nada contra tales personas ó contra sus bienes, después que se hubiere probado el crimen, sino que aún al que conoce en representación del príncipe únicamente le será lícito contra tales personas poner en conocimiento del príncipe el crimen ante él perseguido, si hubiere sido probado. Pero el modo de la pena, que haya de imponerse á tales dignidades, no estará sino á arbitrio del príncipe, siendo cierto que debe ser castigada la calumnia del acusador en la forma que las leyes determinan, debiendo, por supuesto, ser absuelto inmediatamente el reo, aún sin consultarse á nuestra serenidad, á no ser acaso que también el acusador sea de no menor dignidad que el reo; porque en este caso, no sin razón se habrá de consultar á la autoridad del príncipe sobre la represión de la calumnia de tal acusador.

§ 2.—Pero mandamos, que los varones ilustres residentes en esta inclita ciudad, que hubieren sido decorados con títulos honorarios sin cargo administrativo, aunque hayan merecido tal prerogativa de nuestra órden, para que sean considerados como si hubieran ejercido un cargo que no han desempeñado, se sometan en las causas criminales á las sentencias de tu muy magnífica sede, y de la ilustrísima prefectura de la ciudad, así como también á las del magnífico maestre de los oficios (en los casos, sin embargo, en que al tribunal del mismo se hubiere expedido órden de nuestra piedad), pero de manera que dichas personas no reivindiquen de ningún modo para sí la facultad de tomar asiento durante el conocimiento de la causa. Mas sepan también ellos, que los que los han de juzgar no pueden determinar nada ni contra sus personas, ni contra sus bienes, aún habiéndose probado los delitos, si antes no lo hubieren puesto en conocimiento de nuestra piedad.

§ 3.—Mas siempre que las personas ilustres establecidas en las provincias, (pero no aquellas sobre quienes la jurisdicción compete á nuestra majestad ó al juez que ha de entender en representación de nuestra divinidad), fueren citadas á querella criminal, recaben el derecho de tomar asiento en los estrados de los jueces mientras se celebra la vista, y absténganse los jueces, aún habiéndose probado los crímenes, de proferir sentencias contra tales personas ó contra sus bienes, en tanto no hayan obtenido respuesta de nuestra piedad á sus informes; no debiéndose, á la verdad, diferir ni aún ante los jueces de provincia el castigo que ha de imponerse á los acusadores, probada su calumnia, si, como se ha dicho antes, no tuvieran igual dignidad.

Dada en Constantinopla.....

TÍTULO XXV

EN QUÉ CAUSAS NO PUEDEN UTILIZAR LOS QUE MILITAN LA EXCEPCIÓN DE FUERO

1. *Los Emperadores* TEODOSIO *y* VALENTINIANO, *Augustos, á* FLORENCIO, *Prefecto del Pretorio.*— Mandamos, que absolutamente todos los domésticos y los agentes de servicios, y los de otra cual-

(8) de se vel suis, *ms. Bg., ed. Schf.*
(9) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.;* illustres, *ed. Schf. Russ. y las demás.*
(10) *Esta incompleta indicación de la fecha se halla en Cont. 62. y después en los demás, pero falta en Hal y en Russ.*
(11) *Los mms. Pl. 2. Bg., ed. Schf., Nov. Theod.;* praetendatur, *ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) militiae dignitas, *Nov. Theod.*

Digitized by Google

provinciarum pro (1) functionibus publicis respondere, nulla fori praescriptione valitura, sancimus, si hac, qui exiguntur publica debita, uti tentaverint. Immo et in aliis privatis actionibus occupatos volumus (2) respondere, qui (3) per provincias sociantur (4) vel conductorum vocabulis, quum non armata militia pracditi sint (5), defenduntur, sive domorum divinarum, sive virorum potentium, seu cuiuslibet conditionis sint conductores, nisi (6) forte commeatum ad rem propriam componendam unius anni inducias ostenderint se accepisse; eadem forma servanda in his etiam, qui mercandi et (7) militandi sacra beneficia meruerint, ut et ipsi rectoribus provinciarum respondeant.

Dat. XIV. Kal. Maii (8) Constantinop. THEODOSIO A. XVII. (9) et FESTO Conss. [439.]

TIT. XXVI

UBI CAUSAE FISCALES (10) VEL DIVINAE DOMUS HOMINUMQUE EIUS AGANTUR

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* DIOSCORO. —Non defensae mortis quaestionem apud procuratores nostros non oportere tractari, nec bona a (11) fisco peti posse, quam si (12) de crimine constiterit apud eum, cui convictis poenam irrogare licet, quis ignorat? Plane defunctis homicidii reis apud procuratores quoque causam agendam esse, ratio permittit.

PP. VII. Id. Maii LATERANO et RUFINO Conss. (13) [197.]

2. *Iidem AA.* ARISTAE.— Non animadvertimus, cur causam (14), ad officium procuratorum nostrorum pertinentem, ad proconsulis notionem advocare velis. Nam quum hoc quaeratur, an pater tuus mortem sibi consciverit metu alicuius poenae, ac propterea bona a fisco vindicari debeant, iam non de crimine aut poena mortui, sed de bonis quaerendum est.

Dat. XII. Kal. Octob. APRO et MAXIMO (15) Conss. [207.]

3. *Imp.* ANTONINUS *A.* HELIODORO.— Procurator meus, qui vice praesidis provinciae non fungitur, sicut exigere poenam desertae accusationis non potest, ita iudicare, ut ea inferatur, sententia sua non potest.

quier milicia ó dignidad que se alegue, respondan en cuanto á sus funciones públicas ante los gobernadores de las provincias, sin que haya de valer ningún excepción de fuero, si de esta hubieren intentado valerse aquellos á quienes se les exigen deudas públicas. Además, queremos que respondan también los ocupados en otras acciones privadas, los que se asocian por las provincias, ó se amparan, no habiendo sido destinados á la milicia armada, con la denominación de arrendatarios, ya sean arrendatarios de casas divinas, ó de personas pudientes, ó de otra cualquier condición, salvo si acaso probaren que obtuvieron licencia por espacio de un solo año para arreglar sus propios asuntos; debiéndose observar la misma disposición también respecto de los que hubieren obtenido del príncipe los privilegios de comerciar y de servir en la milicia, de suerte que también estos contesten ante los gobernadores de las provincias.

Dada en Constantinopla á 14 de las Calendas de Mayo, bajo el décimo séptimo consulado de TEODOSIO, Augusto, y el de FESTO. [439.]

TÍTULO XXVI

DÓNDE DEBEN SUSTANCIARSE LAS CAUSAS DEL FISCO Ó DE LA DIVINA CASA, Y DE LOS HOMBRES DE ELLAS

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* DIÓSCORO.—¿Quién ignora, que no debe ventilarse ante nuestros procuradores la cuestión de la muerte no vengada, y que no pueden pedirse por el fisco los bienes, sino si respecto del delito hubiere prueba para aquel á quien le compete imponer la pena á los convictos? La razón permite, no obstante, que habiendo fallecido los reos del homicidio, pueda ventilarse también la causa ante los procuradores.

Publicada á 7 de los Idus de Mayo, bajo el consulado de LATERANO y de RUFINO. [197.]

2. *Los mismos Augustos á* ARISTA.—No concebimos por qué quieres llevar á conocimiento del procónsul la causa que compete á la jurisdicción de nuestros procuradores. Porque como quiera que se trate de saber si tu padre se procuró la muerte por temor á alguna pena, y si por lo mismo deban sus bienes ser reivindicados por el fisco, no se ha de cuestionar ya sobre el crimen, ó la pena del difunto, sino sobre sus bienes.

(15) etsi, *falta en el ms. Pl. 1.;* et, *ed. Schf.*
(16) non esse, *en algunos libros, según anotan al márgen Russ. Cont. Char.*

Digitized by Google

strense peculium possident. Si enim sui iuris efficiantur, procul dubio est, eorum testamenta et pro ipsis rebus, quas antea ex quasi castrensi peculio habebant, posse de inofficioso querelam sustinere, quum neque nomen peculii permanet, sed aliis rebus confunditur, et similem fortunam recipit, quemadmodum et ceterae res eorum, quae in unum (1) congregantur ex omnibus patrimonium.

Dat. Kal. Sept. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTAE VV. CC. anno secundo (2). [532.]

TIT. XXIX

DE INOFFICIOSIS DONATIONIBUS

1. *Imp.* PHILIPPUS *A.* NICANORI *et* PAPINIANAE (3).—Si, ut allegatis (4), mater vestra ad eludendam (5) inofficiosi querelam paene universas facultates suas, dum ageret in rebus humanis, factis donationibus sive in quosdam liberos sive in extraneos, exhausit, ac postea vos ex duabus unciis fecit heredes, easque legatis et fideicommissis exinanire gestivit, non iniuria iuxta formam de (6) inofficioso testamento constitutorum (7) subveniri vobis, utpote quartam partem non habentibus, desideratis.

PP. XIV. (8) Kal. Septemb. PHILIPPO A. et TITIANO (9) Conss. [245.]

2. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA.* ACRIAE.—Si pater omne patrimonium suum impetu quodam immensae liberalitatis in filium effudit, aut in potestate eius is (10) permansit, et arbitri familiae erciscundae officio congruit, ut tibi quartam (11) debitae ab intestato portionis praestet incolumem, aut (12) emancipatus is fuit, et (13) quia donatio non indiget alieno adminiculo, sed suis viribus nititur iuxta constitutiones, is, qui provinciam regit, ad similitudinem inofficiosi (14) querelae auxilium tibi aequitatis impertiet.

PP. VI. Kal. Aug. (15) MAXIMO II. (16) et GLABRIONE Conss. [256.]

3. *Iidem AA.* AELIANO.—Precibus quidem tuis proposita rescripta eos parentes denotant, qui, quum testamento facto vivi patrimonium suum immensis donationibus (17) exinanissent, (18) inane nomen heredum liberis reliquerunt (19). Sed ad intestatos quoque eadem ratio aequitatis extenditur.

los que poseen peculio cuasi castrense. Porque si se hicieran de propio derecho, no hay duda ninguna, que sus testamentos pueden sufrir la querella de inoficiosidad, aún respecto á los mismos bienes que antes tenian procedentes del peculio cuasi castrense, como quiera que ya no subsiste el nombre de peculio, sino que este se confunde con los otros bienes, y corre la misma suerte, á la manera que también los demás bienes de ellos, los cuales se reunen de todos en un solo patrimonio.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, en el segundo año después del consulado de LAMPADIO y de ORESTA, varones esclarecidos. [532.]

TÍTULO XXIX

DE LAS DONACIONES INOFICIOSAS

1. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, á* NICANOR *y á* PAPINIANA.—Si, como alegais, vuestra madre agotó, mientras vivió, casi todos sus bienes con donaciones hechas ya á algunos de sus hijos ya á extraños, con el objeto de eludir la querella de testamento inoficioso, y después os instituyó herederos por dos onzas, las que procuró consumir con legados y fideicomisos, no sin razón deseais que se os auxilie á la manera de los que se querellaron de un testamento inoficioso, como quiera que no teneis la cuarta parte.

Publicada á 14 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de FILIPO, Augusto, y de TICIANO. [245.]

2. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* ACRIA.—Si tu padre consumió todo su patrimonio por cierto arranque de excesiva liberalidad en favor de su hijo, ó este permaneció en su potestad, y correspondió al oficio del árbitro de la partición de herencia, que te dé incólume la cuarta parte de la porción debida abintestato, ó fué emancipado, y como quiera que la donación no necesita de ajeno requisito, sino que subsiste por sí sola según las constituciones, el gobernador de la provincia te concederá el auxilio de equidad, á semejanza de la querella de inoficiosidad.

Publicada á 6 de las Calendas de Agosto, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de GLABRIÓN. [256.]

3. *Los mismos Augusto á* ELIANO.—Los rescriptos expedidos á tus súplicas denotan ciertamente, que los ascendientes que habiendo hecho testamento hubiesen agotado en vida su patrimonio con donaciones excesivas, dejaron á sus descendientes el vano título de herederos. Mas la misma razón de equidad es también extensiva á los intestados.

---

(1) et ad unum, *ms. Pl. 1., ed. Schf.;* ad unum, *mms. Pl. 2. Gt., ed. Nbg.;* et unum, *ms. Bg., en el cual se lée inmediatamente después,* congregatur.
(2) *Hal. en la nota y después los demás;* D. Kal.—Constant. Lampadio et Oreste VV. CC. Const., *Hal. en el texto; pero una y otra indicación parecen falsas.*
(3) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 2. Bg., ed. Nbg.;* Papianae, *ms. Pl. 1., Hal. y los demás.*
(4) allegastis, *Hal.*
(5) deludendam, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf.;* excludendam, *ms. Pl. 1.*
(6) super, *mms. Pl. 1. Bg.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.;* institutorum, *ms. Bg.;* constitutam, *Russ. Cont. 66. y los demás.*
(8) XVII., *ms. Pist.*
(9) taciano, *ms. Pist.*
(10) in potest. his, *ms. Bg., Coll. Ans. ded.;* in potest. is, *Hal.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf., Coll. Ans. ded.;* partem, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) *Ms. Pl. 1., Coll. Ans. ded.;* aut si ante, *mms. Pl. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf.;* aut si, *Hal. y los demás.*
(13) et, *falta en los mms Pl. 2. Bg. Gt.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf., Coll. Ans. ded.;* testamenti, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(15) VI. id. ian., *ms. Pist.*
(16) II., *falta en el ms. Pist.*
(17) exhausissent vel, *inserta el ms. Bg.*
(18) et, *insertan los mms. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal., Coll. Ans. ded., contra las Bas.*
(19) reliquissent, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal., contra las Bas.*

Digitized by Google

PP. X. Kal. Novemb. (1) ipsis IV. et III. AA. Conss. [257.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* ARISTINAE (2).—Si filius tuus immoderatae liberalitatis effusione patrimonium suum exhausit, (3) praesidis provinciae auxilio uteris (4), qui discussa fide veri, si in integrum restitutionem ex filii persona competere tibi ob improbabilem donationis enormitatem animadverterit, in removendis his, quae perperam gesta sunt, tibi subveniet. Ideoque non est tibi necessarium adversus immodicas donationes auxilium ad instar inofficiosi testamenti.

Dat. VI. Id. (5) Febr. (6) MAXIMO II. et AQUILINO Conss. [286.]

5. *Iidem AA.* COTTABEO.— Si totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios contulisti, id, quod ad submovendam (7) inofficiosi testamenti querelam non ingratis liberis relinqui necesse est, ex factis donationibus detractum, ut filii vel nepotes, qui postea ex quocunque legitimo matrimonio nati sunt (8), debitum bonorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuum revertetur.

Dat. (9) prid. Kal. (10) Mart. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. [286.]

6. *Iidem AA.* DEMETRIANAE (11).— Quum donationibus in fratrem tuum collatis facultates patris tui exhaustas esse, eundemque patrem vestrum ea, quae superfuerant, codicillis inter vos divisisse proponas, si voluntatem eius non agnovisti, nec beneficio aetatis adversus haec iuvari poteris, nec tantum dos a patre data et fideicommissum continent, quantum ad submovendam querelam sufficiat, de enormitate donationum ad exemplum inofficiosi testamenti praeses provinciae iurisdictionis suae partes exhibebit.

PP. VI. (12) Kal. Maii Conss. ut supra [286.]

7. *Iidem AA.* (13) AMMIANO. — Si mater tua patrimonium suum ita profunda liberalitate in fratrem tuum evisceratis opibus suis exhausit, ut quartae partis dimidium, quod ad excludendam inofficiosi testamenti (14) querelam adversus te sufficeret, in his donationibus, quas tibi largita est, non habeas, quod immoderate gestum est, revocabitur.

PP. V. Id. Maii (15) MAXIMO II. et AQUILINO Conss. (16) [286.]

8. *Iidem AA.* (17) AUXANONI.—Si liqueat, matrem tuam intervertendae quaestionis inofficiosi causa patrimonium suum donationibus in unum

Publicada á 10 de las Calendas de Noviembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [257.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* ARISTINA.—Si tu hijo agotó su patrimonio por la efusión de una liberalidad inmoderada, recurre al auxilio del presidente de la provincia, quien, averiguada la verdad, te prestará ayuda para que se anule lo hecho contra ley, si hubiere visto que te competía la restitución por entero en representación de tu hijo á causa de la indefendible enormidad de la donación. Y por esto no te es necesario contra las donaciones inmoderadas auxilio semejante al que contra el testamento inoficioso.

Dada á 6 de los Idus de Febrero, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

5. *Los mismos Augustos á* COTTABEO.—Si consumiste todos tus bienes con donaciones inmoderadas, que hiciste á tus hijos emancipados, deberá volver á tu patrimonio, deducido de las donaciones hechas, lo que es necesario que se deje á los descendientes que no son ingratos para evitar la querella de testamento inoficioso, á fin de que los hijos ó los nietos, que después hayan nacido de cualquier matrimonio legítimo obtengan la debida porción de bienes.

Dada á 1 de las Calendas de Marzo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

6. *Los mismos Augustos á* DEMETRIANA.—Como quiera que dices que los bienes de tu padre se agotaron con las donaciones hechas á tu hermano, y que vuestro mismo padre dividió entre vosotros por codicilos los que le habían quedado, si no reconociste su voluntad, ni pudieres utilizar contra tales disposiciones el beneficio de la edad, y la dote dada por tu padre y el fideicomiso no importasen tanto cuanto es necesario para que no haya lugar á la querella, el presidente de la provincia ejercerá las funciones de su jurisdicción sobre la enormidad de las donaciones, á la manera que respecto de un testamento inoficioso.

Publicada á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los mismos que arriba. [286.]

7. *Los mismos Augustos á* AMMIANO.—Si tu madre, habiendo destrozado sus bienes agotó su patrimonio por una excesiva liberalidad en favor de tu hermano, de tal manera, que en las donaciones que te hizo no tuvieras la mitad de la cuarta parte que bastaría para excluir contra ti la querella de testamento inoficioso, se revocará lo que inmoderadamente se hizo.

Publicada á 5 de los Idus de Mayo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

8. *Los mismos Augustos á* AUXANON.—Si constase que tu madre agotó su patrimonio con las donaciones hechas á uno de sus hijos, con el objeto

(1) *Confirma el día el ms. Pist., en el que falta lo demás.*
(2) Calpurniae'Aristenetae, *Vatic. fragm.*
(3) iuxta legum placita, *anteponen los Vatic. fragm.*
(4) utaris, *Vatic. fragm.*
(5) PP. III. id., *Vatic. fragm.*
(6) Mediolani, *insertan los Vatic. fragm., Bk.*
(7) submovendas *é inmediatamente después* querelas, *ms. Pl. 1., ed. Schf. Hal.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., ed. Nbg. Schf. Hal.*; sunt *y poco antes* qui, *omítenlas Cont. 66. y después los demás*: qui, *pero conservando* sunt, *falta en Russ. Cont. 62.*
(9) pp., *ms. Pist.*
(10) *Ms. Pist.*; II. Kal., *Hal. y los demás.*
(11) Demetriano, *ms. Vat.*
(12) *Ms. Pist.*; VI., *falta en Hal. y en los demás.*
(13) Aur., *insertan los Vatic. fragm.*
(14) testamenti, *falta en los Vatic. fragm.*
(15) Dat. Nicomediae V. non. mart., *Vatic. fragm.*
(16) *Ms. Pist.*; Conss. ut supra, *Hal. y los demás.*
(17) et CC., *inserta Bk., contra el testimonio de nuestros códices.*

Digitized by Google

filium collatis exhausisse, quum adversus eorum cogitationes, qui consiliis supremum iudicium anticipare contendunt et actiones filiorum exhauriunt, aditum querelae ratio deposcat, quod donatum (1) est, pro ratione quartae ad instar inofficiosi testamenti convicti (2) diminuetur.

§ 1.—Nam quod uxor a marito in se matrimonii tempore donationis causa collatum emancipato filio communi consentiente domino donavit, velut ex bonis patris, de cuius substantia prohibente matrimonio non potuit exire, datum accipi, rationis est; in cuius bonis, si idem consilium et eventus comprehendatur, lex, quam de (3) patrimonio (4) matris ediximus, observabitur.

PP. III. Id. Sept. (5) Caess. Conss. [294—305.]

9. *Imp.* CONSTANTIUS (6) *A. et* IULIANUS *C.* (7) OLYBRIO.—Non convenit dubitari (8), quod immodicarum donationum omnis (9) querela ad similitudinem inofficiosi testamenti legibus (10) fuerit introducta (11), et (12) sit in hoc actionis utriusque vel una causa vel similis aestimanda (13), vel idem et (14) temporibus (15) et moribus.

Dat. XIV. Kal. Iul. (16) TAURO et FLORENTIO (17) Conss. (18) [361.]

TIT. XXX

DE INOFFICIOSIS DOTIBUS

1. *Imp.* CONSTANTIUS (19) *A. ad* MAXIMUM, *Praesidem Ciliciae.*—Quum omnia bona a matre tua in dotem (20) dicantur exhausta (21), concordare legibus (22) promtum est, ut ad exemplum inofficiosi testamenti adversus dotem immodicam exercendae actionis copia tribuatur, et filiis conquerentibus emolumenta debita deferantur (23).

Dat. XIV. Kal. Ianuar. (24) Sirmio (25), DATIANO (26) et CEREALI (27) Conss. [358.]

TIT. XXXI

DE PETITIONE (28) HEREDITATIS

1. *Imp. M.* (29) AURELIUS (30) ANTONINUS *A.* AUGURINO, *Proconsuli* (31) *Africae.*— Senatusconde evitar la querella de inoficiosidad, como la razón exige que haya lugar á la querella contra los propósitos de los que con sus designios intentan anticipar su última voluntad, é inutilizan las acciones de los hijos, se disminuirá lo que se donó en razón á la cuarta, como en el testamento cuya inoficiosidad se probó.

§ 1.—Porque si la mujer donó, con consentimiento de su marido, al hijo común emancipado lo que por el marido se le dió á ella por causa de donación durante el matrimonio, es de razón, que se considere dado como de los bienes del padre, de cuyos bienes no pudo salir, puesto que lo prohibia el matrimonio; respecto de cuyos bienes, si se descubriese el mismo deseo y el mismo resultado, se observará la ley que sobre el patrimonio de la madre hemos dado.

Publicada á 3 de los Idus de Septiembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

9. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, y* JULIANO, *César, á* OLIBRIO.—No debe dudarse, que toda querella sobre donaciones inmoderadas ha sido introducida en las leyes á semejanza de la de testamento inoficioso, y que en esto ha de considerarse una misma ó semejante la causa de una y otra acción, ó lo mismo en cuanto á los términos y á las costumbres.

Dada á 14 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de TAURO y de FLORENCIO. [361.]

TÍTULO XXX

DE LOS DOTES INOFICIOSAS

1. *El Emperador* CONSTANCIO, *Augusto, á* MÁXIMO, *Presidente de Cilicia.*—Puesto que se dice, que todos los bienes han sido empleados por tu madre en una dote, fácil es hallar en las leyes medio para que se conceda la facultad de ejercitar una acción contra la dote excesiva á semejanza de la de testamento inoficioso, y se dén á los hijos que se querellen los debidos emolumentos.

Dada en Sirmio á 14 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de DACIANO y de CEREAL. [358.]

TITULO XXXI

DE LA PETICIÓN DE HERENCIA

1. *El Emperador* MARCO AURELIO ANTONINO, *Augusto, á* AUGURINO, *Procónsul de Africa.*—El

(1) datum, *mms. Pl. 1. Bg.*
(2) convictae, *ms. Pl. 2.*
(3) de, *falta en los mms. Pl. 1. Bg., ed. Nbg. Hal. Hal.*
(4) matrimonio, *Hal.*
(5) VI. id. X. *(esto es,* decemb.), *ms. Pist.*
(6) Constantinus, *ed. Nbg., C. Theod., impugnándolo Jac. Godofr. en la nota.*
(7) et Iulianus, *C. faltan en nuestros mms. y en la ed. Nbg.;* Iulianus, *falta en el C. Theod.*
(8) Illud omnino dubitare non conveuit, *el C. Theod.*
(9) *Los mms. Pl. 1. Bg., C. Theod , Bk.;* omnibus, *ms. Pl. 2., ed Schf. Nbg. Cont. Char. Pac. Sp.;* omnibus legibus, *Hal. Russ., cuya falsa lectura provino sin duda de la glosa; pero nuestra lectura se ajusta mas á los Schol. Bas.*
(10) legibus, *falta en Hal. Véase la nota anterior.*
(11) inducta, *el C. Theod.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Bk., C. Theod.;* ut, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(13) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., ed. Schf. Hal., C. Theod.;* existimanda, *ms. Pl. 2., ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(14) et, *falta en el ms. Bg., C. Theod.*
(15) tempore, *Hal.*
(16) Iun., *el C. Theod., Bk.*
(17) Florentino, *el C. Theod.*
(18) VI. id. iun. Geta II. css., *ms. Pist.; cuya indicación de la fecha se debe referir mas bien á la ley 3. C. III. 31.*
(19) Constantinus, *ms. Pl. 2., Cont. 62. 76. Bk., C. Theod. impugnándolo Jac. Godofr. en la nota.*
(20) dote *por* in dotem, *ms. Bg., Hal. Bk , C. Theod.*
(21) Quum omnis hereditas a—dicatur exh., *el C. Theod.*
(22) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., Hal., C. Theod.;* legibus conc., *Bk.;* leges legibus concord., *las demás ed.*
(23) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Schf. Hal. Bk., C. Theod.;* conferantur, *Russ. y los demás.*
(24) *El C. Theod., Bk.;* IV. Kal. Iun., *Hal. y los demás.*
(25) *El C. Theod., Cont. 62.;* Sirmii, *Bk.; el lugar falta en Hal. y en los demás.*
(26) *El C. Theod., Bk.;* Tatiano, *Hal. y los demás.*
(27) Cereale, *Cont. 66. 71. 76. Char. Pac. Sp. Bk.*
(28) repetitione, *ms. Pist.*
(29) *Hal. en la nota y después los demás;* Titus (Tetus), *mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg., Hal. en el texto, probablemente por corrupción de* Divus.
(30) Elius (Helius, Elidius), *mms. Cas. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.;* Aelius, *Hal. y después los demás excepto Bk.*
(31) praefecto (et) consuli, *mms. Vat. Pl. 1.*

Digitized by Google

sultum auctore divo Hadriano, avo meo, factum, quo cautum est, quid et ex quo tempore evicta hereditate restitui debeat, non solum ad fisci causas, sed etiam ad privatos hereditatis petitores pertinet.

§ 1.—Usuras vero pecuniarum, ante litis contestationem ex die venditionis hereditariarum rerum ab eo factae, qui antea possidebat, collectas, nec non etiam fructus bonae fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his lecupletiores extiterint. Post litem autem contestatam tam fructus non venditarum rerum, non solum quos perceperunt, sed etiam quos percipere poterant, quam usuras pretii rerum ante litis contestationem venditarum, ex die contestationis computandas, omnimodo reddere compellantur.

PP. VI. Kal. Februar. CLARO et CETHEGO Conss. [170.]

2. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* MARCELLO, *militi.*—Si post motam controversiam Menecratis bonorum partem dimidiam Musaeus ab herede scripto, quaestionis illatae non ignarus, comparavit, tam ipse quasi malae fidei possessor, quam heredes eius fructus restituere coguntur (1). Si vero venditionem lite antiquiorem esse, liquido probaretur (2), ex eo die fructus restituantur, ex quo lis in iudicium deducta est. Fructibus enim augetur hereditas, quum ab eo possidetur, a quo peti potest. Emtor autem, qui proprio titulo possessionis munitus est, etiam singularum rerum iure convenitur.

Dat. Kal. Iul. SEVERO (3) et VICTORINO Conss. [200.]

3. *Iidem AA.* EPICTAE (4).— Hereditas materterae petita non infringit alterius hereditatis petitionem, quae venit ex alia successione. Sed et si quaestionis titulus prior inofficiosi testamenti causam habuisset, iudicatae rei praescriptio non obstaret eandem hereditatem ex alia causa vindicanti.

PP. V. Id. Aug. GETA et PLAUTIANO (5) Conss. [203.]

4. *Imp.* ANTONINUS *A.* VITALIANO.—In restituenda hereditate compensatio eius inducitur (6), quod te in mortui infirmitatem inque sumtum (7) funeris bona fide ex proprio tuo patrimonio erogasse probaveris (8).

PP. VII. (9) Kal. Mart. ANTONINO A. IV. (10) et BALBINO (11) Conss. [213.]

5. *Idem A.* POSTUMIANAE.—De hereditate, quam bona fide possidebas, si contra te pronuntiatum est, in restitutione (12) eius detrahetur, quod credi-

Senadoconsulto hecho por iniciativa del divino Adriano, mi abuelo, en el cual se dispuso qué cosa y desde qué tiempo debía restituirse una vez hecha evicción de la herencia, es aplicable no solo á los negocios del fisco, sino también á los de particulares que pidan una herencia.

§ 1.—Los poseedores de buena fé no han de ser obligados á devolver, á menos que con ellos se hubieren hecho más ricos, los intereses del dinero, percibidos antes de la contestación de la demanda desde el día de la venta de los bienes hereditarios hecha por el que antes poseía, así como tampoco los frutos. Mas después de la contestación de la demanda serán precisados á devolver en todo caso así los frutos de los bienes no vendidos, no solamente los que percibieron, sino también los que habían podido percibir, como los intereses del precio de los bienes vendidos antes de la contestación de la demanda, que deberán ser computados desde el día de la contestación.

Publicada á 6 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de CLARO y de CETEGO. [170.]

2. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* MARCELO, *militar.*—Si después de promovido el pleito, compró Museo, del heredero escrito, no ignorando la cuestión surgida, la mitad de los bienes de Menecrates, tanto él, como poseedor de mala fé, cuanto sus herederos, están obligados á restituir los frutos. Mas si evidentemente se probare que la venta fué anterior al litigio, restitúyanse los frutos desde el día en que la cuestión se llevó á los tribunales. La herencia, pues, se aumenta con los frutos, cuando es poseída por aquel de quien puede pedirse. Mas el comprador, que está provisto de un título propio de posesión, es demandado también por el derecho á cosas singulares.

Dada las Calendas de Julio, bajo el consulado de SEVERO y de VICTORINO. [200.]

3. *Los mismos Augustos á* EPICTA.—La demanda de la herencia de una tía materna no impide la petición de otra herencia, que proviene de otra sucesión. Mas aun si el título primero de la demanda hubiese tenido por causa la inoficiosidad del testamento, la prescripción de cosa juzgada no obstaría al que reivindicase la misma herencia por otra causa.

Publicada á 5 de los Idus de Agosto, bajo el consulado de GETA y de PLAUCIANO. [203.]

4. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* VITALIANO.—En la restitución de la herencia se comprende la compensación de lo que hubieres probado que gastaste, de buena fé, de tu propio patrimonio, en la enfermedad del difunto y en su funeral.

Publicada á 7 de las Calendas de Marzo, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

5. *El mismo Augusto á* POSTUMIANA.—Si se falló contra tí, de la herencia que poseías de buena fé se descontará en la restitución de la misma lo

(1) cogantur, *mms. Pl. 2. Bg. Gt.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Cont. 62.;* probetur, *ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 66. y las demás.*
(3) a. n., *omitiendo el nombre de Severo el ms. Pist.*; Severo A. II., *Hal. y los demás excepto Bk.*
(4) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2., ed. Nbg.;* Epictesi, *Hal. Russ.;* Epictesidl, *Cont. y los demás. Las Bas. apoyan nuestra lectura.*
(5) II., *inserta Bk.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg.;* habebitur, *las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(7) in sumtumque, *nuestros mms., ed. Nbg. Schf.*
(8) profitearis, *ms. Pl. 1.; pero* ἀποδείξεις, *las Bas.*
(9) *Ms. Pist.;* VII., *falta en Hal. y en los demás.*
(10) III., *ms. Pist.*
(11) II., *inserta Bk., como también en la siguiente constitución.*
(12) restitutionem, *ms. Pl. 1., ed. Schf.*

Digitized by Google

toribus eiusdem hereditatis exsolvisse te bona fide probaveris; nam repeti a creditoribus, qui suum receperint (1), non potest.

PP. VI. Kal. Iun. (2) ANTONINO A. IV. et BALBINO Conss. [213.]

que hubieres probado que pagaste de buena fé á los acreedores de la misma herencia; pues no se puede repetir de los acreedores, que hayan recibido lo suyo.

Publicada á 6 de las Calendas de Junio, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

6. *Imp.* ALEXANDER *A.* FIRMINO.—Si putas, non iure tutores datos nepotibus tuis, quod (3) eos dicas in tua esse potestate, petere ab his hereditatem filii tui emancipati non moreris, cuius commodum ad te (4) pertinere dicis, iudice statuturo, an a praesidalibus actis discedendum sit, qui eis tutores dedit, quum in tua potestate negarentur esse.

PP. X. Kal. Iul. IULIANO II. et CRISPINO Conss. [224.]

6. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* FIRMINO.—Si crees que los tutores dados á tus nietos no lo han sido con arreglo á derecho, porque dices que estos se hallan bajo tu potestad, no demores pedirles la herencia de tu hijo emancipado, cuyos bienes dices que te pertenecen, debiendo determinar el juez si habrá que apartarse de los actos del presidente, que les nombró los tutores, cuando se negase que estuvieran bajo tu potestad.

Publicada á 10 de las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO. [224.]

7. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* RESTITUTAE.— Hereditatis petitionem, quae adversus pro herede vel pro possessore possidentes exerceri potest, praescriptione longi temporis non submoveri, nemini incognitum est, quum mixtae personalis actionis ratio hoc respondere compellat. A ceteris autem tantum specialibus in rem actionibus vindicari (5) posse manifestum est, si non agentis intentio per usucapionem vel longum tempus explosa sit.

PP. XI. Kal. August. (6) Caess. Conss. [294—305.]

7. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* RESTITUTA.—Nadie desconoce que la petición de herencia, que se puede intentar contra los que la poseen como herederos ó poseedores, no puede ser rechazada por la prescripción de largo tiempo, pues la naturaleza de esta acción mixta personal obliga á responder esto. Mas es claro que, respecto de otros poseedores, solo puede ser reivindicada por especiales acciones reales, si la demanda del actor no ha sido rechazada por la usucapión ó la prescripción de largo tiempo.

Publicada á 11 de las Calendas de Agosto, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

8. *Iidem AA. et CC.* ASTERIO.—Liber nec ne fuerit testator, ante omnia disquiri debet, quum hereditas petitur (7).

Dat. III. (8) Kal. April. Caess. Conss. [294—305.]

8. *Los mismos Augustos y Césares á* ASTERIO.—Cuando se pide una herencia, debe investigarse ante todo, si fué ó no libre el testador.

Dada á 3 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

9. *Iidem AA. et CC.* DEMOPHILIAE (9).—Si scripti heredes (10) delatam sibi successionem cognati (11) repudiaverunt, et hanc honorario vel civili iure quaesiisti, res hereditarias, quae in eadem causa durant, hereditatis petitione vindicare potes.

Dat. III. Kal. Decembr. (12) Nicomediae, Caess. Conss. [294—305.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* DEMOFILIA.—Si los herederos escritos repudiaron la sucesión de un cognado á ellos deferida, y tú la reclamaste en virtud del derecho honorario ó del civil, puedes reivindicar con la petición de herencia los bienes hereditarios que permanecen en el mismo estado.

Dada en Nicomedia á 3 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294-305.]

10. *Iidem AA. et CC.* THEODOSIANO (13).—Si filiusfamilias delatam sibi hereditatem per longum tempus detinuit (14), eo ipso, utpote agnita hereditate, patri suo eius commodum acquisivisse videtur.

Dat. XIII. Kal. Ianuar. (15) Caess. Conss. [294—305.]

10. *Los mismos Augustos y Césares á* TEODOSIANO.—Si un hijo de familia retuvo por largo tiempo la herencia que se le dejó, por esto mismo parece que adquirió para su padre los bienes de ella, como si hubiese sido aceptada la herencia.

Dada á 13 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

11. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* AETERNALI, *Proconsuli Asiae* (16).—Cogi possessorem ab

11. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* ETERNAL, *Procónsul de Asia.*—Es contra

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., Hal.;* receperunt, *las ed. Schf. Russ. y las demás. Nuestra lectura se ajusta á las Bas.*
(2) pp. XI. K. aug., *ms. Pist.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* eo quod, *ed. Nbg. Cont. 66. y las demás.*
(4) se, *dice el texto, á nuestro juicio por errata, que hemos corregido atendiendo á otras ed.—N. del Tr.*
(5) vindicare, *Char. Pac. Sp.*
(6) *El ms. Pist. confirma el día.*
(7) petatur, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Schf.*
(8) IV., *Pac.; pero confirma nuestra indicación de la fecha el ms. Pist.*
(9) demofilio, *ms. Vat.;* Demophilae, *Cont. 62. Sp. Bk.*
(10) heredes, *falta en los mms. Bg. Pl. 2.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., ed. Nbg. Hal.;* tui, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(12) *Confirma el día el ms. Pist.*
(13) Theodotiano, *ms. Cas.;* Theodosione, *ms. Bg.;* Theodotioni, *Cont. al márgen, apoyándose en la ley 38. C. II. 4.*
(14) obtinuit, *ms. Bg.*
(15) VI. K. ian., *ms. Pist.*
(16) Africae, *mms. Vat. Pl. 1. 2., ed. Nbg.;* Asiae Africae, *ms. Pist.*

Digitized by Google

eo, qui expetit, titulum suae possessionis dicere (1), incivile est, praeter eum (2), qui dicere (3) cogitur, utrum pro possessore, an pro herede possideat.

Dat. XII. Kal. April. (4) ARCADIO IV. (5) et HONORIO III. AA. Conss. (6) [396.]

12. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI (7) *P. P.*— Quum hereditatis petitioni locus fuerat, exceptio assumebatur, quae tuebatur hereditatis petitionem, «ne fieret ei praeiudicium». Magnitudo etenim et auctoritas centumviralis iudicii non patiebatur, per alios tramites viam hereditatis petitionis infringi. Quumque multae varietates et controversiae veterum exortae sint, eas certo fine concludentes, sancimus, si quis hereditatis petitionem vel susceperit (8), vel suscipere sperat, vel movere (9), alius autem superveniens vel ex deposito, vel ex commodato, vel ex legato, vel ex fideicommisso, vel ex aliis causis inquietare vel reum vel agentem ex persona defuncti crediderit sibi esse necessarium, si quidem pro legato vel fideicommisso hoc faciat, rem expeditae quaestionis esse, quum possit scriptus heres cautione interposita non differre hanc petitionem, sed recte exigi vel legatum vel fideicommissum sub ea (10) cautela vel satisdatione, pro qualitate personarum (11), quod, si non obtinuerit eius iura, restituet (12) legatarius vel fideicommissarius ei datam pecuniam cum usuris ex quarta centesimae parte currentibus, vel agrum cum fructibus, quos percepit (13), vel domum cum pensionibus, scilicet in utroque eorum expensis antea necessariis et utilibus deductis; vel, si ipse maluerit litem quidem contestari, exspectare autem hereditatis petitionis eventum, hoc ei liceat facere, ut restitutio, si competeret, cum legitimis augmentis legatario vel fideicommissario accedat.

§ 1.—Sin autem ex contractibus defuncti agatur contra possessorem hereditatis vel eius rei, de qua agitur, si quidem res sint vel depositae, vel commodatae, vel pignori datae, vel aliae, quae exstant, non differri sub praetextu hereditatis petitionis memoratum iudicium, quemadmodum si pro foenerata pecunia vel alia personali actione agatur contra possessorem vel petitorem, non debet iudicium differri, sed exitum suum accipere. Postquam enim hereditatis petitionis iudicium finem accipiat (14), tunc inter petitorem hereditatis et possessorem rationibus contractis non aliter possessor, si victus fuerit, hereditatem restituere compellitur (15), nisi pro omnibus, quae rite ab eo gesta sunt, petitor ei satisfaciat. Quodsi petitor victus fuerit, simili modo a possessore iudicis officio ei satisfiat (16),

derecho, que el poseedor sea obligado por el que le ataca á manifestar el título de su posesión, excepto el que es precisado á decir si posee como poseedor ó como heredero.

Dada á 12 de las Calendas de Abril, bajo el cuarto consulado de ARCADIO, y el tercero de HONORIO, Augustos. [396.]

12. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Cuando había lugar á la petición de herencia, se adquiría una excepción, que protegía la petición de herencia, «para que no se le causara perjuicio». En efecto, la grandeza y la autoridad del tribunal centunviral no sufrían que por otros trámites se interrumpiera el procedimiento de la petición de la herencia. Mas como de las antiguas leyes hayan nacido muchas diferencias y controversias, mandamos, para ponerles definitivo término, que si uno hubiere aceptado una petición de herencia, ó espera aceptarla, ó promoverla, pero apareciendo un tercero creyere que le era necesario demandar al demandado ó al demandante en representación del difunto, por un depósito, un commodato, un legado, un fideicomiso, ó por otras causas, siquiera esto lo haga en virtud de un legado ó de un fideicomiso, la cosa sea de expedita resolución, pues el heredero escrito puede no diferir, habiéndose interpuesto caución, esta petición, y por el contrario se exige debidamente el legado ó el fideicomiso bajo dicha caución ó fianza, proporcionada á la calidad de las personas, porque, si no adquiriere sus derechos, el legatario ó el fideicomisario restituirá la suma que se le dió con los intereses que corran al tres por ciento, ó el campo con los frutos que percibió, ó la casa con los alquileres, deducidos, por supuesto, antes, en ambos casos, los gastos necesarios y útiles; ó si hubiere preferido contestar la demanda y esperar el resultado de la petición de herencia, séale lícito hacerlo, para que, si competiese, le corresponda la restitución al legatario ó al fideicomisario con los aumentos legítimos.

§ 1.—Mas si en virtud de contratos del difunto se ejercitara acción contra el poseedor de la herencia ó de la cosa de ella, de que se trata, si verdaderamente las cosas fueran ó las depositadas, ó las dadas en comodato, ó pignoradas, ú otras que subsisten, no se difiera el mencionado juicio bajo el pretexto de la petición de herencia, de igual manera que, si se demandase al poseedor ó al peticionario por una cantidad prestada ó por otra acción personal, no se debe diferir el juicio, sino aguardar su resultado. Porque después que termine el juicio de petición de herencia, entonces, formalizadas las cuentas entre el demandante de la herencia y el poseedor, no de otro modo es obligado el poseedor, si hubiere sido vencido, á restituir la herencia, sino si el demandante le satisficiera por

(1) edicere, *el C. Theod.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Cont. 62., C. Theod.;* scilicet, *insertan Hal. y los demás.*
(3) edicere, *Cont. 62., C. Theod., lo que no concuerda con las Bas.*
(4) Const., *inserta Bk., apoyándose en un solo ms. del Cód. Theod.*
(5) VII., *Russ. Cont. Char. Pac., C. Theod., impugnándolo Godofr. en la nota;* VI., *Bk.*
(6) *El ms. Pist. pone aquí la indicación de la fecha de la ley siguiente.*
(7) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg., Hal. en el texto;* Iuliano, *Hal. en la nota y después los demás.*
(8) vel susceperit, *faltan en los mms. Pl. 1. 2. Rg., ed. Nbg. Schf. Hal.;; pero el ms. Bg. y las Bas. dicen* ἐάν τις ὑπεδέξατο ἤδη — ἢ ἐλπίζῃ ἐνάγεσθαι.
(9) *Acaso más acertadamente* moveat, *ó aun* moveret, *porque* ἢ ἐνάγῃ περὶ αὐτῆς, *dicen las Bas.*
(10) ea, *falta en el ms. Bg.*
(11) *Todas las ed. ponen punto después de* personarum, *pero erradamente, según se vé en las Bas.*
(12) restituit, *Char. Pac. Sp.*
(13) perceperit, *mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Hal.*
(14) acceperit, *mms. Bg. Gt., ms. Pl. 1. según enmienda:* περαιωθῇ, *las Bas.*
(15) compelletur, *ms. Bg. Gt.;* compellatur, *ed. Schf.; pero* ἀναγκάζεται, *las Bas.*
(16) satisfaciat, *ed. Nbg. Schf. Hal.*

Digitized by Google

vel, si hoc fuerit praetermissum, negotiorum gestorum vel ex lege condictione (1).

§ 2.—Sin autem libertates vel a possessore vel a petitore fideicommissariae petantur, vel directae ipso iure dicantur competere, annale tantummodo spatium exspectetur a morte testatoris numerandum. Et si quidem hereditatis petitionis iudicium intra id spatium terminum accipiat, secundum eventum iudicii et libertates vel effectum habeant, vel evanescant. Sin autem tempus annale emanaverit, tunc libertatis favore et humanitatis intuitu competant (2) quidem directae libertates, ex fideicommissariis autem in libertatem servi (3) eripiantur, ita tamen, si non falsum testamentum approbetur; sub ea scilicet conditione, ut, si actores (4) sint vel alias (5) ratiociniis suppositi, etiam postquam perveniant in libertatem, necessitas eis imponatur res hereditarias et rationes reddere; iure patronatus videlicet competente ei, qui ex legibus ad id possit vocari.

§ 3.—Illo, ne in posterum dubitetur, observando, ut (6) ipsa hereditatis petitio omnimodo bonae fidei iudiciis connumeretur.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. LAMPADIO (7) et ORESTE Conss. [530.]

todo lo que legítimamente se hizo por él. Pero si el peticionario hubiere sido vencido, satisfágasele de igual modo por ministerio del juez por el poseedor, ó, si esto no se hubiere hecho, en virtud de la acción de gestión de negocios, ó de la condicción que nace de la ley.

§ 2.—Mas si al poseedor ó al demandante se le pidieran las libertades dejadas por fideicomiso, ó si se dijese que de derecho competían directas, espérese tan solo el espacio de un año, que se contará desde la muerte del testador. Y si verdaderamente terminara dentro de este espacio el juicio de la petición de herencia, tengan efecto, ó desvanézcanse, las concesiones de libertad, según el resultado del juicio. Mas si hubiere transcurrido el año, entonces, por favor á la libertad y por consideración á la humanidad, competan ciertamente las libertades directas, y arránquense de poder de los fideicomisarios para la libertad los esclavos, pero esto así, si no se probara la falsedad del testamento; por supuesto, bajo esta condicción, que si fuesen administradores, ó en otro concepto estuvieren obligados á dar cuentas, se les imponga la obligación de entregar los bienes de la herencia y las cuentas, aún después que alcancen la libertad; correspondiendo, á la verdad, el derecho de patronato á aquel á quien por las leyes pueda ser llamado á él.

§ 3.—Para que en lo sucesivo no haya duda, deberá tenerse en cuenta, que la petición de herencia se cuenta en todo caso entre los juicios de buena fé.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTES. [530.]

TIT. XXXII

DE REI VINDICATIONE

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* CAECILIAE. —Etiam per alienum servum bona fide possessum ex re eius, qui eum possidet, vel ex operis (8) servi acquiri dominium vel obligationem placuit. Quare si tu quoque bona fide (9) possedisti eundem servum, et ex nummis tuis mancipia eo tempore comparavit, potes secundum iuris formam (10) uti defensionibus tuis.

§ 1.—Mancipium autem alienum mala fide possidenti nihil potest acquirere, sed qui tenet, non tantum ipsum, sed etiam operas eius, nec non ancillarum partum (11), et animalium foetus reddere cogitur.

PP. III. Non. Maii Eboraci (12), FAUSTINO (13) et RUFO (14) Conss. [210.]

2. *Imp.* ANTONINUS *A.* (15) ARISTENETO.—Si inferiorem partem aedificii, quae solum contingit, ad te pertinere probare potes, eam, quam vicinus tuus (16) imposuit, accessisse dominio tuo, non ambigitur. Sed et id, quod in solo tuo aedificatum est,

TITULO XXXII

DE LA REIVINDICACIÓN

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* CECILIA.—Se estableció, que aún por medio del esclavo ajeno, poseído de buena fé, se adquiere el dominio ó una obligación por virtud de cosa del que lo posée, ó por el trabajo del esclavo. Por lo cual, si también tú poseiste de buena fé el mismo esclavo, y él compró con tu dinero durante este tiempo otros esclavos, puedes usar de tus medios de defensa conforme á la ley.

§ 1.—Mas el esclavo ajeno no puede adquirir nada para el poseedor de mala fé, sino que el que lo retiene está obligado á restituir no solamente dicho esclavo, sino también su trabajo, así como el parto de las esclavas y las crías de los animales.

Publicada en York á 3 de las Nonas de Mayo, bajo el consulado de FAUSTINO y de RUFO. [210.]

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* ARISTENETO.—Si puedes probar que te pertenece la parte inferior del edificio, que está unida al suelo, no hay duda de que acreció á tu dominio la que tu vecino construyó sobre ella. Pero también te per-

(1) condictionem competere, *ed. Schf.*
(2) competent, *Cont. 76.*
(3) fideicommissarii aut. servi in libert., *ms. Pl. 1.*
(4) auctores, *ms. Bg. antes de la enmienda; pero* διοικηταί, *las Bas.*
(5) aliis, *ms. Pl. 2., ed. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg. Hal. Russ.;* ut et, *ms. Bg., ed. Schf. Cont. y las demás.*
(7) Dat.—Lamp., *se confirma en la indicación de la fecha del ms. Pist.*
(8) operibus, *mms. Pl. 1. 2. Gt., ed. Nbg.*
(9) bona fide, *faltan en el ms. Pl. 1.*
(10) fortunam, *ms. Pl. 1. antes de la enmienda.*
(11) *Los mms. Pl. 2. Bg., ed. Nbg. Schf. Hal.;* partus, *ms. Pl. 1., Russ. y los demás;* τὸ τοκετόν, *las Bas.*
(12) *El ms. Pist. confirma el lugar y el día.*
(13) Fausto, *ms. Pist., en el cual falta el nombre del otro cónsul.*
(14) Rufino. *Bk.*
(15) Id. a, *ms. Vat.;* Id. aa, *mms. Cas. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.*
(16) tuus, *falta en el ms. Bg., ed. Schf. Hal., Coll. Ans. ded.*

Digitized by Google

quoad (1) in eadem causa manet, iure ad te pertinet. Si vero fuerit dissolutum, materia eius ad pristinum dominum redit, sive bona fide sive mala fide (2) aedificium exstructum sit, si non donandi animo aedificia alieno solo imposita sunt (3).

PP. XII. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. et BALBINO (4) Conss. [213.]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* DOMINIAE.—Mater tua vel maritus fundum tuum invita vel ignorante te vendere iure non potuit, sed rem tuam a possessore vindicare, etiam non oblato pretio, poteris. Sin autem postea de ea venditione consensisti, vel alio modo proprietatem eius amisisti, adversus emtorem quidem nullam habes actionem, adversus venditorem (5) vero de pretio negotiorum gestorum actionem (6) exercere non prohiberis.

PP. III. Kal. Novemb. ALEXANDRO A. II. et MARCELLO (7) Conss. [226.]

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* MUNIANO, *militi* (8).—Adversus eos, qui a malae fidei possessoribus fundum bona fide comparaverunt, ita tibi actio competit, si prius quam usucapionem implerent, vel longae possessionis praescriptionem (9) adipiscerentur, dominium ad te pervenerit.

PP. XII. (10) Kal. Novemb. PIO et PONTIANO Conss. [238.]

5. *Idem. A.* HERASIANO.—Domum, quam ex matris successione ad te pertinere (11), et ab adversa parte iniuria occupatam esse ostendis (12), praeses provinciae cum pensionibus, quas percepit aut percipere poterat, et omni causa damni dati restitui iubebit. Eius autem, quod impendit, rationem haberi non posse, merito rescriptum est, quum malae fidei possessores, eius, quod in rem alienam impendunt, non eorum negotium gerentes, quorum res est, nullam habeant repetitionem, nisi necessarios sumtus fecerint; sin autem utiles (13), licentia eis permittitur sine laesione prioris status rei eos auferre.

PP. prid. Id. (14) Febr. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

6. *Idem A.* USTRONIO.—Si ex ea pecunia, quam deposueras, is, apud quem collocata fuerat, sibi possessiones comparavit, ipsique traditae sunt, tibi vel omnes tradi, vel quasdam (15) compensationis causa ab invito eo (16) in te transferri, iniuriosum est.

(1) quod, *Coll. Ans. ded.; pero* ἐφ' ὅσον, *las Bas.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf., Coll. Ans. ded.;* fide, *falta en las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* εἴτε καλῇ πίστει, εἴτε κακῇ πίστει, *las Bas.*
(3) sint, *Russ. y después los demás.*
(4) II., *inserta Bk.*
(5) venditricem, *mms. Pl. 1. 2. Bg., ed. Schf. Hal.;* venditores, *ed. Nbg.;* κατὰ τῆς μητρὸς ἢ τοῦ ἀνδρός, *las Bas.*
(6) actionem, *falta en los mms. Pl. 1. Bg., Hal.*
(7) A. II. et Marc., *faltan en los mms. Pist.*
(8) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., ed. Nbg.;* Africae, *añaden Hal. y los demás.*

tenece de derecho lo que se edificó en suelo tuyo, mientras permanece en el mismo estado. Mas si hubiere sido demolido, los materiales vuelven al primitivo dueño, ya haya sido levantado de buena, ya de mala fé, el edificio, si no se levantaron los edificios en suelo ajeno con ánimo de hacer donación.

Publicada á 12 de las Calendas de Noviembre, bajo el cuarto consulado de ANTONINO y el de BALBINO. [213.]

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* DOMINIA.—Ni tu madre, ni tu marido, pudo vender legalmente, contra tu voluntad, ó ignorándolo tú, un fundo tuyo, sino que, aunque no hayas ofrecido el precio, podrás reivindicar del que la posea una cosa tuya. Mas si después consentiste en dicha venta, ó de otro modo perdiste su propiedad, no tienes ciertamente ninguna acción contra el comprador, pero no se te prohibe ejercitar contra el vendedor la acción de gestión de negocios para reclamar el precio.

Publicada á 3 de las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de ALEJANDRO y el de MARCELO. [226.]

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* MUNIANO, *militar.*— Contra los que de buena fé compraron un fundo á poseedores de mala fé te compete acción de esta suerte, si el dominio de dicho fundo te hubiere correspondido antes que ellos hayan cumplido el tiempo para la usucapión, ó alcanzado la prescripción de larga posesión.

Publicada á 12 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de Pío y de PONCIANO. [238.]

5. *El mismo Augusto á* HERASIANO.—La casa que pruebas que te pertenece por la sucesión de tu madre, y que injustamente se halla ocupada por la parte contraria, mandará el presidente de la provincia que se te restituya con los alquileres, que percibió ó había podido percibir, y con la indemnización de todos los daños causados. Mas con razón se resolvió por rescripto, que no se puede tener en cuenta lo que gastó, como quiera que los poseedores de mala fé, que no son administradores de los negocios de aquellos á quienes la cosa pertenece, no tengan ninguna acción para reclamar lo que gastan en las cosas de otro, sino en el caso en que hubieren hecho gastos necesarios; pero si hubieren sido útiles, se les concede facultad para retirarlos sin detrimento del primitivo estado de la cosa.

Publicada á 1 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

6. *El mismo Augusto á* USTRONIO.—Si con la suma que habías depositado, compró aquel en cuyo poder había sido depositada algunas fincas para sí, y le fueron entregadas, es injusto que contra su voluntad se te entreguen por él todas, ó se te transfieran algunas por vía de compensación.

(9) praescriptione, *de suerte que* dominium *se refiera á esta oración, las ed. Nbg. Hal.*
(10) XI., *ms. Pist.*
(11) dicis, *insertan el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Schf.*
(12) ostenderis, *mms. Pl. 1. 2., ed. Nbg.*
(13) utileis, *Hal. Cont, 66. 71. 76. Char.*
(14) *Ms. Pist.;* II. Id., *Hal. y los demás.*
(15) *Los mms. Pl. 1. Bg., ed. Schf. Hal.;* ex his (iis), *ms. Pl. 2., las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(16) eo, *falta en las ed. Nbg. Hal.*

Digitized by Google

PP. V. Id. Iul. (1) GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

7. *Imp.* (2) PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *Nob.* (3) *Caes.* (4) ANTONIO (5).—Partum ancillae matris sequi conditionem, nec statum patris in hac specie considerari, explorati iuris est.

PP. XIII. (6) Kal. Nov. PHILIPPO A. et TITIANO (7) Conss. [245.]

8. *Idem A. et C.* PHILIPPO, *militi.*—Si, ut proponis, pars diversa (8) pecunia tua quaedam nomine suo comparavit, praeses provinciae, utilem vindicationem obtentu militiae tibi eo nomine impertiri desideranti, partes aequitatis non negabit. Idem mandati quoque seu negotiorum gestorum actionem (9) inferenti tibi iurisdictionem praebebit.

PP. II. Non. Mart. PRAESENTE et ALBINO Conss. [246.]

9. *Imppp.* CARUS, CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* ANTONIO.—Doce ancillam, de qua supplicas, dotalem fuisse, in notione (10) praesidis; quo patefacto dubium non erit (11), vindicari ab uxore tua nequivisse.

PP. III. (12) Kal. Mart. CARO (13) et CARINO AA. Conss. [283.]

10. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (14) IANUARIO.—Quum super vernis (15) mancipiis nulla instrumenta te habere asseveres, in iudicio, in quo negotium coeptum esse proponitur, id, quod in precem contulisti, postulare debuisti. Iudex enim non ignorat, servorum dominia etiam citra instrumentorum exhibitionem aliis probationibus vel ipsorum interrogatione posse ostendi.

PP. VIII. Id. (16) Februar. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

11. *Iidem AA. et CC.* (17) GAIANO (18).—Si quis sciens alienum agrum sevit vel plantas imposuit, postquam hae (19) radicibus terram fuerint amplexae, solo cedere rationis est. Domini (20) enim magis segetem vel plantas, quam per huiusmodi factum solum suum facit. Sane eum (21), qui bona fide possidens (22) hoc fecerit, per doli mali exceptionem contra vindicantem dominium servare sumtus, iuris auctoritate significatum est.

Dat. IV. Kal. Mart. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

Publicada á 5 de los Idus de Julio, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

7. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *Nobilísimo César, á* ANTONIO.—Es sabido en derecho, que el parto de la esclava sigue la condición de la madre, y que en este caso no se considera el estado del padre.

Publicada á 13 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de FILIPO, Augusto, y de TICIANO. [245.]

8. *El mismo Augusto y César á* FILIPO, *militar.*—Si, como dices, tu adversario compró á su nombre algunos bienes con dinero tuyo, el presidente de la provincia no te negará los fueros de la equidad, si deseas que por consideración á la milicia se te conceda con tal motivo la acción reivindicatoria útil. El mismo te prestará su jurisdicción al ejercitar también la acción de mandato ó la de gestión de negocios.

Publicada á 2 de las Nonas de Marzo, bajo el consulado de PRESENTE y de ALBINO. [246.]

9. *Los Emperadores* CARO, CARINO *y* NUMERIANO, *Augustos, á* ANTONIO.—Prueba ante el presidente, que la esclava, respecto de la que suplicas, fué de la dote; y probado esto, no será dudoso que no pudo ser reivindicada por tu mujer.

Dada á 3 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los mismos Augustos. [287—304.]

10. *Iidem AA.* MUCAZANO (2).—Asseveratio debitum solutum contendentis temporis diuturnitate non excluditur. Nec huic obloquitur, quod exceptio non numeratae pecuniae, certa die non delata querela, prius evanescat, quum inter eum, qui factum asseverans onus subiit probationis, et negantem numerationem, cuius naturali ratione probatio nulla est, et ob hoc ad petitorem eius rei necessitatem transferentem, magna sit differentia.

10. *Los mismos Augustos á* MUCAZANO.—La aseveración del que sostiene haberse pagado la deuda, no es excluida por larga duración de tiempo. Y no se opone á esto que se extinga antes la excepción de dinero no contado, no habiéndose deducido la querella en cierto término, como quiera que sea grande la diferencia entre el que aseverando un hecho soporta la carga de la prueba, y el que niega la entrega del dinero, de lo que por razón natural no hay prueba alguna, y por esto transfiere al demandante la necesidad de esa prueba.

11. *Iidem AA.* (3) EUTYCHIANO.—Si transactionis causa dare Palladio pecuniam stipulanti spopondisti, exceptione non numeratae pecuniae defendi non potes.
Dat. IV. Id. April..... (4).

11. *Los mismos Augustos á* EUTIQUIANO.—Si por causa de transacción prometiste darle dinero á Paladio, que estipulaba, no puedes defenderte con la excepción de dinero no contado.
Dada á 4 de los Idus de Abril.....

12. *Iidem AA.* (5) SEVERIANO.—Tam mandatori quam fideiussori non numeratae pecuniae exceptio, exemplo rei principalis, competit (6).

12. *Los mismos Augustos á* SEVERIANO.—Así al mandante como al fiador les compete, á la manera que al deudor principal, la excepción de dinero no contado.

13. *Imp.* IUSTINUS (7) *A.* THEODORO (8) *P. U.* (9).—Generaliter sancimus, ut, si quid scriptis cautum fuerit pro quibuscunque pecuniis ex antecedente causa descendentibus, eamque causam specialiter promissor edixerit, non iam ei licentia sit causae probationes (10) stipulatorem exigere, quum suis confessionibus (11) acquiescere debeat (12), nisi certe ipse e contrario per apertissima rerum argumenta scriptis inserta religionem iudicis possit instruere, quod in alium quemquam modum, et non in eum, quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. Nimis enim indignum esse iudicamus, ut (13), quod sua quisque voce dilucide protestatus est, id in eundem casum infirmaret, testimonioque proprio resisteret (14).

13. *El Emperador* JUSTINO, *Augusto, á* TEODORO, *Prefecto de la ciudad.*—Mandamos en general, que si algo se hubiere consignado en una escritura respecto á cualesquiera cantidades provenientes de causa anterior, y el prometedor hubiere expresado especialmente esta causa, no tenga ya facultad para exigirle al estipulante las pruebas de la causa, puesto que debe aquietarse con sus propias confesiones, á no ser que por el contrario pueda él informar ciertamente con evidentísimos argumentos de las cosas insertos en escritos la conciencia del juez, sobre que el negocio se realizó de otro modo cualquiera, y no según el que manifiesta la caución. Porque juzgamos que es demasiado indigno, que lo que uno manifestó claramente con su propia voz lo invalide para el mismo caso, y se oponga al propio testimonio.

14. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—In contractibus, in quibus pecuniae vel aliae res numeratae vel datae esse conscribuntur, non intra quinquennium, quod antea constitutum erat, non numeratae pecuniae exceptionem obiicere possit, qui accepisse pecunias vel alias res scriptus sit, vel successor (15) eius, sed intra solum biennium continuum, ut eo lapso (16) nullo modo querela non numeratae pecuniae introduci possit; his scilicet, qui propter aliquas causas specialiter legibus expressas etiam lapso quinquennio in praeteritis temporibus adiuvabantur, etiam in posterum, licet

14. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—En los contratos en que se escribe que se entregaron cantidades ó se dieron otras cosas, no pueda el que se hubiera escrito que recibió las cantidades ó las otras cosas, ó su sucesor, oponer la excepción de dinero no contado dentro del quinquenio, que antes se hallaba establecido, sino solamente dentro de un bienio consecutivo, de suerte que, transcurrido este, no se pueda de ningún modo deducir la querella de dinero no contado; habiendo de disfrutar, por supuesto, de su mismo beneficio, también en lo futuro, aun-

(1) d. III. id. dec. ipsis cc., *ms. Pist.*
(2) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* Mazantio, Mezantio, *las ed. Nbg. Hal. y los demás; después de* AA., *insertan* et CC., *los mms. Pl. 1. Bg.*
(3) et CC., *insertan los mms. Vat. Pl. 1. Bg.*
(4) *Los mms. Pist. Paris., Bk.; toda la indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(5) et CC., *adicionan los mms. Pist. Pl. 1. Bg.*
(6) P. K. Oct. Max. et Hel. Css., *los mms. Pist. Paris., de donde tomó Bk. esta indicación de la fecha,* PP. Kal. Oct. Maximo II. et Aquilino Conss. [286.], *pero parece que más bien se ha de atribuir al consulado de Máximo y de Eliano* [223.], *y que esta indicación de la fecha se ha de aplicar á la ley 6. de este título.*
(7) Iustinianus, *los mms. Pist. Bg.*
(8) Theodosio, *el ms. Pl. 1.*
(9) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 1., Cuyacio Obss. XIII. 1.;* P. P., *todas las ed. Véase la ley 7. C. II. 8.*
(10) *Los mms. Pl. 2. Bg., mms. Pl. 1. Gt. según corrección, y la ed. Schf.;* probationis, *la ed. Nbg.;* probatione, *Hal. Russ. Cont. 62.;* probationem, *Cont. 66. y los demás.*
(11) confessionem., *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg. Schf., Hal. en el texto. Con razón se omite, considerándola proveniente de la glosa, según lo que dicen Russ. y Cont.*
(12) decat, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* ut, *falta en Cont. 66. y en los demás.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Bg.;* infirmare—resistere, *ms. Pl. 2., y todas las ed.*
(15) heres, *ms. Bg.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.;* elapso, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*

Digitized by Google

biennium pro quinquennio statutum est, eodem auxilio potituris.

§ 1.—Sed quoniam securitatibus et instrumentis depositarum rerum vel pecuniarum talem exceptionem opponere litigatores conantur, iustum esse prospicimus (1), huiusmodi potestatem in certis quidem casibus prorsus amputare, in aliis vero brevi tempore concludere. Ideoque sancimus, instrumento quidem depositionis certarum rerum vel certae pecuniae securitatibusque publicarum functionum, sive in solidum sive ex (2) parte solutae esse conscribantur, illis etiam securitatibus, quae post confectionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte vel in solidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratae pecuniae penitus opponi.

§ 2.—Super ceteris vero securitatibus, quae super privatis debitis a creditore conscribuntur, partem debiti sortis vel usurarum nomine solutam esse significantes, vel adhuc foeneratitia cautione apud creditorem manente, solidi tamen debiti solutionem factam esse demonstrantes, vel etiam futuram esse redhibitionem instrumenti foeneratitii promittentes, vel si qua alterius cuiuscunque contractus gratia, in quo numeratio pecuniarum vel datio certarum specierum scripta est, securitas similiter data sit, depensas esse pecunias vel alias res vel partem earum significans (3), intra triginta tantummodo dies, post huiusmodi securitatis expositionem connumerandos, exceptionem non numeratae pecuniae posse obiici, ut, si hi transacti fuerint, eadem securitas a iudicantibus omnibus modis admittatur, nec ei liceat, qui securitatem exposuit, post excessum memoratorum (4) dierum non esse sibi solutas pecunias vel alias res dicere.

§ 3.—Illo videlicet (5) observando, ut, in quibus non permittitur exceptionem non numeratae pecuniae opponere, vel ab initio vel post taxatum tempus elapsum, in his nec iusiurandum offerri (6) liceat.

§ 4.—In omni vero tempore, quod memoratae exceptioni taxatum est, ei licebit, cui talis exceptio competit, vel denuntiationibus scripto missis querelam non numeratae pecuniae manifestare ei, qui numerasse eam (7) vel alias res dedisse instrumento scriptus (8) est, vel, si abesse eum his locis, in quibus contractus factus est, contigerit, in hac quidem alma urbe apud quemlibet ordinarium iudicem, in provinciis vero apud viros clarissimos rectores earum vel defensores locorum eandem querelam manifestare, eoque modo perpetuam sibi exceptionem efficere. Sed si praesens quidem sit, qui pecunias numerasse vel alias res dedisse scriptus est, aliquam vero administrationem vel in hac alma urbe vel (9) in provinciis gerat, ut difficile esse videatur denuntiationem ei mittere, licentiam damus ei, qui memorata exceptione uti

que se ha establecido el bienio en lugar del quinquenio, los que por razón de algunas causas, especialmente expresadas en las leyes, eran auxiliados en los pasados tiempos aun transcurrido el quinquenio.

§ 1.—Pero como los litigantes intentan oponer tal excepción á los resguardos y á los instrumentos de cosas ó cantidades depositadas, consideramos que es justo quitar en absoluto en ciertos casos semejante facultad, y en otros limitarla á breve tiempo. Y por lo tanto, mandamos, que en manera ninguna se oponga ninguna excepción de dinero no contado al instrumento de depósito de ciertas cosas ó de cierta cantidad, ni á los resguardos de funciones públicas, ya se consigne por escrito que fueron entregadas en su totalidad, ya que en parte, y ni tampoco á los resguardos que después de la confección de los instrumentos dotales se otorgan respecto á haberse pagado en parte ó en su totalidad la dote.

§ 2.—Pero respecto á los demás reguardos, que sobre deudas privadas se escriben por el acreedor, que signifiquen que se pagó parte por razón del capital adeudado ó de los intereses, ó permaneciendo todavia en poder del acreedor la caución del préstamo á interés, que demuestren, sin embargo, que se hizo el pago de toda la deuda, ó también que prometan que se habrá de hacer la restitución del instrumento de préstamo á interés, ó si por razón de otro cualquier contrato, en el que se haya consignado por escrito la entrega de cantidades ó la dación de ciertas especies, se haya dado del mismo modo resguardo, que signifique que se entregaron las cantidades ó las otras cosas ó parte de ellas, pueda oponerse la excepción de dinero no contado solamente dentro de treinta dias, contaderos desde la extensión de semejante resguardo, de suerte que, si estos hubieren transcurrido, sea admitido de todos modos por los juzgadores el mismo resguardo, y no le sea lícito al que extendió el resguardo decir después del transcurso de los mencionados dias, que no se le entregó el dinero ó las otras cosas.

§ 3.—Debiéndose, á la verdad, observar esto, que en los casos en que no se permite oponer la excepción de dinero no contado, ó desde un principio ó después de transcurrido el tiempo fijado, no sea lícito tampoco que se ofrezca el juramento.

§ 4.—Mas en todo el tiempo, que se ha fijado para la mencionada excepción, le será lícito á aquel á quien le compete tal excepción, ó, habiéndole enviado las denuncias por escrito, manifestarle la querella de dinero no contado al que se escribió en el instrumento que entregó la suma ó que dió las otras cosas, ó, si aconteciere que él está ausente de los lugares en que se hizo el contrato, manifestar la misma querella, á la verdad, en esta augusta ciudad ante cualquier juez ordinario, pero en las provincias ante los muy esclarecidos varones gobernadores de las mismas, ó ante los defensores de las localidades, y de este modo hacer perpétua para sí la excepción. Pero si verdaderamente estuviera presente el que se escribió que entregó las cantidades ó que dió las otras cosas, pero desempeñara alguna administración ó en esta augusta ciudad ó

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* prospeximus, *la ed. Schf.;* perspeximus, *Russ. y los demás.*
(2) pro, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal Russ.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* significantes, *Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* triginta, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Cmt. 62.;* semper, *adicionan las ed. Nbg. Hal. y las demás contra todos los mms. de Russ.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* offerre, *Hal. y los demás.*
(7) eam, *falta en el ms. Gt.;* pecuniam, *el ms. Bg.*
(8) inscriptus, *el ms. Pl. 1., y la ed. Schf.;* conscriptus, *el ms. Bg.*
(9) vel in hac alma urbe vel, *faltan en la ley 21. C. I. 4.*

Digitized by Google

velit, alios iudices adire, vel in hac alma urbe vel in provinciis, et per eos ei (1) manifestare, cui exceptionem huiusmodi obiicit, factam a se super non numerata pecunia querelam esse. Quod si in provinciis vel (2) non sit alius administrator civilis vel militaris, vel per (3) aliquam causam difficile sit ei, qui memoratam querelam opponit, adire eum et ea, quae dicta sunt, facere, licentiam ei damus, per virum reverendissimum episcopum eandem suam exceptionem creditori manifestare, et ita tempus statutum interrumpere. Quae etiam in exceptione non numeratae dotis locum habere certum (4) est.

Dat. Kal. Iul. Constantinop. Dn. IUSTINIANO A. II. Cons. (5) [528.]

AUTHENT. *de tempore non solut. pecun. super dote.* § *Si autem. (Nov. 100. c. 1.)* — Hanc autem querelam in scriptis fieri oportet, et si quis eam in iudicio faciat, oportet eam mulieri vel omnimodo ei, qui dotem conscripsit, innotescere.

15. *Idem A.* MENNAE *P. P.*—Si cui non numeratae pecuniae competere possit exceptio, etiam eo supersedente tali auxilio uti (6), vel praesente vel absente, creditores eius (7) (sive ipsi conveniantur, utpote res eius detinentes, ab his, qui debita eius exigunt, cui competit huiusmodi exceptio vel dotis vel alterius causae nomine, sive contra alios possidentes aliquam actionem ipsi moveant) possint in examinando negotio suis adversariis eandem non numeratae pecuniae exceptionem opponere, nec eo (8) prohibeantur, quod principalis debitor ea nunquam usus est (9); ita tamen, ut neque principali debitori neque fideiussori (10) eius aliquod praeiudicium generetur, si is, qui eam exceptionem opposuit (11), victus fuerit, sed possint illi postea, si conveniantur, intra statuta scilicet tempora, eadem se exceptione tueri.

16. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Indubitati iuris est, non numeratae pecuniae exceptionem locum habere et in talibus nominibus vel (12) foeneratitiis vel aliis cautionibus, quae etiam sacramenti habent mentionem. Quae enim differentia est in huiusmodi exceptione, sive iusiurandum positum est, sive non, tam in foeneratitiis cautionibus (13), quam in aliis instrumentis, quae talem exceptionem recipiunt?

en las provincias, de suerte que parezca difícil enviarle la denuncia, le damos licencia al que quiera usar de la mencionada excepción, para dirigirse á otros jueces, ó en esta augusta ciudad ó en las provincias, y por medio de ellos manifestarle á aquel á quien le opone semejante excepción, que por él se ha formulado querella sobre no haber recibido el dinero. Pero si en las provincias ó no hubiera otro administrador civil ó militar, ó por alguna causa le fuera difícil al que opone la mencionada querella dirigirse á él, y hacer lo que se ha dicho, le damos licencia para manifestarle al acreedor su misma excepción por medio del reverendísimo obispo, y para interrumpir así el tiempo establecido. Cuyas disposiciones es cierto que tienen lugar también en la excepción de dote no contada.

Dada en Constantinopla las Calendas de Julio, bajo el segundo consulado del Señor JUSTINIANO, Augusto. [528.]

AUTÉNTICA *de tempore non solut. pecun. super dote.* § *Si autem. (Nov. 100. c. 1.)*—Mas esta querella debe ser hecha por escrito, y si alguno la hiciera en juicio, conviene que se le haga conocer á la mujer, ó de todos modos al que constituyó por escrito la dote.

15. *El mismo Augusto á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Si á alguno pudiera competerle la excepción de dinero no contado, aun dejando él de utilizar tal beneficio, estando ora presente, ora ausente, puedan sus acreedores (ya si ellos fueran demandados, como detentando las cosas de él, por los que exigen los débitos del mismo á aquel á quien le compete semejante excepción por razón ó de dote ó de otra causa, ya si los mismos promovieran alguna acción contra otros poseedores), al examinarse el negocio, oponerles á sus adversarios la misma excepción del dinero no contado, y no se les prohiba, porque el deudor principal no haya usado nunca de ella; pero de suerte, que ni al deudor principal, ni á su fiador, se le origine perjuicio alguno, si hubiere sido vencido el que opuso esta excepción, sino que puedan ellos después, si fueran demandados, por supuesto, dentro del tiempo establecido, ampararse con la misma excepción.

16. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Es de indudable derecho, que la excepción de dinero no contado tiene lugar también en tales créditos, ó en los préstamos á interés, ó en otras cauciones, que también hacen mención de juramento. Porque ¿qué diferencia hay respecto á esta excepción, ora se haya consignado, ó no, el juramento, tanto en las cauciones de préstamo á interés, como en los otros instrumentos, que admiten tal excepción?

(1) ei, *falta en el ms. Bg.*
(2) in provinciis vel, *faltan en la ley 21. C. I. 4. y su omisión concuerda mejor así con el sentido como con las Bas.; en Russ. se halla* vel *entre paréntesis.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal., y la ley 21. C. I. 4.;* propter, *las ed. Schf. Russ y las demás.*
(4) receptum, *la ley 21. C. I. 4.*
(5) *La indicación de la fecha falta en Hal., y fué restablecida por Russ. según la ley 21. C. I. 4.*
(6) et, *insertan los mms. Pl. 2. Gt., y la ed. Schf.*
(7) possint, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(8) ideo, *la ed. Schf.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* sit. *Hal. y los demás.*
(10) fideiussioni, *el ms. Pl. 2.;* fideiussoribus, *los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* exposuerit, *Hal.;* opposuerit, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*
(12) vel, *falta en el ms. Bg., y Russ. prefiere suprimirla.*
(13) cautionibus *falta en Hal. Russ.*

Digitized by Google

TIT. XXXI

DE COMPENSATIONIBUS

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* DIANENSI (1).—Et Senatus censuit, et saepe rescriptum est, compensationi in causa fiscali ita demum locum esse, si eadem statio quid debeat, quae petit. Hoc (2) iuris (3) propter confusionem diversorum officiorum tenaciter servandum est. Si quid autem tibi ex ea statione, cuius mentionem fecisti, deberi constiterit, quam primum recipies.

2. *Idem A.* ASCLEPIADAE (4).—Ex causa quidem iudicati (5) solutum repeti non potest, eapropter (6) nec compensatio eius admitti potest. Eum vero, qui iudicati convenitur, compensationem pecuniae sibi debitae implorare posse, nemini dubium est.

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* CAPITONI.—In ea (7), quae reipublicae te debere fateris, compensari ea, quae (8) ab eadem tibi debentur, is, cuius de ea re notio est, iubebit, si neque ex kalendario, neque ex vectigalibus, neque ex frumenti vel olei publici pecunia, neque tributorum, neque alimentorum, neque eius, quae (9) statutis sumtibus servit, neque fideicommissi civitatis debitor sis.

4. *Idem A.* LUCIANO (10).—Si constat, pecuniam invicem deberi, ipso iure pro soluto compensationem haberi oportet ex eo tempore, ex quo ab utraque parte debetur, utique quoad concurrentes (11) quantitates, eiusque solius. quod amplius apud alterum est, usurae debentur, si modo petitio earum subsistit.

Dat. XVII. Kal. Octobr. ALEXANDRO A. III. et DIONE Conss. (12) [229.]

5. *Idem A.* HONORATAE.—Etiam si fideicommissum tibi ex eius bonis deberi constat, cui debuisse te minorem quantitatem dicis, aequitas compensationis usurarum excludit computationem, petitio autem eius, quod amplius tibi deberi probaveris, sola relinquitur.
PP.... (13).

6. *Idem A.* POLYDEUCI (14).—Neque scriptura, qua cautum est, accepta quae negas tradita, obligare te contra fidem veritatis potuit; et compensationis (15) acquitatem iure postulas. Non enim prius exsolvi, quod debere te constiterit, aequum est, quam petitioni mutuae responsum fuerit, eo

(1) Dionysio, *otros.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt, y las ed. Nbg. Schf.;* Atque hoc, *Hal. y los demás.*
(3) ius, *las ed. Nbg. Hal. Russ. Bk.*
(4) Asclepiadi, *la mayor parte de los mms.*
(5) *Los mms. Pl. 2. Bg., todos los mms. de Russ. y Cont., y la ed. Schf.;* si debitum. *adicionan las ed. Nbg. Hal. y después las demás; requiere la omisión el Schol. Bas., el cual añade* τὸ κατὰ πόδας; *en el ms. Pl. 1. el comienzo dice así:* Si ex c. q. i. solutum est.
(6) propterea, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(7) re, *adiciona el ms. Pl. 1., pero señalada con puntos;* εἰς ἐκεῖνα, *Schol. Bas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Schf.;* invicem, *añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

TITULO XXXI

DE LAS COMPENSACIONES

1. *Los Emperadores* ANTONINO, *Augusto, á* DIANENSE.—El Senado dispuso, y muchas veces se respondió por rescripto, que en negocio del fisco ha lugar á la compensación solamente si la misma estación, que reclama, debiera alguna cosa. Este derecho se debe observar constantemente por causa de la confusión de las diversas oficinas. Mas si constare que se te debe algo por la misma estación de que hiciste mención, lo recibirás desde luego.

2. *El mismo Augusto á* ASCLEPIADA.—A la verdad, no se puede repetir lo pagado por causa de cosa juzgada, y por lo mismo tampoco se puede admitir su compensación. Pero no es dudoso para nadie, que el que es demandado por lo juzgado puede implorar la compensación del dinero que se le debe.

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* CAPITÓN.—Respecto á lo que confiesas que debes á la república, mandará aquel á quien compete el conocimiento de este asunto, que se compense lo que por la misma se te debe, si no fueras deudor ni por intereses del calendario, ni por impuestos, ni por dinero del trigo ó del aceite público, ni de tributos, ni de alimentos, ni de lo que sirve para los gastos establecidos, ni de fideicomiso de la ciudad.

4. *El mismo Augusto á* LUCIANO.—Si consta que recíprocamente se debe dinero, procede que de derecho se haga la compensación en pago desde el día en que por una y otra parte se debe, ciertamente hasta las cantidades concurrentes, y se deben intereses de aquello solo que además acredita una de las partes, si aun subsiste la petición de los mismos.
Dada á 17 de las Calendas de Octubre, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DION. [229.]

5. *El mismo Augusto á* HONORATA.—También si consta que se te debe un fideicomiso sobre los bienes de aquel á quien dices que tú le debías una cantidad menor, la equidad de la compensación excluye el cómputo de intereses, y se deja la sola demanda de lo que probares que además se te debe.
Publicada.....

6. *El mismo Augusto á* POLIDEUCES.—Ni la escritura, en la cual se declaró como recibido lo que niegas que se haya entregado, pudo obligarte contra la realidad de la verdad; y con derecho pides la equidad de la compensación. Porque no es justo que lo que constare que tú debes se pague antes

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* qui, *las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero el Schol. Bas.* ἐξ ἐκείνης τῆς ποσότητος, ἥτις.
(10) Iuliano, *algunos mms.;* P. P., *adiciona el ms. Bg.*
(11) concurrunt, concurrant, concurrent, *nuestros mms., y la ed. Schf.*
(12) *Esta indicación de la fecha, que falta en Hal. y en los demás, ha sido restablecida según el ms. Pist.*
(13) *El ms. Pist. no dice nada más, y hasta* PP. *falta en Hal. y en los demás.*
(14) *Los mms. Vat. Pl. 1.;* Polideucae, *ms. Cas.;* Polideuti, Pollidenti, *ms. Bg., y todas las ed. Véase la ley 1. C. V. 21.*
(15) et contra pensationis, *Hal.*

Digitized by Google

magis, quod ea te persequi dicis, quae a muliere divortii causa amota quereris.

PP. V. (1) Kal. Decemb. ALEXANDRO A. III. et DIONE (2) Conss. (3) [229.]

7. *Idem A.* AUNOXIO (4).—Si ex venditione pretium venditori debetur, compensationis ratio opponitur. Adversus fiscum enim solummodo emtores petitioni pretii compensationem (5) obiicere prohibentur.

8. *Imp.* GORDIANUS *A.* EMERITO (6).—Si propter fructus ex possessione tua perceptos vitricus tuus debitor tibi constitutus est, quum id, quod a matre tua (7) legatum est, a te petere coeperit, mutuo debitae quantitatis apud eum, qui super ea re iudicaturus est, compensationem non immerito obiicies.

9. *Idem A.* EUMENIDI (8). — Eius, quod non ei debetur, qui convenitur, sed alii, compensatio fieri non potest.

PP. Id. Ianuar.... (9).

10. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (10) NICANDRO (11).—Quoniam liberum fundum distractum (12) proponis, post vero, veluti praecedente emtionem obligatione, certum quid solvisse, si debitum a te apud praesidem provinciae petatur, compensationem eius, quod indebite solvisti, potes opponere.

11. *Iidem AA. et CC.* (13) IULIANO (14) *et* PAULO. —Si tutores pupillis officio magistratus urgente nominastis, ac pro his propter onus primipili pecuniam solvistis, superstitiosam geritis sollicitudinem, ne ab ipsis conventi hanc eis imputare minime possitis, vel a vobis quidquam amplius exigatur, si tantum, quantum eis tutores debuerunt, vel vos nomine ipsorum maiorem quantitatem dedisse probetur.

12. *Iidem AA. et CC.* (15) CORNELIANO (16).—Invicem debiti compensatione habita, si quid amplius debeas, solvens, vel accipere creditore nolente, offerens et consignatum deponens, de pignoribus agere potes.

PP. XVII. Kal. Ianuar. Nicomediae, Caess. Conss. (17) [294—305.]

13. *Iidem AA. et CC.* (18) BASSO.—Si velut in id debitum, quod solemnium publicarum pensita-

que se haya contestado á la mútua demanda, con tanta más razón, cuanto que dices que persigues lo que en la querella manifiestas que por causa de divorcio se amovió por tu mujer.

Publicada á 5 de las Calendas de Diciembre, bajo el tercer consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de DION. [229.]

7. *El mismo Augusto á* AUNOXIO.—Si por una venta se le debe el precio al vendedor, se opone la cuenta de la compensación. Porque solamente contra el fisco se les prohibe á los compradores oponer la compensación á la demanda del precio.

8. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* EMERITO.—Si tu padrastro se constituyó deudor tuyo por frutos percibidos de una posesión tuya, cuando haya comenzado á reclamarte lo que por tu madre se le legó, no sin razón opondrás ante quien ha de juzgar en este asunto la compensación de la cantidad mútuamente debida.

9. *El mismo Augusto á* EUMENIDES.—No se puede hacer compensación de lo que no se le debe al que es demandado, sino á otro.

Publicada los Idus de Enero.....

10. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* NICANDRO.—Puesto que exponeis que se te vendió un fundo como libre, pero que después, como por obligación anterior á la compra, pagaste cierta cantidad, si ante el presidente de la provincia se te pidiera lo debido por tí, puedes oponer la compensación de lo que pagaste sin deberlo.

11. *Los mismos Augustos y Césares á* JULIANO *y á* PAULO.—Si apremiándoos el cargo de magistrado les nombrasteis tutores á los pupilos, y por razón de la carga de primipilo pagasteis por estos una cantidad, mostrais una inquietud infundada, de que demandados por los mismos no se la podais en manera alguna poner en cuenta, ó de que se os exija alguna cosa más, si se probase que disteis tanto cuanto los tutores les debieron, ó en nombre de los mismos una cantidad mayor.

12. *Los mismos Augustos y Césares á* CORNELIANO.—Hecha recíprocamente la compensación de una deuda, si debieras alguna cosa más, pagándola, ó, no queriéndola recibir el acreedor, ofreciéndola ó depositándola consignada, puedes ejercitar la acción de prenda.

Publicada en Nicomedia á 17 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Césares. [294-305.]

13. *Los mismos Augustos y Césares á* BASSO.—Si como por la deuda que debias por razón de so-

(1) PP. Dat. V., *Russ.*; PP. Dat., *omitiendo* V., *Cont. y después los demás. Véase la ley 1. C. V. 21.*
(2) II., *inserta Bk.*
(3) *La indicación de la fecha falta en Hal., y fué restablecida según la ley 1. C. V. 21. por Russ.*
(4) *Los mms. Vat. Pl. 2. Bg.*; Veconio, *ms. Pl. 1.*; Aveconio, *ms. Pist.*; Honorio, *ms. Cas.*; Euxosio (Euzosio), *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(5) Iure, *inserta el ms. Pl. 1.*
(6) Merito, *la mayor parte de los mms.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; ei, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(8) Enthomenidi, Euthemonidi, Euchom., *mms.*
(9) *Los mms. Pist. Paris., y Bk.*
(10) et CC., *faltan en los mms. Pl. 2. Vat., y en las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.*

(11) Nicanoro, Meandro, *algunos mms.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*; tibi, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero con el texto el Schol. Bas.*
(13) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 2. Bg.*; et CC., *faltan en el ms. Pl. 2., y en todas las ed.*
(14) Iuliae, Iulio, *la mayor parte de los mms.*
(15) et CC., *faltan en los mms. Pist. Pl. 1. 2., que solamente dicen* Id. A., *en las ed. Nbg. Hal. y en las demás, excepto en Cont. 62. Sp. Bk.*
(16) Cornelio, *otros mms.*
(17) *El ms. Pist., y casi lo mismo el ms. Paris.*
(18) et CC., *faltan en el ms. Pl. 2., y en la ed. Nbg., y en Hal. en el texto.*

Digitized by Google

tionum nomine debueras, compensaturo tibi nihil (1) petiturum postea Mutiano scripsisti, redditis (2), quae venerant in compensationem, non indebiti soluti repetitio, sed ante debiti competit exactio.

14. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.*—Compensationes ex omnibus actionibus ipso iure fieri sancimus, nulla differentia in rem vel (3) personalibus actionibus inter se observanda.

§ 1.—Ita tamen compensationes obiici iubemus, si causa, ex qua compensatur, liquida sit, et non multis ambagibus innodata, sed possit iudici facilem exitum sui praestare. Satis enim miserabile est, post multa forte (4) variaque certamina, quum res iam fuerit approbata, tunc ex altera parte, quae iam paene convicta est, opponi compensationem iam certo et indubitato debito, et moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi. Hoc itaque iudices observent, et non procliviores in (5) admittendas compensationes exsistant, nec molli animo eas suscipiant, sed iure stricto utentes, si invenerint eas maiorem et ampliorem exposcere indaginem, eas quidem alii iudicio reservent, litem autem pristinam iam paene expeditam sententia terminali componant; exceptā actione depositi secundum nostram sanctionem, in qua nec compensationi locum esse disposuimus.

§ 2.—Possessionem autem (6) alienam perperam occupantibus compensatio non datur.

Dat. Kal. Novemb. LAMPADIO et ORESTE Conss. (7) [530.]

TIT. XXXII

DE USURIS

1. *Imp.* ANTONINUS (8) PIUS *A.* EVOCATO.—Si interrogatione praecedente promissio usurarum recte facta probetur, licet instrumento (9) conscripta non sit, tamen optimo iure debentur.

Sine die et consule (10).

2. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* LUCIO (11). —Usuras emtor, cui possessio rei tradita est, si pretium venditori non obtulerit, quamvis pecuniam obsignatam in depositi causa (12) habuerit, aequitatis ratione praestare cogitur.

PP. V. Kal. Octobr. SEVERO III. et ANTONINO AA. Conss. (13) [202.]

3. *Iidem AA.* IULIANO. — Quamvis usurae foe-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* te, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* his, *adicionan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(3) in, *falta en el ms. Pl. 1., y en las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ.*
(4) forte, *falta en el ms. Pl. 1.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* ad, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) etiam, *Hal. Russ.*
(7) *Los mms. Pist. Paris., Bk., pero parece que mejor conviene á ambos códices la escritura* Oresta.
(8) Antoninus, *falta en los mms. Pist. Pl. 1. 2. Bg.*

lemnes tributos públicos, le escribiste después á Muciano, que nada te pidiera por habérselo tú de compensar, pagado lo que se había comprendido en la compensación, no compete la repetición de lo pagado sin ser debido, sino antes bien la exacción de la deuda.

14. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que por el mismo derecho se hagan las compensaciones en todas las acciones, sin que se haya de observar diferencia alguna entre ellas respecto á la real ó á las acciones personales.

§ 1.—Pero mandamos que se opongan así las compensaciones, si fuera líquida la causa por la que se compensa, y no fuera intrincada con muchas confusiones, sino que pudiera suministrarle al juez fácil resolución. Porque es bastante digno de lástima, que acaso después de muchos y diversos debates, cuando ya la cosa hubiere sido probada, entonces se oponga por la otra parte, que ya casi está convicta, la compensación á una deuda, ya cierta é indudable, y que se excluya la esperanza de la condena con rodeos dilatorios. Así, pues, observen esto los jueces, y no se sientan más inclinados á admitir las compensaciones, ni las admitan con fácil disposición, sino que usando del estricto derecho las reserven ciertamente para otro juicio, si hallaren que ellas requieren mayor y más ámplia investigación, y resuelvan con sentencia definitiva el primitivo litigio ya casi terminado; exceptuándose según nuestra sanción la acción de depósito, en la que hemos dispuesto no haya lugar á la compensación.

§ 2.—Mas no se les da la compensación á los que malamente ocupan una posesión ajena.

Dada las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE. [530.]

TÍTULO XXXII

DE LOS INTERESES

1. *El Emperador* ANTONINO PIO, *Augusto, á* EVOCATO. —Si se probara que en anterior interrogación se hizo debidamente promesa de intereses, aunque no se haya consignado en escritura, se deben, sin embargo, con perfectísimo derecho.

Sin día ni cónsul.

2. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* LUCIO.—Por razón de equidad está obligado á pagar intereses el comprador, al cual se le entregó la posesión de la cosa, si no hubiere ofrecido el precio al vendedor, aunque hubiere tenido el dinero sellado en calidad de depósito.

Publicada á 5 de las Calendas de Octubre, bajo el tercer consulado de SEVERO y el de ANTONINO, Augustos. [202.]

3. *Los mismos Augustos á* JULIANO.—Aunque

(9) instrumenta, *y después* sint, *ms. Bg.*
(10) *Los mms. Pist. Paris., Bk.;* Sine—conss., *faltan en Hal. y en los demás.*
(11) Locio, Lucino, *algunos mms.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.:* causam, *algunas ed.*
(13) *Esta indicación de la fecha ha sido restituida según el ms. Pist., que dice,* PP. V. K. Oct. Sev. AA. II., *lo cual parece denotar más bien el segundo consulado de Severo,* [194.], *pero las letras* AA. *y la inscripción inducen á referir esta const. al tercer consulado. Por lo demás, esta indicación de la fecha se halla aplicada en el ms. Pist. á la ley 3., y la que ponemos en la ley 3. á esta const.; pero con razón se invierten atendiendo á las fechas. Véase la nota correspondiente de la ley 12. C. IV. 30.*

Digitized by Google

nebris pecuniae citra vinculum stipulationis peti non possunt (1), tamen ex pacti conventione solutae neque ut indebitae repetuntur, neque in sortem (2) accepto (3) ferendae sunt.

Dat. Non. Iul. GETA et PLAUTIANO Conss. (4) [203.]

sin el vínculo de la estipulación no se pueden pedir intereses del dinero prestado, sin embargo, los pagados en virtud de la convención de un pacto ni se repiten como indebidos, ni han de ser aplicados para pago del capital.

Dada las Nonas de Julio, bajo el consulado de GETA y de PLAUCIANO. [203.]

4. *Iidem AA.* HONORATAE (5). — Per retentionem pignoris usuras servari posse, de quibus praestandis convenit, licet stipulatio interposita non sit, merito constitutum est, et rationem habet, quum pignora conditione (6) pacti etiam (7) usuris obstricta sint. Sed enim (8) in causa, de qua agis (9), haec ratio cessat, si quidem tempore contractus de minoribus usuris petendis (10) convenit, postea autem, quum se debitor praestaturum maiores repromisit, non potest videri rata (11) pignoris retentio, quando eo tempore, quo instrumenta emittebantur, non convenerit (12), ut pignus etiam ad (13) hanc adiectionem (14) teneatur.

4. *Los mismos Augustos á* HONORATA.—Con razón se halla establecido, que mediante la retención de la prenda se pueden asegurar los intereses sobre cuyo pago se convino, aunque no se haya interpuesto estipulación; y esto tiene fundamento, porque por la condición del pacto las prendas quedan obligadas también por los intereses. Mas en el caso, de que tratas, deja de haber esta razón, si verdaderamente se convino al tiempo del contrato que se pedirían menores intereses, pero después, cuando el deudor prometió que los pagaría mayores, no se puede considerar válida la retención de la prenda, cuando al tiempo en que se extendían las escrituras no se hubiere convenido, que la prenda se obligase también por este aumento.

5. *Iidem AA.* (15) SABINO *et aliis.*—Adversus creditorem usuras maiores ex stipulatu petentem, si probetur per certos annos minores postea consecutus, utilis est pacti exceptio. Secundum quod tueri causam potestis etiam adversus defensores civitatis maiores petentes ex cautione, si probaveritis, semper quincunces amitam pupillorum vestrorum, quae maiores caverat, dependisse (16).

5. *Los mismos Augustos á* SABINO, *y á otros.*—Es útil la excepción del pacto contra el acreedor que pide mayores intereses en virtud de lo estipulado, si se probara que después los percibió menores durante ciertos años. Según lo que, podeis amparar vuestra causa aun contra los defensores de la ciudad, que los pidan mayores en virtud de una caución, si probareis que siempre la tía paterna de vuestros pupilos, que los había convenido mayores, pagó los del cinco por ciento.

6. *Imp.* ANTONINUS *A.* ANTIGONO (17).—Si creditrici, quae ex causa pignoris obligatam sibi rem tenet (18), pecuniam debitam cum usuris testibus praesentibus obtulisti, eaque non accipiente obsignatam eam deposuisti, usuras ex eo tempore, quo obtulisti, praestare non cogeris. Absente vero creditrice praesidem super hoc interpellare debueras.

6. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* ANTIGONO.—Si á la acreedora, que por causa de prenda tiene una cosa obligada á su favor, le ofreciste en presencia de testigos la cantidad debida con los intereses, y no recibiéndola ella la depositaste sellada, no estarás obligado á pagar intereses desde el tiempo que se la ofreciste. Mas estando ausente la acreedora, habrías debido recurrir sobre esto al presidente.

PP. III. Id. Febr. duobus ASPRIS Conss. (19) [212.]

Publicada á 3 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de los dos ASPROS. [218.]

7. *Idem A.* ARISTEO (20).—Creditor instrumentis suis probare debet, quae intendit, et usuras se stipulatum, si potest. Nec enim, si aliquando ex consensu praestitae sunt, obligationem constituunt (21).

7. *El mismo Augusto á* ARISTEO.—El acreedor debe probar con sus documentos lo que pretende, y que estipuló intereses, si puede. Porque no constituyen obligación los que alguna vez se pagaron por consentimiento.

---

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* possint, *Russ. y los demás.*
(2) sorte, *mms. Bg. Gt.*
(3) acceptae, *la ed. Schf.*
(4) D. NN. Iul. Geta e cc., *mms. Pist. Paris.*
(5) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 2.;* Honorato, *mms. Pl. 1. Bg.;* Honorio, *todas las ed.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.;* condictione, *ms. Pl. 2.;* conventione, *las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 71. Char. Pac. Sp. Bk.; esta palabra falta por completo en Cont. 66. 76.*
(7) in, *inserta el ms. Pl. 2., y el ms. Pl. 1. según corrección.*
(8) sed tantum, si enim, *Russ. Cont. al márgen;* sed etenim, *los mms. Pl. 1. Bg.*
(9) adis, *ms. Pl. 1.*
(10) praestandis, *Russ. al márgen;* pendis, *(conjeturándose* pendentis), *el ms. Pl. 1.*
(11) nata, *los mms. Pl. 2. Bg., y el ms. Pl. 1. según corrección, var. l. gl; pero con el texto concuerdan mejor las Bas.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* convenit, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(13) ad, *falta en el ms. Bg.;* ob, *ms. Pl. 2., Hal. Russ.*
(14) actionem, *ms. Pl. 1. antes de la enmienda;* cautionem, *Russ. al márgen, var. l. gl.;* auctionem, *Russ. al márgen;* hac ratione, *ms. Bg.; con el texto las Bas., que dicen* ἐπὶ τῇ προσθήκῃ τοῦ τόκου.
(15) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* et C., *inserta Bk.;* et CC., *adicionan Russ. y los demás; pero no se suele hacer mención de Geta, César, en las inscripciones.*
(16) rependisse, *los mms. Pl. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(17) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.;* Antiaeneo, *las ed. Nbg. Hal y las demás.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* tenuit, *las ed. Nbg. Hal y las demás.*
(19) *Los mms. Pist. Paris., Bk.; la indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(20) Aristeae, *otros;* Aristarco, Aristo, *algunos mms.*
(21) obligationes const., *los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* obligatione constitutae sunt, *Russ. al márgen; pero* ἐνοχὴν συνιστῶσι, *Schol. Bas.*

Digitized by Google

PP. IV. Non. Octobr. (1) Romae, LAETO et CEREALE Conss. (2). [215.]

8. *Idem A.* DORIPHORO (3).—Quamvis Bassa, quum pecuniam mutuam acciperet, minores usuras Menophani spoponderit (4), et, nisi intra certum tempus eas solvisset, ampliores (licitas tamen) promiserit (5), si (6) post tempus cautioni praefinitum creditor easdem accepit, nec maiores sibi dari postulavit, ac per hoc non recessisse eum a minorum praestatione probari potest, eas usuras computari oportet, quarum in exactione creditor perseveravit.

9. *Idem A.* PROBO.—Si per te non stat (7), quominus intra tempora praefinita pecuniam minorum (8) solveres usurarum, sed per tutores filiorum creditoris, qui eam accipere noluerunt, idque apud iudicem datum probaveris, eius temporis, quo per te non stetisse apparuerit, usurae maiores non exigentur. Quodsi etiam sortem deposuisti, exinde, ex quo id factum apparuerit, in usuras non convenieris.

10. *Idem A.* DONATO.—Usurae per tempora solutae non proficiunt reo ad dupli computationem. Tunc enim ultra sortis summam usurae (9) non (10) exiguntur, quoties tempore solutionis summa usurarum excedit eam (11) computationem.

11. *Idem A.* POPILIO (12).—Ex praedio pignori obligato (13) creditor post oblatam sibi iure (14) pecuniam, quam non suscepit, si fructus accepit, exonerari sortis debitum, certum est.

12. *Imp.* ALEXANDER *A.* TYRANNO.—Frumenti vel hordei (15) mutuo dati accessio (16) etiam ex nudo pacto praestanda est.

PP. Kal. Mai. MAXIMO II. et AELIANO Conss. (17) [223.]

13. *Idem A.* EUSTACHIAE (18).—In bonae fidei iudiciis, quale est etiam negotiorum gestorum, usurarum rationem haberi certum est. Sed si finitum est iudicium sententia, quamvis minoris condemnatio facta est non adiectis usuris, nec provocatio secuta est, finita retractanda non sunt; nec eius temporis, quod post rem iudicatam fluxit (19), usurae ullo iure postulantur, nisi ex causa iudicati.

Dat. XI. Kal. Mai. MAXIMO et URBANO Conss. (20) [234.]

Publicada en Roma á 4 de las Nonas de Octubre, bajo el consulado de LETO y de CEREAL. [215.]

8. *El mismo Augusto á* DORIFORO.—Aunque Bassa, al recibir dinero en mútuo, le hubiere prometido á Menofanes menores intereses, y le hubiere prometido otros mayores, (pero lícitos), si no se los hubiese pagado dentro de cierto tiempo, si el acreedor los cobró después del tiempo prefijado en la caución, y no pidió que se le diesen mayores, y se puede probar que por esto no se apartó él de la prestación de los menores, se deben computar estos intereses en cuya exacción perseveró el acreedor.

9. *El mismo Augusto á* PROBO.—Si en tí no consiste que no pagues dentro de los plazos prefijados el importe de los intereses menores, sino en los tutores de los hijos del acreedor, que no quisieron recibirlo, y esto lo hubieres probado ante el juez nombrado, no se exigirán los intereses mayores por el tiempo que se hubiere visto que en tí no consistió. Mas si depositaste también el capital, no serás demandado por los intereses desde el día que apareciere que se hizo esto.

10. *El mismo Augusto á* DONATO.—Los intereses pagados por plazos no le aprovechan al deudor para el cómputo del duplo. Porque no se exigen intereses excediendo del importe del capital, siempre y cuando al tiempo del pago excede de ese cómputo la suma de los intereses.

11. *El mismo Augusto á* POPILIO.—Es cierto, que si después de habérsele ofrecido en derecho el dinero, que no aceptó, el acreedor percibió frutos del predio que le estaba obligado en prenda, se descarga la deuda del capital.

12. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* TIRANNO.—Se debe pagar aun en virtud de nudo pacto la accesión de trigo ó de cebada que se dió en mútuo.

Publicada las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

13. *El mismo Augusto á* EUSTAQUIA.—Es cierto que en los juicios de buena fé, como es también el de gestión de negocios, se tiene cuenta de los intereses. Pero si el juicio fué terminado por sentencia, aunque por no haberse agregado los intereses se haya hecho condena de menor cantidad, y no se siguió apelación, no se ha de revocar lo terminado; y con ningún derecho, sino por causa de lo juzgado, se piden intereses del tiempo que transcurrió después de juzgada la cosa.

Dada á 11 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de MÁXIMO y de URBANO. [234.]

---

(1) *El día lo pone Bk. conforme al ms. Paris.*
(2) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Pist.*
(3) *Los mms. Cas. Vat. Bg.;* Doroph., Dorithorio. *los demás mms.;* Theophoro, *Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* spopondit, *ms. Pl. 2., Hal. y los demas.*
(5) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* promisit, *Hal. y los demás.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* tamen si, *Hal. y los demás.*
(7) Si p. t. constat non stetisse, *ms. Bg.*
(8) minorum, *falta en el ms. Bg.*
(9) ultra fortissimam usuram, *el ms. Bg. antes de la corrección.*
(10) non, *la omiten algunos, pero contra todos los cód. de Cont. y los nuestros.*
(11) eam dupli, *Russ. al márgen.*
(12) Popio, Pupilio, Populio, *los demás mms.*
(13) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* praediis pign. obligatis, *el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* ἐκ τοῦ κτήματος τοῦ — διδομένου, *Schol. Bas.*
(14) in iure, *Russ. al márgen; pero* νομίμως, *Schol. Bas.*
(15) olei, *ms. Bg.*
(16) actio, auctio, *Russ. al márgen.*
(17) *Bk., con el cual concuerdan los mms. Pist. Paris., salvo que falta* II. *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(18) Eustatuae, *la mayor parte de los mms.*
(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* effluxit, *la ed. Schf.;* fluxerit, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(20) *Esta indicación de la fecha, que falta en todos, la atribuye el ms. Pist. á la ley 11., pero colocada esta después de la 12.*

Digitized by Google

14. *Idem A.* AURELIO.—Si ea pactione uxor tua mutuam pecuniam dedit, ut vice usurarum (1) inhabitaret, pactoque ita, ut convenit, usa est, non etiam locando domum pensionem redegit, referri quaestionem, quasi plus domus redigeret, si locaretur, quam usurarum legitimarum ratio colligit (2), minime oportet. Licet enim uberiore (3) sorte potuerit contrahi locatio, non ideo tamen illicitum foenus esse contractum, sed vilius conducta habitatio videtur.

14. *El mismo Augusto á* AURELIO.—Si tu mujer dió dinero en mútuo con este pacto, que en lugar de intereses habitase una casa, y utilizó el pacto así como se convino, y no percibió pensión dando en arrendamiento la casa, en manera ninguna se debe promover cuestión, cual si la casa produjese más, si fuese dada en arrendamiento, que lo que produce la cuenta de los intereses legítimos. Porque aunque el arrendamiento se hubiere podido contratar por mayor importe, sin embargo, no por eso se contrató un interés ilícito, sino que se considera tomada en arrendamiento por más bajo precio la habitación.

15. *Imp.* GORDIANUS *A.* CLAUDIO.—Quum allegas, uxorem tuam ea conditione mille aureorum numero (4) quantitatem sumsisse, ut, si intra diem certum debito satis non fecisset, cum poena quadrupli redderet, quod accepit, iuris forma non patitur, legem contractus istius ultra poenam legitimarum usurarum posse procedere.

15. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* CLAUDIO.—Como alegas que tu mujer tomó la cantidad de mil aúreos con esta condición, que, si dentro de cierto término no hubiese satisfecho la deuda, devolvería con la pena de cuádruplo lo que recibió, el tenor del derecho no consiente que la condición de este contrato pueda ir más allá de la pena de los intereses legítimos.

Dat. Non. M... ATTICO et PRAETEXTATO Conss. (5) [242.]

Dada las Nonas de Mayo.... bajo el consulado de ATTICO y de PRETEXTATO. [242.]

16. *Idem A.* SULPICIO (6).—Quum non frumentum, sed pecuniam foenori te accepisse allegas (7), ut certa modiatio tritici praestaretur, ac, nisi is modus (8) sua die fuisset oblatus, mensurarum additamentis in fraudem legitimarum usurarum gravatum te esse contendis (9), potes adversus improbam petitionem competente uti defensione.

16. *El mismo Augusto á* SULPICIO.—Puesto que alegas que no recibiste á interés trigo, sino dinero, con la condición de que se entregase cierta medida de trigo, y sostienes, que, si en su día no hubiese sido ofrecida esta medida, fuiste gravado con aditamentos de medidas en fraude de los intereses legales, puedes utilizar la competente defensa contra esta injusta demanda.

PP..... (10).

Publicada.....

AUTHENT. *nullum credentem agricolae tenere.* § *Sancimus itaque. (Nov. 34. c. 1.)*—Ad haec qui fructus aridos credidit agricolae vel pecuniam, in unoquoque anno pro modio octavam partem modii, pro solido siliquam unam usurarum nomine accipiens, terram sive aliquid aliud, quod pignori accepit, omnimodo reddat. Si aliquid praeter hoc commiserit, ab actione cadat omnimodo.

AUTÉNTICA *nullum credentem agricolae tenere.* § *Sancimus itaque. (Nov. 34. c. 1.)*—Además de esto, el que á un agricultor le prestó frutos áridos, ó dinero, recibiendo cada año la octava parte de un modio por modio, y una silicua por sueldo á título de intereses, devuelva de todos modos la tierra ú otra cualquier cosa que recibió en prenda. Si además hubiere hecho otra cosa, decaiga en absoluto de su acción.

17. *Imp.* PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *C.* (11) EUXENO (12).—Si ea lege possessionem mater tua apud creditorem suum (13) obligavit, ut fructus in vicem usurarum consequeretur, obtentu maioris percepti emolumenti, propter incertum fructuum eventum (14), rescindi placita non possunt (15).

17. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *César, á* EUXENO.—Si tu madre obligó una posesión á favor de un acreedor suyo con la condición de que percibiese frutos en vez de intereses, so pretexto de haberse percibido mayor emolumento, á causa de la incierta eventualidad de los frutos, no se puede rescindir lo pactado.

18. *Idem A.* CASTORI.—Indebitas usuras (etiam si ante sortem solutae non fuerint, ac propterea minuere eam non potuerint) licet (16) post sortem redditam creditori fuerint datae, exclusa (17) iuris varietate repeti posse, perpensa (18) ratione firmatum est.

18. *El mismo Augusto á* CASTOR.—Se ha afirmado con meditada razón, que, deshechada la diversidad del derecho, se pueden repetir los intereses no debidos, (también si no hubieren sido pagados antes que el capital, y por lo tanto no hubieren podido disminuirlo), aunque hayan sido dados después de devuelto el capital al acreedor.

---

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., todos los mms. de Russ., y la ed. Nbg.;* domum, *insertan las ed. Schf. Hal. y las demás.*
(2) collegit, *los mms. Pl. 1. Bq.*
(3) maiore, *la ed. Nbg., Hal. en el texto; acaso* uberior forte.
(4) numero, *falta en Hal. Russ., y en el ms. Bg. fué añadida después.*
(5) *Los mms. Pist. Paris., Bk.; la indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(6) Supplicio, *algunos mms.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62.;* alleges, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62.;* modius, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* contendas, *Hal. y los demás.*

(10) *El ms. Pist.*
(11) *Los mms. Cas. Vat. Bg.;* et Phil. C., *faltan en los demás.*
(12) Euxeni, Auxeno, *la mayor parte de los mms.*
(13) tuum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.;* proventum, *Hal. y los demás; pero* ἔκβασιν, *Schol. Bas.*
(15) PP. Id Iulii ipsis cc., *ms. Pist.*
(16) sed, *Hal. Russ. Bk.*
(17) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. excepto uno;* veteris, *insertan las ed.*
(18) pensa, *mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*

Digitized by Google

19. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (1) HYRENIAE (2).—Acceptam mutuo sortem cum usuris licitis creditori (3) post testationem (4) offer; at (5) si non suscipiat (6), consignatam in publico depone, ut cursus legitimarum usurarum inhibeatur. In hoc autem casu publicum intelligi oportet vel sacratissimas aedes, vel ubi competens iudex super ea re aditus deponi eas disposuerit. Quo subsecuto etiam periculo debitor liberabitur, et ius pignorum tollitur (7), quum Serviana etiam actio manifeste declaret, pignoris inhiberi persecutionem vel solutis pecuniis vel si per creditorem steterit, quominus solvantur: quod etiam in traiectitiis servari oportet; creditori scilicet actione utili ad exactionem earum non adversus debitorem, nisi forte eas receperit, sed contra depositarium vel ipsas competente pecunias.

19. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares á* HIRENIA.—Ofrécele al acreedor después de la citación de testigos el capital recibido en mútuo con los intereses lícitos; más si no lo recibiera, depósitalo consignado en lugar público, para que se interrumpa el curso de los intereses legítimos. Mas en este caso se debe entender por lugar público ó las sacratísimas casas, ó el sitio donde el juez competente á quien se haya recurrido hubiere dispuesto que se depositen. Hecho lo cual, el deudor quedará exento también del riesgo, y se extingue el derecho de prenda, puesto que también la acción Serviana declara terminantemente, que se extingue la persecución de la prenda ó habiéndose pagado el dinero, ó si hubiere consistido en el acreedor que no se pagase: lo que debe observarse también en los préstamos marítimos; competiéndole, por supuesto, al acreedor la acción útil para la exacción de estas cantidades no contra el deudor, si acaso no las hubiere recibido, sino contra el depositario ó contra el mismo dinero.

PP. Id. Iul. ipsis... Conss. (8) [293—305.]

Publicada los Idus de Julio, bajo el consulado de los mismos..... [293—305.]

20. *Iidem AA. et CC.* (9) AELIO (10).— Constitutionibus sacris, quae ultra certum modum usuras foenebris pecuniae exigi prohibent, mandatoribus etiam vel fideiussoribus subventum est; quibus quasi mandator vel fideiussor conventus uti potes (11).

20. *Los mismos Augustos y Césares á* ELIO.—Con las sacras constituciones, que prohiben que se exijan sobre cierta tasa intereses del dinero dado en préstamo, se auxilió también á los mandantes, y á los fiadores; de las cuales puedes valerte siendo demandado como mandante ó fiador.

21. *Iidem AA. et CC.* (12) CHRESIMO (13).—Si usuras praestari pignore dato convenerat, et in continenti numeratione facta, postea vel ante, propter quod debitum solutionem feceras, non designasti, habuit creditor in usuras tibi accepto ferendae solutae quantitatis facultatem.

21. *Los mismos Augustos y Césares á* CRESIMO.—Si se había convenido pagar intereses habiéndose dado prenda, y hecha inmediatamente entrega del dinero no designaste después ó antes por qué deuda habías hecho el pago, el acreedor tuvo facultad para darte recibo aplicando á los intereses la cantidad pagada.

22. *Idem AA. et CC.* (14) CARINO.—Pignoribus quidem intervenientibus, usurae, quae sine stipulatione peti non poterant, pacto retineri possunt. Verum hoc iure constituto, quum huiusmodi nullo interposito pacto tantummodo certae summae praestari poenam convenisse proponas, nec peti nec retineri quidquam amplius (15), et ad pignoris solutionem urgeri te disciplina iuris, perspicis.

22. *Los mismos Augustos y Césares á* CARINO.—A la verdad, mediando prendas, se pueden retener por pacto los intereses que no se podían pedir sin estipulación. Mas establecido este derecho, como expones que, sin haberse interpuesto ningún pacto de esta naturaleza, se convino únicamente que se pagase parte de cierta suma, ves que ni se puede pedir ni retener alguna cosa más, y que se te apremia por el rigor del derecho á la devolución de la prenda.

23. *Iidem AA. et CC.* (16) IASONI (17).—Oleo quidem vel quibuscunque fructibus mutuo datis, incerti pretii ratio additamenta usurarum eiusdem materiae suasit admitti.

23. *Los mismos Augustos y Césares á* JASÓN.—Ciertamente que habiéndose dado en mútuo aceite ú otros cualesquiera frutos, la razón de ser incierto el precio aconseja que se admitan aumentos de intereses de la misma materia.

---

(1) *En los mms. Pl. 1. 2. y en todas las ed.ª esta const. y todas las que siguen hasta la 24 llevan la inscripción* Idem A., *y se atribuyen al emperador Filipo.*

(2) Hyreneae, Irineae, *la mayor parte de los mms.; pero acaso se deba leer* Irenae.

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y la ed. Schf.;* creditoribus, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed Nbg. Schf.;* contestationem, *Hal. y los demás;* διαμαρτύρασθαι, *las Bas.*

(5) *El ms. Pl. 2., y la ed. Schf.;* offer ac, *ms. Pl. 1.;* offer et, *ms. Bg.;* offeras, at, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(6) *Los mms. Pl. 2. Bg., ms. Pl. 1. según corrección, y las ed. Nbg. Schf.;* suscipiant, *Hal. y los demas.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.;* tolletur, *Russ. y los demás.*

(8) *Probablemente se debe aplicar aquí la indicación de la fecha atribuida en el ms. Pist. á la ley 17. Véase la nota correspondiente de dicha ley. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

(9) *Véase la nota 1. de la ley 19. de este título;* AA. et CC., *también el ms. Pist.*

(10) Helio, *algunos mms.;* Cilio, *otros.*

(11) SVDD, *la indicación de la fecha en el ms. Pist.; acaso* S. V. Id. Decemb.

(12) *Véase la nota 1. de la ley 19. de este título;* Id. A. et Caesar., *ms. Cas.*

(13) Chersimoni, Cresimoni, Cresmioni, Chermioni, *mms.;* Chresimonio, *Cont. 62.*

(14) Iid. AA., *ms. Vat. Véase la nota 1. de la ley 19. de este título.*

(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* posse, *adicionan Hal. Russ. Cont. 62. Bk.;* potest, *adicionan las ed. Nbg. Cont. 66. y las demás; pero el Schol. Bas. requiere la omisión.*

(16) *Véase la nota 1. de la ley 19. de este título.*

(17) Saloni, *otros.*

Digitized by Google

Dat. III. Kal. Octob. Viminacii.... (1) [293—305.]

Dada en Viminacio á 3 de las Calendas de Octubre..... [293—305.]

24. *Iidem AA. et CC.* (2) GLAUCIAE (3). — Si mater tua, maior annis constituta, negotia, quae ad te pertinent, gesserit, quum omnem diligentiam praestare debeat, usuras pecuniae tuae, quam administrasse fuerit comprobata, praestare compelli potest.

Dat. XIV. Kal. Decemb. ipsis... Conss. (4) [293—305.]

24. *Los mismos Augustos y Césares á* GLAUCIA. —Si tu madre, siendo mayor de edad, hubiere administrado negocios que te pertenecen, como quiera que deba prestar toda diligencia, puede ser compelida á pagar intereses del dinero tuyo, que se hubiere probado que ella administró.

Dada á 14 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los mismos..... [293—305.]

25. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad populum.*—Pro auro et argento et veste facto chirographo, licitas solvi vel promitti usuras iussimus (5).

25. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, al pueblo.*—Habiéndose hecho un quirógrafo por oro, ó plata, ó por un vestido, mandamos que se paguen ó se prometan intereses lícitos.

26. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* MENNAE *P. P.*—Eos, qui principali actione per exceptionem triginta vel quadraginta annorum, sive personali sive hypothecaria, ceciderunt, (6) non posse super usuris vel fructibus praeteriti temporis aliquam movere quaestionem, dicendo, ex his (7) temporibus eas velle sibi persolvi, quae non ad triginta vel quadraginta praeteritos annos referuntur, asserendo, singulis annis earum actiones nasci; principali enim actione non subsistente (8), satis supervacuum est super usuris vel fructibus adhuc iudicem cognoscere.

§ 1.—Super usurarum vero quantitate etiam generalem sanctionem facere necessarium esse duximus, veterem duram et gravissimam earum molem ad mediocritatem deducentes. Ideoque iubemus, illustribus quidem personis sive eas praecedentibus minime licere ultra tertiam partem centesimae usurarum nomine (9) in quocunque contractu, vili vel maximo, stipulari; illos vero, qui ergasteriis praesunt vel aliquam licitam negotiationem gerunt, usque ad bessem centesimae (10) suam stipulationem moderari; in traiectitiis autem contractibus vel specierum foenori dationibus usque ad centesimam tantummodo licere stipulari, nec eam excedere, licet veteribus legibus hoc erat concessum; ceteros autem omnes homines dimidiam tantummodo centesimae usurarum nomine (11) posse stipulari, et eam quantitatem usurarum etiam in aliis omnibus casibus nullo modo ampliari, in quibus citra stipulationem exigi usurae solent. Nec liceat iudici memoratam augere taxationem occasione consuetudinis in regione obtinentis. Si quis autem aliquid contra modum huius fecerit constitutionis, nullam penitus de superfluo habeat actionem, sed et si acceperit, in sortem hoc imputare compelletur, interdicta licentia creditoribus, ex pecuniis foenori dandis aliquid detrahere vel retinere siliquarum (12) vel sportularum vel alterius cuiuscunque causae gratia. Nam si quid huiusmodi factum fuerit, principale debitum ab initio ea quantitate minuetur, ut tam ipsa minuenda pars, quam usurae eius exigi prohibeantur. Ma-

26. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que los que por la excepción de treinta ó de cuarenta años decayeron de la acción principal, ya personal, ya hipotecaria, no puedan promover cuestión alguna sobre intereses ó frutos del tiempo pasado, diciendo que quieren que se les paguen de aquel tiempo que no se refiere á los treinta ó cuarenta años transcurridos, y asegurando que en cada año nacen las acciones de los mismos; porque no subsistiendo la acción principal, es bastante supérfluo que el juez conozca todavía sobre los intereses ó los frutos.

§ 1.—Mas también hemos considerado necesario hacer una ley general sobre la cuantía de los intereses, reduciendo á moderación la antigua, dura y pesadísima carga de los mismos. Y por esto mandamos, que á las personas ilustres, ó á las que las aventajan, no les sea lícito en manera alguna estipular á título de intereses en cualquier contrato, ínfimo ó grande, más de la tercera parte del uno por ciento mensual; y que los que dirigen talleres, ó se dedican á alguna negociación lícita, moderen su estipulación hasta el ocho por ciento anual; pero que en los contratos de préstamos marítimos, ó en las entregas de especies á interés, sea lícito estipularlos solamente hasta el uno por ciento mensual, sin que excedan de este, aunque esto había sido permitido en las antiguas leyes; y que todas las demás personas puedan estipular á título de intereses únicamente la mitad del uno por ciento mensual, y que de ningún modo se amplíe tampoco esta cuantía de los intereses en todos los demás casos en que se suelen exigir intereses sin estipulación. Y no le sea lícito al juez aumentar la mencionada tasa, con ocasión de la costumbre observada en la región. Mas si alguien hubiere hecho alguna cosa contra la tasa de esta constitución, no tenga absolutamente ninguna acción para el exceso, sino que, aun si lo hubiere recibido, será compelido á aplicarlo al capital, quedándoles denegada á los acreedores la facultad para deducir ó retener alguna cosa por razón de silicua, ó de espórtulas, ó de otra cualquier causa, de las cantidades que se ha-

(1) *Los mms. Pist. Paris., Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en otros. Además, el lugar indica que este rescripto pertenece no al imperio de Filipo, sino al de Diocleciano y Maximiano.*
(2) *Véase la nota 1. de la ley 19. de este título, página 486.*
(3) Liciae, Gluciae, Culciae, *mms.*
(4) *Los mms. Pist. Paris., Bk. omitiendo* ipsis. *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(5) Dat. Id. Mart. Sirmii, ipso A. VII. et Constantio Caes. Conss. [326.] *Godofr. En los mms. Pist. Paris. se halla* D. K. Ap. Decio cc., *lo cual corresponde á la ley 27.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.;* iubemus, *insertan las ed. Schf. Hal. y las demás contra todos los mms. de Russ. y de Cont.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* iisdem ó hisdem, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(8) assistente, *ms. Bg.;* existente, *ms. Gt.*
(9) nomine, *falta en los mms. Pl. 1. Gt.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.;* usurarum nomine in quocunque contractu, *añaden las ed. Schf. Cont. 66. y las demás.*
(11) nomine, *falta en los mms. Pl. 1. 2.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* nomine, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

Digitized by Google

chinationes etiam creditorum, qui ex hac lege prohibiti maiores usuras stipulari alios medios subiiciunt, quibus hoc non ita interdictum est, resecantes iubemus, si quid tale fuerit attentatum, ita usuras computari necesse esse (1), tanquam si ipse, qui alium interposuit, fuisset stipulatus, in quo casu sacramenti etiam illationem locum habere sancimus.

Dat. Id. Decemb. Constantinop. IUSTINIANO PP. A. II. Cons. (2) [528.]

27. *Idem A.* MENNAE *P. P.*—De usuris quarum modum iam statuimus, pravam quorundam interpretationem penitus removentes iubemus, etiam eos, qui ante eandem sanctionem ampliores, quam statutae sunt, usuras stipulati sunt, ad modum (3) eadem sanctione taxatum ex tempore lationis eius suas moderari actiones, scilicet illius temporis, quod ante eandem fluxit (4) legem, pro tenore stipulationis usuras exacturos.

§ 1.—Cursum insuper usurarum ultra duplum minime procedere concedimus, nec si pignora quaedam pro debito creditori data sint, quorum occasione quaedam veteres leges et ultra duplum usuras exigi permittebant. Quod et in bonae fidei iudiciis ceterisque omnibus casibus (5), in quibus usurae exiguntur, servari censemus.

Dat. Kal. Apr. Constantinop. DECIO V. C. Cons. (6) [529.]

28. *Idem A.* DEMOSTHENI *P. P.*—Ut nullo modo usurae usurarum a debitoribus exigantur, et veteribus quidem legibus constitutum fuerat, sed non perfectissime cautum. Si enim usuras in sortem redigere fuerat concessum, et totius summae usuras stipulari, quae differentia erat debitoribus, qui revera usurarum usuras (7) exigebantur? Hoc certe erat non rebus, sed verbis tantummodo leges (8) ponere. Quapropter hac apertissima lege definimus, nullo modo licere cuiquam usuras praeteriti temporis vel futuri in sortem redigere, et earum iterum usuras stipulari, sed etsi hoc fuerit subsecutum, usuras quidem semper (9) usuras manere, et nullum usurarum aliarum incrementum sentire, sorti autem antiquae tantummodo incrementum usurarum accedere.

yan de dar á interés. Porque si se hubiere hecho alguna cosa semejante, se desminuirá desde un principio en esta cantidad la deuda principal, de suerte que se prohiba que se exija tanto esta parte que se ha de disminuir, como los intereses de la misma. Y destruyendo también las maquinaciones de los acreedores, que teniendo prohibición por esta ley para estipular mayores intereses recurren á otras intermedias personas, á las que esto no les está así prohibido, mandamos, que si se hubiere intentado alguna cosa tal, sea necesario computar los intereses del mismo modo que si los hubiese estipulado el mismo que interpuso otra persona, en cuyo caso mandamos que tenga lugar también la prestación de juramento.

Dada en Constantinopla los Idus de Diciembre, bajo el segundo consulado de JUSTINIANO, Augusto perpétuo. [528.]

27. *El mismo Augusto á* MENNA, *Prefecto del Pretorio.*—Rechazando en absoluto la mala interpretación de algunos sobre los intereses cuya tasa hemos establecido ya, mandamos, que también los que antes de esta misma ley estipularon intereses mayores que los que se fijaron, ajusten sus acciones á la cuantía tasada en la misma ley desde el tiempo de su promulgación, habiendo de exigir, por supuesto, los intereses del tiempo que transcurrió antes de la misma ley conforme al tenor de su estipulación.

§ 1.—Además, en manera ninguna concedemos que corran los intereses más allá del doble, ni si por la deuda se le hubieran dado al acreedor algunas prendas, con ocasión de las que permitían algunas antiguas leyes que se exigieran intereses aun excediendo del duplo. Lo que mandamos que se observe también en los juicios de buena fé y en todos los demás casos en que se exigen intereses.

Dada en Constantinopla las Calendas de Abril, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

28 *El mismo Augusto á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Ciertamente que también en las antiguas leyes se había establecido que de ningún modo se les exigieran á los deudores intereses de los intereses, pero no se había asegurado muy bien. Porque si se había concedido acumular al capital los intereses, y estipular intereses de la suma total, ¿qué diferencia había para los deudores, á quienes en realidad se les exigían intereses de los intereses? Esto, á la verdad, era establecer leyes no para las cosas, sino solamente para las palabras. Por lo cual mandamos en esta clarísima ley, que de ningún modo le sea lícito á nadie acumular al capital los intereses del tiempo pasado ó del futuro, y estipular luego intereses de los mismos, sino que, aun cuando esto se hubiere hecho, los intereses permanezcan ciertamente siendo siempre intereses, y no experimenten ningún aumento de otros intereses, sino que el incremento de los intereses corresponda únicamente al antiguo capital.

(1) *El ms. Pl. 1., y la ed. Schf.;* nec., *omitiendo* esse, *ms. Pl. 2.;* nec.-est, *ms. Bg.;* ut necesse esset, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(2) *Los mms. Pist. Paris.; Bk. omite* PP.; *la indicación de la fecha falta en Hal. Russ. Cont. 62. 66. 76.;* Dat. Const. Iust. Cons., *Cont. 71. Char. Pac. Sp.*

(3) modicum, *Coll. Ans. ded.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf., Hal. en el texto, Coll. Ans. ded.;* eam defluxit, *Hal. en la nota, Russ. y los demás.*

(5) casibus, *falta en los mms. Pl. 1. Bg. Gt., Coll. Ans. ded.;* causis, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.;* contractibus, *Russ. Cont. al margen.*

(6) *Los mms. Pist. Paris., en los cuales falta* V. C., *y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

(7) *Los mms. Pl. 1. 2.;* qui rev. ad usur. usuras, *las ed. Nbg. Hal.:* a quibus rev. ad usur. usuras, *Russ. Cont. 62.; lo mismo, omitiendo* ad, *la ed. Schf.;* quib. rev. usur. usurae, *ms. Bg.;* a quib.—usurae, *Cont. 66. y los demás.*

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* legem, *Russ. y los demás.*

(9) super, *Hal.;* primas, *Char. al margen según el libro de Auredano; pero* τους μὲν τόκους ἀεὶ τόκους μένειν, *Schol. Bas.*

Digitized by Google

PP. Kal. Octob. Chalcedone, DECIO V. C. Cons. (1) [529.]

Publicada en Calcedonia las Calendas de Octubre, bajo el consulado de DECIO, varón esclarecido. [529.]

[Epitomae Nov. 121. c. 2. et Nov. 138. ex Synopsi.

29.—Usurae minutatim et per intervallum solutae ad duplum computantur, etiamsi non universae simul solutae fuerint.

30.—Praesens constitutio declarat, usuras particulatim solutas, duplum debitae sortis non excedere. Verum excipitur id, quod positum est in CLX. Nov. de usuris pecuniae municipalis.]

[Epitomes de la Nov. 121. c. 2. y de la Nov. 138., tomados de la Sinopsis

29.—Los intereses pagados poco á poco y á intérvalos se computan hasta el duplo, aunque todos no hayan sido pagados al mismo tiempo.

30.—La presente constitución declara, que los intereses pagados por partidas no excedan del duplo del capital adeudado. Mas se exceptúa lo que se halla establecido en la Novela CLX. sobre los intereses de los fondos municipales.]

TIT. XXXIII

DE NAUTICO FOENORE

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* HONORATO.— Traiectitiam pecuniam, quae periculo creditoris datur, tam diu liberam esse ab observatione communium usurarum, quamdiu navis ad portum appulerit, manifestum est.

PP. IV. Id. Mart. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. (2) [286.]

2. *Iidem AA.* COSMIANAE (3).—Quum dicas, te pecuniam ea lege dedisse, ut in sacra urbe tibi restitueretur, nec incertum periculum, quod ex navigatione maris metui solet, ad te pertinuisse profitearis, non est dubium, pecuniae creditae ultra licitum (4) te usuras exigere non posse.

PP. prid. Id. Mart. MAXIMO II. et AQUILINO Conss. (5) [286.]

3. *Iidem AA.* IUNIAE.—Quum proponas, te nauticum foenus ea conditione dedisse, ut post navigium, quod in Africam (6) dirigi debitor asseverabat, in Salonitanorum (7) portum nave delata foenebris pecunia tibi redderetur, ita ut navigii duntaxat, quod in Africam destinabatur, periculum susceperis (8), perque vitium debitoris, nec loco quidem navigii servato, illicitis comparatis mercibus, quae (9) navis continebat, fiscum occupasse; amissarum mercium detrimentum, quod non ex marinae tempestatis discrimine, sed ex praecipiti avaritia et incivili debitoris audacia accidisse asseveratur, adscribi tibi iuris publici ratio non permittit.

4. *Iidem AA. et CC.* (10) EUCHARISTO (11).—Traiectitiae quidem pecuniae, quae periculo creditoris mutuo datur, casus, antequam ad destinatum locum navis perveniat, ad debitorem non per-

TITULO XXXIII

DEL INTERÉS EN EL PRÉSTAMO MARÍTIMO

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* HONORATO.—Es evidente, que el dinero del préstamo marítimo, que se da á riesgo del acreedor, está exento de la observancia de los intereses comunes hasta tanto que la nave haya arribado al puerto.

Publicada á 4 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

2. *Los mismos Augustos á* COSMIANA.—Puesto que dices que diste dinero con la condición de que se te restituyese en la ciudad sagrada, y confiesas que no te correspondió el riesgo incierto, que se suele temer por la navegación del mar, no es dudoso que no puedes exigir intereses de la cantidad prestada más allá de lo lícito.

Publicada á 1 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de AQUILINO. [286.]

3. *Los mismos Augustos á* JUNIA.—Puesto que expones que hiciste un préstamo marítimo con esta condición, que después de la navegación, que el deudor aseveraba se dirigía al Africa, se te devolvería el dinero dado á interés, habiendo arribado la nave al puerto de los Salonitanos, de tal manera, que solamente te hubieres hecho cargo del riesgo de la navegación, que se dirigía al Africa, y que por vicio del deudor, no habiéndose mantenido ciertamente el destino de la navegación, y habiéndose comprado mercancías ilícitas, que contenía la nave, la ocupó el fisco; la razón del derecho público no permite que se te cargue el detrimento de las mercancías perdidas, que se asegura que ocurrió no por riesgo de tempestad del mar, sino por desatentada avaricia é incivil audacia del deudor.

4. *Los mismos Augustos y Césares á* EUCARISTO.—A la verdad, el perjuicio del dinero marítimo, que se da en mútuo á riesgo del acreedor, no le pertenece al deudor antes que la nave llegue al lu-

(1) *Los mms. Pist. Paris., en los cuales, sin embargo, falta* V. C., *y Bk.. el cual en vez de* Oct. *escribe* Decemb. *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(2) *Los mms. Pist. Paris, en los que, sin embargo, falta* II., *y Bk, que omite* IV. *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(3) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 2. Bg.. y casi lo mismo los mms. Pist Pl. 1.;* Chosimaniae, *Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg., Hal. en el texto;* modum, *adicionan Hal. en la nota, y las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(5) *Esta indicación de la fecha ha sido restablecida con arreglo al ms. Pist., en el cual, sin embargo, falta* II.; *el nombre de los cónsules se halla en el ms. Paris., y en Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(6) Africa, *mms. Pl. 1. 2., Cont. 62.*
(7) Salonitorum, *ms. Pl. 1.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2.. y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62.;* susciperes, *ms. Bg., Cont. 66. y los demás.*
(9) ea quae, *el ms. Gt., y las ed. Nbg Schf. Hal. Russ. Bk.*
(10) *Los mms. Pist. Cas Vat. Pl. 1. Bg.;* et CC., *faltan en el ms. Pl. 2., y en todas las ed.*
(11) Fuscarito, *algunos mms.*

Digitized by Google

tinet. Sine huiu modi vero conventione (1), infortunio naufragii debitor (2) non liberabitur.

Dat. VIII. Id. Octob. Retiariae.... (3) [293—305.]

TIT. XXXIV

DEPOSITI (4)

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* MESTRIO (5).—Si (6) incursu latronum vel alio fortuito casu (7) ornamenta deposita apud interfectum (8) perierint, detrimentum ad heredem eius, qui depositum accepit, qui dolum solum (9) et latam culpam, si non aliud specialiter convenit, praestare debuit (10), non pertinet. Quod si (11) praetextu latrocinii commissi vel alterius fortuiti casus (12) res, quae in potestate (13) heredis sunt vel quas dolo desiit possidere (14), non restituuntur, tam depositi, quam ad exhibendum actio, sed et in rem vindicatio competit.

PP. IV. Id. (15) Iul. MAXIMO II. (16) et URBANO Conss. (17) [234.]

2. *Imp.* GORDIANUS *A.* CELSINO (18).—Usurae in depositi actione, sicut in ceteris bonae fidei iudiciis, ex mora venire solent.

Dat. Kal. Novemb. PIO et PONTIANO Conss. (19) [238.]

3. *Idem A.* AUSTERO (20).—Si depositi experiaris (21), non immerito etiam usuras tibi restitui flagitabis, quum tibi debeat gratulari, quod furti eum actione non facias obnoxium, siquidem qui rem depositam invito domino sciens prudensque in usus suos converterit, etiam furti delicto succedit.

Dat. Id. Iul. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. (22) [239.]

4. *Idem A.* TIMOCRATI.—Si deposita pecunia is, qui eam suscepit, usus est, non dubium est, etiam usuras debere (23) praestare (24). Sed si, quum depositi actione expertus es, tantummodo sortis facta condemnatio est, ultra non potes propter usuras experiri. Non enim duae sunt actiones, alia sortis, alia usurarum, sed una, ex qua condemnatione facta, iterata actio rei iudicatae exceptione repellitur.

5. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA. et* VA-

(1) conditione, *ms. Bg.;* condictione, *que muy frecuentemente se halla en los mms. por* condit., *el ms. Pl 1.*
(2) debitor, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg.*
(3) *Los mms. Pist. Paris.;* Revariae, *escribe Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(4) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg ;* Depositis, *ms. Pist.;* De depositis, *ms. Paris ;* Depositi vel contra, *las ed. Schf. Hal. y las demás, imitando, sin duda, al Digesto.*
(5) *Los mms. Pist. Cas. Vat., Collat., Coll. Ans. ded.;* Mestrico, Niestrio, Metrio, *los demás mms.;* Menstrio, *Cont. 76.;* Mesteno, *las ed. Nbg. Hal. y las demás;* militi, *añaden Collat., Cont. 76.*
(6) Si, *falta en Collat.*
(7) vel—casu, *faltan en Collat.*
(8) ab eis, *añade Collat.*
(9) tantum, *omitiendo lo demás hasta* convenit, *Collat.*
(10) debent. *el C. Greg., rechazándolo la ed. Haenel.*
(11) sub, *adicionan los mms. Pl. 1. Bg.;* ex, *inserta Collat.*
(12) vel—casus, *faltan en Collat.*

gar de su destino. Mas sin esta convención el deudor no quedará libre en el caso desgraciado de naufragio.

Dada en Reciaria á 8 de los Idus de Octubre..... [293—305.]

TITULO XXXIV

DE LA ACCIÓN DE DEPÓSITO

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* MESTRIO.—Si por acometida de ladrones, ó por otro accidente fortuito, hubieren desaparecido los ornamentos depositados en poder del interfecto, el perjuicio no le pertenece al heredero del que recibió el depósito, el cual, si especialmente no se convino otra cosa, debió prestar solamente el dolo y la culpa lata. Mas si so pretexto de latrocinio cometido, ó de otro accidente fortuito, no se devuelven las cosas, que están en poder del heredero, ó que con dolo dejó de poseer, compete así la acción de depósito, como la de exhibición, y también la reindivicación de la cosa.

Publicada á 4 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de URBANO. [234.]

2. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* CELSINO.—En la acción de depósito se suelen comprender por causa de mora intereses, como los demás juicios de buena fé.

Dada las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de Pío y de PONCIANO. [238.]

3. *El mismo Augusto á* AUSTERO.—Si ejercitaras la acción de depósito, no sin razón pedirás que se te paguen también intereses, pues debe agradecerte el depositario que no lo hagas responsable con la acción de hurto, puesto que el que contra la voluntad de su dueño hubiere aplicado, á sabiendas y queriéndolo, á sus propios usos la cosa depositada, incurre también en el delito de hurto.

Dada los Idus de Julio, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

4. *El mismo Augusto á* TIMOCRATES.—Si el que lo recibió usó del dinero depositado, no hay duda que debe responder también de los intereses. Pero si habiendo ejercitado tú la acción de depósito, la condena se hizo solamente por el capital, no puedes luego ejercitar acción por los intereses. Porque no son dos las acciones, una para el capital, y otra para los intereses; sino una sola, y habiéndose hecho en virtud de ella condena, la acción reiterada es repelida con la excepción de cosa juzgada.

5. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO,

(13) potestatem, *Collat.*
(14) vel quas—possid., *faltan en Collat.*
(15) *Los mms. Pist. Paris., Bk.;* VII. Kal., *Collat., Cont. 76.*
(16) II., *falta en los mms. Pist. Paris.;* bis, *Collat.;* Maximiano II., *Cont. 76.*
(17) *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás, excepto en Cont. 76. Bk.*
(18) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 2. Bg.;* Celso, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(19) *Los mms. Pist. Paris , Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(20) Austroniae, Autronio, Austronio, *algunos mms.;* Antonio, *otros.*
(21) experiris, *los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Hal.;* experieris, *ms. Bg.*
(22) *Los mms. Pist. Paris., en los que falta* A., *y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(23) debere, *falta en el ms. Bg., y en la ed. Nbg.*
(24) praestari, *Hal.*

Digitized by Google

LERIANUS *C.* (1) CLAUDIO (2).—Propter instrumenta quidem, quae te deposuisse cum adversario tuo dicis, ut, residua pecunia, quae ex conductione debebatur, soluta (3), ea reciperes, si id, quod placuerat, implesti, sequestrem (4) potes convenire. Quamvis autem haec reddita non fuerint, tamen adversus eum, a (5) quo fundum conduxeras, si omne, quod ex hoc](6) contractu debebatur, reddidisti, ipsis solutionibus tutus es.

Dat. Id. Iul. AEMILIANO et BASSO Conss. (7) [259.]

6. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (8) ALEXANDRO (9).—Is, penes quem utramque partem (10) transactiones (11) vel alia instrumenta commendasse dicis, legem, qua haec suscepit, servare necesse habet.

Dat. IV. Kal. Mart. Sirmii ... Conss. (12) [295—305.]

7. *Iidem AA. et CC.* (13) ATTICO (14).— Desiderium tuum cum rationibus iuris non congruit. Nam si custodiam pecuniae suscepisti, quam aliis a te (15) datam instrumentum, quo hanc tibi reddi conscriptum (16) profiteris, arguit, solutionem eius competentem improbe recusas.

8. *Iidem AA. et CC.* ALEXANDRO (17).— Si is, qui depositam a te pecuniam accepit, eam suo nomine vel cuiuslibet alterius mutuo dedit, tam ipsum de implenda suscepta fide, quam eius successores teneri tibi, certissimum est. Adversus eum autem, qui accepit, nulla actio tibi competit, nisi nummi exstant (18); tunc enim contra possidentem uti (19) vindicatione potes.

9. *Iidem AA. et CC.* (20) MENOPHILO (21), *et ceteris.*— Quum hereditas personam dominae (22) sustineat, ab hereditario servo, priusquam patri vestro successeritis, res commendatas secundum bonam fidem ab eius, qui susceperat (23), successoribus apud rectorem provinciae petere potestis.

PP. VII. Id. Novemb. Sirmii ... Conss. (24) [293—305.]

Augustos, y VALERIANO, *César, á* CLAUDIO.—Ciertamente que por razón de los documentos, que dices que depositaste en poder de tu adversario, para que los recibieras, habiendo sido pagado el dinero que por arrendamiento se debía, puedes demandar al secuestrador, si cumpliste lo que se había convenido. Mas aunque aquellos no te hubieren sido devueltos, estás, sin embargo, seguro con los mismos pagos hechos contra aquel á quien le habías tomado en arrendamiento el fundo, si pagaste todo lo que por este contrato se debía.

Dada los Idus de Julio, bajo el consulado de EMILIANO y de BASSO. [259.]

6. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ALEJANDRO.—Aquel en cuyo poder dices que ambas partes depositaron unas transacciones, ó otros documentos, tiene la necesidad de observar la condición con que los recibió.

Dada en Sirmio á 4 de las Calendas de Marzo, bajo el consulado de... [295—305.]

7. *Los mismos Augustos y Césares á* ATICO.—Tu pretensión no es congruente con las razones del derecho. Porque si te encargaste de la custodia de un dinero, que el instrumento, en que confiesas por escrito que se te devuelve, prueba que por tí fué dado á otros, sin probidad rehusas el competente pago del mismo.

8. *Los mismos Augustos y Césares á* ALEJANDRO.—Si el que recibió el dinero depositado por tí, lo dió en mútuo en su propio nombre, ó en el de otro cualquiera, es muy cierto, que tanto él, como sus sucesores, te están obligados para cumplir el encargo de confianza aceptado. Mas contra el que lo recibió no te compete ninguna acción, á no ser que existan las mismas monedas; porque entonces puedes utilizar la acción reivindicatoria contra el que lo posee.

9. *Los mismos Augustos y Césares á* MENÓFILO, *y á otros.*—Puesto que la herencia representa la persona de la dueña, las cosas encomendadas de buena fé por un esclavo de la herencia, antes que hayais sucedido á vuestro padre, las podeis pedir ante el gobernador de la provincia á los sucesores del que las había recibido.

Publicada en Sirmio á 7 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de... [293—305.]

(1) CC., *omitiendo* Valerian., *muchos mms.;* et Valerian. C., *faltan en las ed. Nbg. Hal. Russ.*
(2) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.;* Claudiano, *algunas ed.*
(3) dissoluta, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt.;* sequestrum, *todas las ed.*
(5) ex quo, *Russ. al márgen.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk ;* hoc, *falta en Cont. y en los demás.*
(7) *Esta indicación de la fecha se halla restablecida según el ms. Pist., en el que erradamente está aplicada á la ley anterior.*
(8) et CC., *faltan en las ed. Nbg. Hal. Russ. Bk., en el ms. Pl. 2. después de* AA. *se añade* Max. A.
(9) Alexandrae, *ms. Pist.;* Alexandriae, *otros.*
(10) utrasque partes, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Cont. 62.;* transactionis, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(12) *El ms. Pist. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(13) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.;* et CC., *faltan en el ms. Pl. 2., y en todas las ed.*
(14) Antiquo, *ms. Pl. 1.*
(15) *Los mms Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ. y de Cont., y la ed. Schf ;* mutuo, *añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás, pero erradamente.*
(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt , y las ed. Nbg. Schf.;* conscriptum, *lo colocan antes de* instrum., *Hal. y los demás.*
(17) Alexandrae. Alexandriae. *otros.*
(18) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq.;* existant, *la ed. Schf.;* exstent, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Bq. Gt., los mms. de Cont., y la ed. Schf.;* rei, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(20) *Los mms Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.;* et CC., *faltan en el ms. Pl. 2., y en las ed. Nbg. Hal. y en las demás.*
(21) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.;* Menophyllo. *Hal. y los demás.*
(22) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* domini, *todas las ed.; pero las Bas. concuerdan con el texto.*
(23) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* suscepit, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(24) *Los mms. Pist. Paris., Bk. omitiendo, sin embargo,* Sirm. *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

Digitized by Google

10. *Iidem AA. et CC.* SEPTIMIAE (1).—Qui (2) depositum non restituit, suo nomine conventus et condemnatus (3), ad eius restitutionem cum infamiae periculo urgetur.

Subscripta (4) prid. (5) Id. Decemb. Nicomediae, Caess. Conss. (6) [294—305.]

11. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI (7) *P. P.*—Si quis vel pecunias vel res quasdam per depositionis (8) acceperit (9) titulum, eas volenti ei, qui deposuit, reddere illico modis omnibus compellatur, nullamque compensationem vel deductionem vel doli exceptionem opponat, quasi et ipse quasdam contra eum, qui deposuit, actiones personales vel in rem vel hypothecariam praetendens, quum non sub hoc modo depositum acceperit, ut non concessa ei retentio generetur, et contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam retrahatur. Sed et si ex utraque parte aliquid fuerit depositum, nec in hoc casu compensationis praepeditio oriatur, sed depositae quidem res vel pecuniae ab utraque parte quam celerrime sine aliquo obstaculo restituantur, ei videlicet primum, qui primus hoc voluerit, et postea legitimae actiones integrae quoque (10) ei reserventur. Quod obtinere, sicut iam dictum est, oportet, et si ex una parte depositio celebrata est, ex altera autem compensatio fuerit opposita, ut integra omni legitima ratione (11) servata, depositae res vel pecuniae prima fronte restituantur. Quod si in scriptis attestatio non per dolum vel fraudem fuerit ei, qui depositum suscepit, ab alio transmissa, ut minime depositum restituat, hocque per iusiurandum affirmaverit, liceat ei, qui deposuit, defensionis (12) cautela idonea praestita, res depositas quantocius (13) recuperare.

Recitata (14) Septimo miliario (15) in novo consistorio palatii Iustiniani (16).

AUTHENT. *de deposito et denuntiation. inquilinorum. (Nov. 88.)*—Sed iam cautum est, ne quis extrinsecus depositario interdicat depositi restitutionem, qua subsecuta, depositor possidens pulsari poterit ab eo, qui interdixit. Si contra factum fuerit, damnum, quodcunque acciderit ei, qui vim (17) passus est, praestabitur ab eo, qui interdixit, nec non et tertia centesimae usurarum nomine, ex quo facta est huiusmodi contestatio. Quibus poenis subiacet, qui vel inquilino dationem pensionum vel publicae personae panis interdicit administrationen.

10. *Los mismos Augustos y Césares á* SEPTIMIA.—El que no restituyó un depósito, demandado y condenado en su propio nombre, es apremiado á la restitución del mismo con peligro de infamia.

Subscrita en Nicomedia á 1 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294-305.]

11. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Si alguno hubiere recibido á título de depósito ó dinero ú otras cosas, sea compelido de todos modos á devolverlas inmediatamente, queriéndolo este, al que las depositó, y no oponga ninguna compensación, ó deducción, ó excepción de dolo, como pretendiendo él mismo algunas acciones personales, ó real, ó hipotecaria, contra el que hizo el depósito, cuando no hubiere recibido el depósito de este modo, que naciese para él la retención que no le está permitida, y que el contrato, que nace de buena fé, se convirtiese en otro de mala fé. Pero si por ambas partes se hubiere depositado alguna cosa, tampoco en este caso surja el impedimento de la compensación, sino que restitúyanse ciertamente cuanto antes sin ningún obstáculo las cosas ó las cantidades por ambas partes depositadas, por supuesto, primeramente al que primero lo hubiere querido, y resérvensele después íntegras también las acciones legítimas. Lo cual se debe observar, según ya se ha dicho, también si por una de las partes se hubiera hecho el depósito, y por la otra se le hubiere opuesto la compensación, de suerte que, reservada íntegra toda cuenta legítima, se restituyan desde luego las cosas ó las cantidades depositadas. Pero si por escrito se le hubiere hecho, transmitida por otro, no por dolo ó fraude, una notificación al que recibió el depósito, para que de ningún modo restituya el depósito, y esto lo hubiere afirmado con juramento, séale lícito al que hizo el depósito recuperar cuanto antes las cosas depositadas, habiendo prestado caución idónea para la defensa.

Recitada en la Séptima milla, en el nuevo consistorio del palacio de JUSTINIANO.

AUTÉNTICA *de deposito et denuntiation. inquilinorum. (Nov. 88.)*—Pero ya se dispuso, que ninguna tercera persona le prohiba al depositario la restitución del depósito, verificada la cual, podrá el deponente que posea la cosa ser demandado por el que le hizo la prohibición. Si se hubiere hecho lo contrario, se le pagará al que sufrió la violencia por el que hizo la prohibición cualquier perjuicio que se le hubiere ocasionado, y además la tercera parte del uno por ciento mensual á título de intereses, desde que se hizo semejante intimación. A cuyas penas estará sujeto el que le prohibe á un inquilino el pago de los alquileres, ó á una persona pública la administración del pan.

---

(1) *Los mms. Pist. Cas. Vat., Coll. Ans. ded., Collat.;* Septimae, *el ms. Pl. 1., y todas las ed. excepto Bk.;* Septimio, *Bk.;* et Quadrato, *añaden Cont. 76. Bk.;* Quadratillae, *añade Collat.*

(2) dolo malo, *inserta Collat.*

(3) et condemn., *faltan en Collat.*

(4) *Collat.;* Scripta, *Cont. 76. Sp. Bk., y el C. Herm. antes de la ed. Haenel.*

(5) *Collat.;* prid., *falta en Cont. 76. Sp. Bk., y el C. Herm. antes de la ed. Haenel.*

(6) *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás excepto en Cont. 76. Sp. Bk.; en el ms. Pist. la indicación de la fecha dice* D. III. K. iu. D. cc., *lo que acaso pertenece á la siguiente const., á la cual acaso debería ponerse* Dat. III. Kal. Iul. Decio V. C. Conss. [529.]

(7) Menae, *ms. Bq.*

(8) adoptionis, *Russ. al márgen.*

(9) *Mejor según algunos códices* accepit, *y luego después* deposuerit.

(10) quoque, *falta en los mms. Pl. 1. Gt., y en la ed. Schf.*

(11) actione, *Russ. Cont. al márgen.*

(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* sub defens., *algunas ed.*

(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., los antiguos de Cont., y la ed. Schf.;* quam ocyssime, *Hal. y después los demás;* quantotiens, *la ed. Nbg.*

(14) Lecta, *Russ. al márgen.*

(15) a quarto milliario, *Russ. al márgen;* septimiliario, *Cont. 62.; pero véase Cuyacio Obs. XX. 3.*

(16) *Cont. 62.;* Recit.—Iustiniani, *faltan en Hal. y en los demás. Sobre cómo deba suplirse probablemente la indicación de la fecha, véase la nota 6. de la ley 10. de este título.*

(17) vim, *falta en la ed. Schf.*

Digitized by Google

12. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Supervacuam veterum differentiam e medio tollentes, si quis certum pondus auri, vel (1) confecti vel in massa constituti, deposuerit, et plures scripserit heredes, et unus ex his contingentem sibi portionem a depositario acceperit, alter supersederit, vel alias (2) fortuito casu impeditus hoc facere non potuerit, et postea depositarius in adversam inciderit fortunam, vel sine dolo depositum perdiderit, sancimus, non esse coheredi eius licentiam venire contra (3) coheredem suum, et ex eius parte avellere, quod ipse ex sua parte consequi minime potuit, quasi eo, quod coheres accepit, communi constituto, quum, ubi (4) certae pecuniae depositae fuerant (5), et suam partem unus ex heredibus (6) accepit, nemini veniat (7) in dubium, bene eum accepisse partem suam, et non debere aliam partem attingere. Nobis etenim non videtur esse homo obnoxius, neque in massa, neque in specie, neque in pecunia numerata, qui suam partem suscepit, ne industria poenas desidiae solvat. Si enim et alius heres tempora opportuna, quemadmodum coheres eius, observasset, et suum uterque reciperet (8), et sequentibus altercationibus minime locus relinqueretur.

12. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Quitando de en medio la supérflua diferencia de los antiguos, mandamos, que, si alguno hubiere depositado cierto peso de oro, ó labrado ó reducido á masa, y hubiere instituido varios herederos, y uno de estos hubiere recibido del depositario la porción que le correspondia, y otro hubiere dejado de recibirla, ó, en otro caso, impedido por un accidente fortuito no hubiere podido hacer lo mismo, y después el depositario hubiere venido á mala fortuna, ó sin dolo hubiere perdido el depósito, no tenga su coheredero facultad para dirigirse contra su propio coheredero, y arrancar de la parte de este lo que de ningún modo pudo él mismo conseguir por su propia parte, cual si hubiera sido constituido en común lo que recibió el coheredero, porque cuando habian sido depositadas ciertas cantidades, y uno de los herederos recibió su parte, á nadie le ocurre dudar que él recibió bien su propia parte, y que no debe tocar la parte de otro. Porque no nos parece que quede obligado el hombre que tomó su propia parte, ni tratándose de una masa, ni de una especie, ni de dinero contante, para que la diligencia no sufra las penas de la desidia. Pues si también el otro heredero hubiese observado, como su coheredero, el momento oportuno, ambos recibirían lo suyo, y en manera ninguna se dejaría lugar para los siguientes altercados.

TIT. XXXV

MANDATI (9)

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* LEONIDAE. —Adversus eum, cuius negotia gesta sunt, de pecunia, quam de propriis opibus vel ab aliis mutuo acceptam erogasti, mandati actione pro sorte et usuris potes experiri. De salario autem, quod promisit, apud praesidem (10) provinciae cognitio praebebitur (11).

2. *Imp.* ANTONINUS (12) *A.* MARCELLINO (13).—Quum ex causa fideiussionis pecuniam patrem tuum exsolvisse proponas, habes mandati actionem, qua non solum pecuniam, sed etiam pignora in (14) obligationem deducta potes consequi.

PP. VIII.... (15).

3. *Idem A.* (16) GERMANO.—Si pater tuus tibi, sui (17) iuris constituto, actionem adversus debitores suos mandavit, potuit (18) ipse praesens ad-

TITULO XXXV

DE LA ACCIÓN DE MANDATO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* LEÓNIDA.—Puedes ejercitar la acción de mandato, contra aquel cuyos negocios fueron administrados, por el capital y los intereses del dinero que gastaste de tus propios bienes, ó recibido de otros en mútuo. Mas respecto á la retribución, que prometió, el conocimiento se verificará ante el presidente de la provincia.

2. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* MARCELINO.—Puesto que expones que por causa de una fianza pagó tu padre una cantidad, tienes la acción de mandato, con la que puedes conseguir no solo el dinero, sino también las prendas dadas para la obligación.

Publicada á 8.....

3. *El mismo Augusto á* GERMANO.—Si tu padre te encomendó, constituido tú de propio derecho, la acción contra sus deudores, pudo él mismo,

5. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* VERO.—Puesto que dices que, habiendo comprado tú una posesión con tu propio dinero, pusiste solamente el nombre de la que en otro tiempo fué tu mujer, y que la misma con ocasión de la custodia de las escrituras que le habias confiado usurpó contra la buena fé la propiedad del mismo fundo, el gobernador de la provincia, habiendo conocido en el ejercicio de sus funciones que la donación hecha por tu mujer, que no era dueña, á una hija suya, no le causó perjuicio ninguno á tu dominio, cuidará de que te restituya, probando tú que hay verdad en tus súplicas, la misma posesión, hecha también la tasación de los frutos.

Dada á 1 de los Idus de Septiembre, bajo el consulado de los mismos..... [287—305.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* DIONISIO. —Hay mucha diferencia, si comprando tu mujer pagaste tú el dinero, y le fué entregada á ella la posesión, ó si, hecho por ti á tu nombre un contra-

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Cont. 62.;* contende, *Russ. y los demás.*
(2) II., *Bk.*
(3) *Los mms. Pist. Paris., y Bk.; los demás omiten la indicación de la fecha.*
(4) Septimiae, *algunos mms.;* et aliis, *añaden Hal. y los demás contra los cód.*
(5) AA., *inserta Bk.*
(6) *Los mms. Pist. Paris., y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en otros.*
(7) *Los mms.;* Patrimo, *Hal. y los demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* pecunias, *las ed.*
(9) *Los mms. Pist. Paris. y Bk. La indicación de la fecha alta en Hal. y en los demás.*
(10) Gall. (et) Val. AAA., *los mms. Pist. Bg.*
(11) *El ms. Pist.; también falta el día en Hal. y en los demás.*
(12) et CC., *añaden los mms. Pl. 1. Bg.*
(13) Vocato, *algunos mms.*
(14) possessiones, *el ms. Pl. 1.;* possessioni, *los mms. Pl. 2. Bg.;* comparatae possessioni, *Russ. al márgen.*
(15) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* dicas, *añaden el ms. Pl. 2., y las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(16) cognitam, *el ms. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(17) *Los mms. Pist. Paris. y Bk., quien restableció* ipsis AA. *La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(18) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* et CC., *omitenlas las ed.*

Digitized by Google

ris nomen post instrumentis inscribi (1) feceris. Nam si quidem uxor tua nomine suo emit, eique res traditae sunt, nec in te quidquam de his processit, non nisi de pretio adversus eam, in quantum tu pauperior, et illa locupletior facta est, habes actionem. Quod si tu quidem emisti, et tibi tradita est possessio, tantum autem nomen uxoris quondam tuae instrumento scriptum (2) est, res gesta potior, quam scriptura habetur. Si vero ab initio negotium uxoris gerens comparasti nomine ipsius, emti actionem nec illi, nec tibi quaesisti, dum (3) tibi non vis, nec illi potes. Quare in dominii quaestione ille potior habetur, cui possessio a domino tradita est.

Dat. XIV. Kal. Septemb. Viminacio.... Conss. (4) [293—305.]

7. *Iidem AA. et CC.* (5) GERONTIO. — Quum per eos, qui negotia tua gerebant, olei materiam te comparasse, contractusque fidem pretio suscepto rupisse venditorem proponas, si quidem ex emto, his, qui iuri tuo subiecti fuerint (6), contrahentibus, tibi quaesita est actio, vel per te, vel (7) cui mandaveris, sin vero sui iuris constituti secundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt (8), ac sibi emti quaesierunt actionem, per eos vel quibus illi dederint mandatum, adi competentem iudicem, qui secundum bonam fidem, quae in huiusmodi contractibus observari solet, satisfieri providebit.

8. *Iidem AA. et CC.* (9) VALENTINAE (10).—Qui aliena pecunia comparat, non ei, cuius nummi fuerunt, sed sibi tam actionem emti, quam dominium, si ei fuerit tradita possessio, quaerit. Quum itaque de rebus communibus fratrem patruelem tuum quaedam comparasse contendas, de tua pecunia hunc conveniendo facies consultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit.

Dat. prid. Non. Febr. (11) ... Conss. (12) [293—305.]

9. *Iidem AA. et CC.* (13) RUFINAE (14).—Nihil prohibet, altero pecuniam numerante, in alium vel utriusque contrahentis consensu, vel certe venditore tantummodo volente, dominium transferri; eo etiam manifeste constituto, ut inter absentes per mediam personam, veluti per nuntium vel per epistolam, talis contractus perfici possit.

to de compra, hubieres hecho que después se inscriba en las escrituras solamente el nombre de tu mujer. Porque si verdaderamente tu mujer compró en su propio nombre, y le fueron entregadas las cosas, y de estas no fué nada á tu poder, no tienes contra ella sino acción por el precio, por cuanto tú te hiciste más pobre, y ella más rica. Pero si verdaderamente tú compraste, y se te entregó la posesión, pero en el documento se escribió solamente el nombre de la que en otro tiempo fué tu mujer, se considera más atendible lo que se hizo, que la escritura. Mas si desde el principio, siendo gestor de negocio de tu mujer, compraste en nombre de la misma, no adquiriste ni para ella, ni para tí, la acción de compra, porque para tí no quisiste, y para ella no puedes. Por lo cual, en la cuestión del dominio es considerado preferente aquel á quien por el dueño le fué entregada la posesión.

Dada en Viminacio á 14 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de..... [293—305.]

7. *Los mismos Augustos y Césares á* GERONCIO. —Puesto que expones que por medio de los que administraban tus negocios compraste aceite, y que el vendedor, habiendo recibido el dinero, quebrantó la fé del contrato, si verdaderamente, habiendo contratado los que estuvieren sujetos á tu potestad, fué adquirida para tí la acción de compra, dirigete al juez competente, ó por tí, ó por medio de aquel á quien le hubieres dado mandato, pero si celebraron este contrato conforme á mandato tuyo los que se hallaban constituidos de propio derecho, y adquirieron para sí la acción de compra, por medio de aquellos á quienes ellos hubieren dado mandato, y él proveerá que se satisfaga conforme á la buena fé, que se suele observar en tales contratos.

8. *Los mismos Augustos y Césares á* VALENTINA.—El que compra con dinero ajeno, adquiere no para aquel de quien fué el dinero, sino para sí, tanto la acción de compra, como el dominio, si á él le hubiere sido entregada la posesión. Y así, puesto que sostienes que tu primo hermano compró algunas cosas con bienes comunes, obrarás más cuerdamente demandándolo por tu dinero. Porque no te compete contra él la acción real de petición respecto á las cosas compradas por él.

Dada á 1 de las Nonas de Febrero, bajo el consulado de..... [293—305.]

9. *Los mismos Augustos y Césares á* RUFINA.— Nada impide, que, pagando uno el dinero, se transfiera el dominio á otro, ó con el consentimiento de ambos contratantes, ó ciertamente queriéndolo solo el vendedor; habiéndose establecido claramente también esto, que tal contrato se puede perfeccionar entre ausentes por intermedia persona, por ejemplo, por mensajero, ó por carta.

---

(1) scribi, *los mms. Pl. 1. 2. Gt.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* inscriptum, *Russ. y los demás.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.;* que. *añaden las ed. Schf. Russ. Cont. 62.;* quae. *añaden Cont. 66. y los demás.*
(4) *Los mms. Pist. Paris. y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(5) *Los mms. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* fuerant, *el ms. Pl. 2., y las ed.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* per eum, *añaden las ed.*
(8) *En las palabras* habuerunt, quaesierunt, *emplean indistintamente el indicativo ó el subjuntivo los mms. y las ed.*
(9) *Los mms. Vat. Pl. 1. Bg.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(10) Valentino, Valentinianae, *algunos mms.*
(11) I..., *Bk.*
(12) *Los mms. Pist. Paris. y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(13) *Los mms. Pist. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(14) Rufino, Rufiano, Rufiniano, *los mms.*

Digitized by Google

TIT. LI

DE REBUS ALIENIS NON ALIENANDIS, ET DE PROHIBITA RERUM ALIENATIONE VEL (1) HYPOTHECA

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* CANTIANO (2).—Si praesidi provinciae probatum fuerit, Iulianum nullo iure munitum servos tuos scientibus vendidisse, restituere tibi emtores servos iubebit. Quodsi ignoraverint, et eorum (3) facti sunt, pretium eorum Iulianum tibi solvere iubebit.

Dat. IX. Id. Iul. IULIANO II. et CRISPINO Conss. (4) [224.]

2. *Imp.* GORDIANUS *A.* GRAECIAE (5).—Distrahente marito rem tui iuris, si consensum ei non accommodasti, licet sigillo tuo venditionis instrumentum fraude conquisita signaveris, eiusmodi tamen commentum (6) emtori, usucapione non subsecuta, vel longi temporis praescriptione minime munito, nullam praestitisse securitatem potest.

Dat. III. Id. Febr..... (7).

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (8) VALERIANO.—Venditrici succedenti hereditario iure perfectam recte venditionem rescindere ac dominium revocare non licet. Sed et si haec ex persona sua vindicet, vel exceptione te doli mali, si hanc viam elegeris, tueri, vel evicta re, si defensione monstrata uti nolueris, quanti tua interest, poteris experiri.

S. XVI. Kal. Novemb. Sirmii, AA. Conss. (9) [293—304.]

4. *Iidem AA. et CC.* (10) APHOBIO (11).—Mancipia patris, qui fundum a Philippo conduxerat, successione tibi quaesita, domino fundi pro debitis in solutum mater tua dando nihil tibi auferre potuit. Ideoque si tu maior viginti quinque annis effectus ab ea negotium gestum non fecisti ratum, oblato debito, si non haec locator iure pignoris sibi obligata vendidit, petere poteris.

5. *Iidem AA. et CC.* (12) AEGRO.- Si fundum tuum pater post emancipationem te non consentiente venumdedit, neque ei successisti, neque possidens longi temporis praescriptione munitus est, tibi agenti eum rector provinciae reddi efficiet...

VIII. Id. M... Sirmii ... Conss. (13) [293—305.]

(1) in, *el ms. Pist.*
(2) Cattiano, Catiliano, Caticiano, *la mayor parte de los mms.*
(3) domini, *inserta el ms. Gt.*
(4) *Los mms. Pist. Paris., y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(5) Graciae, *algunos mms.;* Graecianae, *otros.*
(6) commento, *el ms. Pl. 2.*
(7) *El ms. Pist.; también falta el día en Hal. y en los demás.*
(8) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., Cont. 62.;* et CC., *omitenlas los demás.*

TITULO LI

DE QUE NO SE HAN DE ENAJENAR BIENES AJENOS, Y DE LA ENAJENACIÓN Ó DE LA HIPOTECA DE BIENES QUE ESTÁN PROHIBIDAS

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* CANCIANO.—Si al presidente de la provincia se le hubiere probado, que Juliano, sin estar amparado en ningún derecho, vendió tus esclavos á los que lo sabían, mandará que los compradores te restituyan los esclavos. Pero si lo hubieren ignorado, y se hicieron de ellos, mandará que Juliano te pague el precio de los mismos.

Dada á 9 de los Idus de Julio, bajo el segundo consulado de JULIANO y el de CRISPINO. [224.]

2. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* GRECIA.—Vendiendo tu marido una cosa de tu propiedad, si no le prestaste tu consentimiento, aunque solicitada con fraude hayas sellado con tu sello el instrumento de la venta, sin embargo, este engaño no puede haberle dado ninguna seguridad al comprador, no habiendo seguido la usucapión, ó no estando él amparado con la prescripción de largo tiempo.

Dada á 3 de los Idus de Febrero.....

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* VALERIANO.—Al que por derecho hereditario sucede á la vendedora no le es lícito rescindir una venta debidamente perfeccionada, y revocar el dominio. Pero si reivindica estas cosas por su propia persona, ó te amparas con la excepción de dolo malo, si eligieres este camino, ó, habiéndose hecho evicción de la cosa, podrás ejercitar acción por cuanto te interesa, si no hubieres querido utilizar la indicada defensa.

Sancionada en Sirmio á 16 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* AFOBIO.—Dándole tu madre en pago por deudas al dueño del fundo los esclavos de tu padre, que había tomado el fundo en arrendamiento á Filipo, adquirida para ti la sucesión, no te pudo privar de nada. Y por lo tanto, si habiendo llegado tú á ser mayor de veinticinco años no ratificaste el negocio que por ella se hizo, los podrás pedir, habiendo ofrecido la deuda, si el arrendador no los vendió teniéndolos obligados á su favor por derecho de prenda.

5. *Los mismos Augustos y Césares á* EGRO.—Si tu padre vendió después de tu emancipación, no consintiéndolo tú, un fundo tuyo, y no le sucediste, y el poseedor no está amparado con la prescripción de largo tiempo, el gobernador de la provincia hará que se te devuelva, reclamándolo tu.

En Sirmio á 8 de los Idus de M..... bajo el consulado de..... [293—305.]

(9) *Los mms. Pist. Paris., y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(10) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(11) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2.;* Fiuio, *el ms. Bg.;* Affabio, *la ed. Nbg.;* Affabili, *Hal. y los demás.*
(12) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(13) *El ms. Pist. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

Digitized by Google

6. *Iidem AA. et CC.* (1) RUFO (2). — Nemo res ad te pertinentes, non obligatas sibi, nec ex officio vendendi potestatem habens, distrahendo quidquam tibi nocere potuit.

Dat. Kal. Nov.... (3).

7. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.*—Sancimus, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator, hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit, non solum dominii alienationem vel mancipiorum manumissionem esse prohidendam, sed etiam ususfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris nexum penitus prohiberi; similique modo et servitutes minime imponi, nec emphyteuseos contractum, nisi in his tantummodo casibus, in quibus constitutionum auctoritas, vel testatoris voluntas, vel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiserit.

Dat. Kal. Nov. Constantinop. . . . (4).

TIT. LII

DE COMMUNIUM RERUM ALIENATIONE

1. *Imp.* GORDIANUS (5) *A.* APOLLODORO. — Si nulla usucapionis praerogativa vel diuturni silentii praescriptio emtorem possessionis, quam a coheredibus patrui tui distractam suggeris, pro portione tua munit, in rem actio incolumis perseverat. At (6) si receptum ius securitatem emtori praestiterit, arbitrium est tibi liberum conveniendi eos, qui pro portione tua satis illicitam venditionem celebraverunt.

2. *Idem A.* HERENNIANO (7).— Multum interest, utrum coheredes tui possessionem communem distraxerunt, an vero fiscus, quum partis dominus esset, soliditatem iuxta proprium privilegium vendidit. Etenim si a fisco facta est (8) venditio, fidem eius infringi, minime rationis est. Si vero coheredes soliditatem vendiderunt, licet emtor ab his delegatus partem pretii fisco solverit, alteramque in cautionem deduxerit, tamen portioni tuae ea venditio non potest obsistere.

3. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (9) EUSEBIO.—Falso tibi persuasum est, communis praedii portionem pro indiviso, antequam communi dividundo iudicium dictetur, tantum socio, non etiam extraneo posse distrahi.

PP. Id. Febr..... Conss. (10) [293—305.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* RUFO.—Nadie que no tiene obligadas á su favor cosas que te pertenecen, ni la facultad de venderlas por razón de su cargo, pudo perjudicarte enajenando alguna cosa.

Dada las Calendas de Noviembre.....

7. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que, ya si la ley hubiere prohibido la enajenación, ya si esto lo hubiere hecho el testador, ya si lo hubiere establecido un pacto de los contratantes, no solamente haya de estar prohibida la enajenación del dominio ó la manumisión de los esclavos, sino que en absoluto se prohiba también la donación del usufruto, ó la hipoteca, ó la obligación de prenda; y del mismo modo, que de ninguna manera se impongan servidumbres, ni se celebre contrato de enfiteusis, á no ser solamente en aquellos casos en que la autoridad de las constituciones, ó la voluntad del testador, ó el tenor de los pactos, que prohibió la enajenación, hubiere permitido que se haga alguna de estas cosas.

Dada en Constantinopla la Calendas de Noviembre.. ..

TITULO LII

DE LA ENAJENACIÓN DE LAS COSAS COMUNES

1. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* APOLODORO.—Si ninguna prerrogativa de usucapión, ó la prescripción de un largo silencio, no ampara respecto á tu porción al comprador de la posesión, que dices fué enajenada por los coherederos de tu tío paterno, subsiste incólume la acción real. Mas si el derecho admitido le hubiere dado seguridad al comprador, tienes el libre arbitrio de demandar á los que respecto á tu porción celebraron una venta bastante ilícita.

2. *El mismo Augusto á* HERENNIANO.—Hay mucha diferencia, si tus coherederos enajenaron una posesión común, ó si el fisco, siendo dueño de una parte, vendió la totalidad conforme á su propio privilegio. Porque si la venta fué hecha por el fisco, no hay en manera alguna razón para que se infrinja su compromiso. Pero si los coherederos vendieron la totalidad, aunque el comprador le hubiere pagado, delegado por ellos, una parte del precio al fisco, y la otra la hubiere comprendido en una caución, sin embargo, esta venta no puede perjudicar á tu porción.

3. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* EUSEBIO.—Falsamente se te ha persuadido de que la porción de un predio común, que está indiviso, no puede ser enajenada, antes que se dicte la sentencia de división de cosa común, sino solamente al consocio, y no también á un extraño.

Publicada los Idus de Febrero, bajo el consulado de..... [293—305.]

---

(1) *Los mms. Pist. Vat. Cas. Pl. 1. 2. Bg.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(2) Rufinae, *algunos mms.*
(3) *El ms. Pist. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(4) *El ms. Pist.; también faltan el día y el lugar en Hal. y en los demás.*
(5) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg.;* Antoninus, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) aut, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y la ed. Schf.*
(7) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 2.;* Hereniano, *los mms. Pl. 1. Bg.;* Terentiano, *Hal. y los demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* sit, *las ed.*
(9) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg. Cont. 62.;* et CC., *omitenlas los demás.*
(10) *Los mms. Pist. Paris. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás, excepto en Bk., en el que, sin embargo, es más incompleta.*

Digitized by Google

4. *Iidem AA. et CC.* (1) ULPIANO, *militi.*— Portionem quidem tuam militantis frater tuus alienare non potuit. Eius autem partem pretio soluto tibi restitui postulare nec militari gravitati convenit.

5. *Iidem AA. et CC.* OLYMPIANO.—Si maior annis viginti quinque veluti propria nescienti communia cum fratribus tuis praedia distraxisti, licet nullum instrumentum intercesserit, nec quidquam specialiter convenerit, alienae portionis evictione secuta, quanti interest emtori solves (2).

TIT. LIII

REM ALIENAM GERENTIBUS NON INTERDICI RERUM SUARUM ALIENATIONE (3)

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* PUBLICAE. —Non est interdictum tutoribus vel curatoribus, etsi ex eo titulo iudicati debitores sunt constituti, cum sua causa res suas alienare. Potuit ergo curator tuus fundum suum cum suo onere obligare fisco nostro; nam et privato potuisset.

Dat. Non. Iun. ANTONINO A. II. et GETA Conss. (4) [205.]

TIT. LIV

DE PACTIS INTER EMTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* DIOTIMAE (5).—Si ea lege praedium vendidisti, ut, nisi intra certum tempus pretium fuisset exsolutum, emtrix arrhas perderet, et dominium ad te pertineret, fides contractus servanda est.

Dat. V. Id. Octob. SABINO II. et ANULLINO Conss. (6) [216.]

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* CHARISIO (7).—Si fundum parentes tui ea lege vendiderunt, ut, sive ipsi sive heredes eorum emtori pretium quandocunque (8) vel intra certa tempora obtulissent, restitueretur, teque parato satisfacere conditioni dictae heres emtoris non paret, ut contractus fides servetur, actio praescriptis verbis vel ex vendito tibi dabitur, habita ratione eorum, quae post oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad adversarium pervenerunt.

Dat. Kal. Septemb. ALEXANDRO A. Cons. (9) [222.]

3. *Idem A.* FELICI, *militi.*— Qui ea lege prae-

(1) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., Cont. 62.;* et CC., *omítenlas los demás.*
(2) Dat. Non. Iun., *erradamente Bk. Véase la nota 4. de la siguiente ley.*
(3) alienationem, *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(4) *Esta indicación de la fecha, que por razón del tiempo se ha de aplicar á esta constitución, es atribuida por los mms. Pist. Paris. á la ley última del título anterior; y por esto sin razón aplicó Bk. el día, omitiendo los cónsules, á dicha ley.*
(5) Dotoni, *un solo ms.;* Dotoiae, *otros.*
(6) *Los mms. Pist. Paris., y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(7) Charisto, Crispino, *algunos mms.*
(8) quandoque, *los mms. Pl. 1. Bg., y Cont. 62.*
(9) *Los mms. Pist. Paris., y Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

4. *Los mismos Augustos y Césares á* ULPIANO, *militar.*—Ciertamente que tu hermano no pudo enajenar, estando tú en el ejército, tu parte. Mas, habiéndose pagado el precio, no conviene á la gravedad militar que pidas que se te restituya la parte de él.

5. *Los mismos Augustos y Césares á* OLIMPIANO. —Si siendo mayor de veinticinco años vendiste como propios, á quien lo ignoraba, unos predios que te eran comunes con tus hermanos, aunque no haya mediado ningún documento, ni especialmente se hubiere convenido alguna cosa, habiéndose seguido la evicción de la porción ajena, le pagarás al comprador cuanto le interesa.

TITULO LIII

DE QUE NO SE PROHÍBE LA ENAJENACIÓN DE SUS PROPIOS BIENES Á LOS QUE ADMINISTRAN COSA AJENA

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* PUBLICA.—No les está prohibido á los tutores ó curadores, aunque juzgados por este cargo hayan sido considerados deudores, enajenar sus bienes con su propia causa. Así, pues, pudo tu curador obligar á favor de nuestro fisco su propio fundo con su carga; porque también habría podido obligarlo á favor de un particular.

Dada las Nonas de Junio, bajo el segundo consulado de ANTONINO, Augusto, y el de GETA. [205.]

TITULO LIV

DE LOS PACTOS CONCERTADOS ENTRE EL COMPRADOR Y EL VENDEDOR

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* DIOTIMA.—Si vendiste un predio con este pacto, que, si dentro de cierto tiempo no se hubiese pagado el precio, la compradora perdiese las arras, y te perteneciera el dominio, se ha de observar la fé del contrato.

Dada á 5 de los Idus de Octubre, bajo el segundo consulado de SABINO y el de ANULINO. [216.]

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* CARISIO.—Si tus ascendientes vendieron un fundo con esta condición, que fuese restituido, ya si ellos mismos, ya si sus herederos le hubiesen ofrecido en algún tiempo ó dentro de ciertos plazos el precio al comprador, y estando tú dispuesto á cumplir la condición expresada no se atuviese á ella el heredero del comprador, para que se observe la fé del contrato se te dará la acción de lo expresado en las palabras ó la de venta, habida cuenta de lo que después de ofrecida la cantidad en virtud del pacto fué á poder de tu adversario por razón de este fundo.

Dada las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

3. *El mismo Augusto á* FÉLIX, *militar.*—El que

Digitized by Google

dium vendidit, ut, nisi reliquum pretium intra certum tempus restitutum esset, ad se reverteretur, si non precariam possessionem tradidit, rei vindicationem non habet, sed actionem ex vendito.

Dat. III. Id. Iul..... (1).

vendió un predio con esta condición, que, si no se hubiese pagado lo restante del precio dentro de cierto tiempo, revertiese á él, si no entregó la posesión precaria, no tiene la reivindicación de la cosa, sino la acción de venta.

Dada á 3 de los Idus de Julio.....

4. *Idem A.* IULIANO.—Commissoriae venditionis legem exercere non potest, qui post praestitutum pretii solvendi diem, non vindicationem rei eligere, sed usurarum pretii petitionem sequi maluit.

4. *El mismo Augusto á* JULIANO.—No puede utilizar el pacto comisorio puesto en una venta el que después del día establecido para que se pague el precio no elige la reivindicación de la cosa, sino que prefirió perseguir la reclamación de los intereses del precio.

5. *Imp.* GORDIANUS *A.* LONGINO.—Initio venditionis si pactus es, ut is, cui vendidisti possessionem, pretii tardius exsoluti tibi usuras pensitaret, non immerito existimas, etiam eas tibi adito praeside (2) ab emtore praestari debere. Nam si initio contractus non es pactus, si coeperis experiri (3), ex mora duntaxat usuras tam ab ipso debitore, quam ab eo, qui in omnem causam emti suam fidem adstrinxit, de iure postulabis.

5. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* LONGINO.—Si al principio de la venta pactaste, que aquel á quien le vendiste una posesión te pagase intereses del precio pagado tardiamente, no sin razón estimas, que, habiendo recurrido al presidente, se te deben pagar también aquellos por el comprador. Porque si al principio del contrato no lo pactaste, si hubieres comenzado á ejercitar la acción, reclamarás en derecho los intereses, solo desde la mora, así al mismo deudor, como á aquel que obligó su formalidad por toda la causa de la compra.

6. *Imppp.* CARUS, CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* ROMULO (4). — Quum te fundum tuum, certae rei contemplatione inter vos habita, exiguo pretio in alium transtulisse commemoras (5), poterit tibi ea res non esse fraudi: quando non impleta promissi fide dominii tui ius in suam causam reverti conveniat. Et ideo aditus competens iudex fundum, cuius mentionem facis, restitui tibi cum fructibus suis sine ulla ludificatione sua auctoritate perficiet, praecipue quum et diversa (6) pars receptis nummis suis nullam passa videri possit iniuriam.

6. *Los Emperadores* CARO, CARINO, *y* NUMERIANO, *Augustos, á* RÓMULO.—Puesto que dices que por un exiguo precio transferiste á otro un fundo tuyo por consideración habida entre vosotros á cierta cosa, podrá no perjudicarte esto: cuando, no habiéndose cumplido la realidad de lo prometido, convenga que el derecho de tu dominio revierta á su propia causa. Y por lo tanto, el juez competente á quien se hubiere recurrido hará por su propia autoridad que sin ningún engaño se te restituya con sus frutos el fundo de que hiciste mención, principalmente cuando habiendo recibido su dinero no pueda parecer que la otra parte haya sufrido alguna injuria.

7. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (7) MUSCO (8).— Si a te comparavit is, cuius meministi, et convenit, ut, si intra certum tempus soluta fuerit data quantitas, sit res inemta, remitti hanc conventionem rescripto nostro non iure petis. Sed si se subtrahat, ut iure dominii eandem rem retineat, denuntiationis et obsignationis depositionisque remedio contra fraudem potes iuri tuo consulere.

7. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* MUSCO.—Si aquel de quien hiciste mención te compró una cosa, y se convino, que, si dentro de cierto tiempo hubiere sido devuelta la cantidad dada, quede como no comprada la cosa, no pides con derecho que se invalide por un rescripto nuestro esta convención. Pero si se sustrajera á lo convenido para retener por derecho de dominio la misma cosa, puedes atender contra este fraude á tu derecho con el remedio de la notificación, de la consignación sellada, y del depósito.

8. *Iidem AA. et CC.* AUXANONI.— Tempore contractus inter emtorem et venditorem habitam conventionem integram servari, si ab ea posteriore pacto non recedatur, certum est.

8. *Los mismos Augustos y Césares á* AUXANON. —Es cierto, que se guarda íntegra la convención mediada al tiempo del contrato entre el comprador y el vendedor, si de ella no se desistiese en un pacto posterior.

9. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IOANNI *P. P.* — Si quis ita paciscatur in venditionis vel alienationis contractu, ut novo domino nullo modo liceat in loco vendito vel alio modo sibi concesso monumentum

9. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Si en un contrato de venta ó de enajenación pactara alguien, de suerte que al nuevo dueño de ninguna manera le fuese lícito le-

(1) *El ms. Pist. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* provinciae, *añaden Hal. y los demás.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* debere, *anteponen las ed. Nbg. Schf.;* deberi, *anteponen Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Cas. Pl. 1. Bg.;* Rimulo, *las ed. Nbg. Hal y las demás.*
(5) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* commemores, *Russ. y los demás.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cont. 62.;* adversa, *las demás ed.*
(7) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg.;* et CC., *omitenlas las ed.*
(8) *Los mms. Cas. Pl. 1. Bg., y las ed. Nbg. Hal.;* Muscho, *el ms. Vat.;* Musaco, *Russ. y los demás.*

Digitized by Google

exstruere, vel alio modo humano iuri (1) eum eximere, sancimus, licet hoc apud veteres dubitabatur, tale pactum ex nostra lege esse fovendum et immutilatum permanere. Forsitan enim multum eius intererat, ne ei vicinus, non solum quem nollet, aggregaretur, sed etiam pro quo specialiter interdictum est. Quum etenim venditor vel alius (2) alienator non alia lege ius suum transferre passus est, nisi tali fretus conventione, quomodo ferendum est, aliquam captionem ex varia pati cum interpretatione?

Dat. XV. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. (3) [531.]

vantar un monumento en el lugar vendido ó de otro modo á él concedido, ó de otra manera eximir del derecho humano aquel lugar, mandamos, que, aunque esto se dudaba entre los antiguos, se ha de sostener en virtud de nuestra ley este pacto, y que se mantenga íntegro. Porque acaso le interesaba mucho á aquel que no se le agregase un vecino, no solamente que él no lo quisiera, sino también respecto del cual especialmente se hizo prohibición. Pues cuando el vendedor ú otro enajenante no consintió de otro modo transferir su derecho, sino confiando en tal convención, ¿cómo se ha de tolerar que él sufra algún engaño por virtud de diversa interpretación?

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Noviembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

TIT. LV

SI SERVUS EXPORTANDUS VENEAT

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* PETRONIAE.—Lege venditionis exportata mancipia sub denuntiatione manus iniiciendae libertatem ab emtore, vel qui successit in locum eius, antequam fides rumpatur, accipere possunt. Quae tamen (4) fisco post manumissionem vindicantur, et in perpetuam servitutem eadem lege veniunt, quum in his civitatibus conversantur, quas contrahentes exceperant (5). [Ante manumissionem vero iniiciendae manus facultas non denegatur, atque ideo non petuntur in publicum.

PP. XV. Kal. Oct. SEVERO A. II. et VICTORINO Conss. (6) [200.]

2. *Iidem AA.* NEDYMO (7).—Si, ut manus iniectionem haberes, cavisti tibi, iure tuo uti potes. Quod si (8) omisisti, et poenam stipulatus es, homo quidem fisco commissus est, tu vero nactus (9) ex stipulatu actionem. In omnibus tamen quaeritur, an domini voluntate in locum prohibitum venerit.

PP. VII. Kal. Nov. SEVERO A. II. et VICTORINO Conss. (10) [200.]

3. *Imp.* ALEXANDER *A.* NOVIO (11).—Ancilla, quae exportanda veniit, nec exportata est, sed ab emtore in eadem civitate morante (12) emta et manumissa est, adversus legem venditionis libera fieri non potuit; et ideo aditus a te procurator meus partibus suis fungetur.

PP. IV. Id. Mart. MAXIMO II. et AELIANO Conss. (13) [223.]

TITULO LV

DE SI UN ESCLAVO FUERA VENDIDO PARA SER DEPORTADO

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* PETRONIA.—Los esclavos deportados por ley de la venta, bajo intimación de echárseles mano, pueden recibir la libertad del comprador, ó del que sucedió en lugar de este, antes que se quebrante lo pactado. Mas los que después de la manumisión son reivindicados para el fisco, también vuelven por la misma ley á perpétua servidumbre, cuando habitan en aquellas ciudades que habían exceptuado los contratantes. Mas antes de la manumisión no se deniega la facultad de echarles mano, y por esto no son reclamados para el servicio público.

Publicada á 15 de las Calendas de Octubre, bajo el segundo consulado de SEVERO, Augusto, y el de VICTORINO. [200.]

2. *Los mismos Augustos á* NEDIMO.—Si te aseguraste para que tuvieras el derecho de echarle mano al esclavo, puedes usar de tu derecho. Pero si lo omitiste, y estipulaste una pena, el esclavo quedó ciertamente sujeto al fisco, pero tú adquiriste la acción de lo estipulado. Mas respecto á todos se investiga, si por voluntad del dueño fué al lugar prohibido.

Publicada á 7 de las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de SEVERO, Augusto, y el de VICTORINO. [200.]

3. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* NOVIO.—La esclava que fué vendida para ser deportada, y no fué deportada, sino comprada y manumitida por el comprador que moraba en la misma ciudad, no pudo ser hecha libre contra la ley de la venta; y por lo tanto, mi procurador, á quien por tí se haya recurrido, cumplirá sus deberes.

Publicada á 4 de los Idus de Marzo, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

(1) humani iuris, *el ms. Bg.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2., Hal. Cont. 62. Bk.;* alter, *las demás ed.; una y otra palabra faltan en el ms. Bg.*
(3) *El ms. Veron., Merilius Opp. P. II. p. 126. La indicación de la fecha omitenla los demás.*
(4) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gl.;* a, *insertan las ed.*
(5) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gl.;* susceperunt, *la ed. Schf.;* exceperunt, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(6) *El ms. Veron. De esta indicación de la fecha provino la que los mms. Pist. Paris. y Bk. pusieron por error á la ley 8. del título anterior, á saber,* D. VIII. K. Nov. Severo et Victorino Conss.
(7) *El ms. Veron.;* Nedimo, *la mayor parte de los mms.;* Nedieno, *las ed.*
(8) *El ms. Veron.;* hoc, *insertan los demás.*
(9) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gl.;* es, *insertan las ed.*
(10) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(11) *El ms. Veron. con otros muchos cód.;* Nonio, *las ed.*
(12) In qua, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y todos los cód. de Russ. excepto uno, y las ed. Nbg. Schf. Hal.; pero con el texto el ms. Veron.*
(13) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*

Digitized by Google

4. *Idem A.* PAPIAE.—Moveor, quod te a servis tuis dominum eorum veniisse affirmas sub ea lege, ne in patria moreris, et ab eo, cui te emtor prior (1) vendiderat, manumissum esse dicis. Quare competens iudex adversus eum, quem praesentem esse dicis, cognitionem suam praebebit, et si veritas accusationi aderit, exsecrabile delictum in exemplum capitali poena vindicabit. Sed quoadusque probaveris, quae intendis, status tuus esse (2) videtur, qui in te post manumissionem deprehenditur.

PP. XI. Kal. Iul. IULIANO et CRISPINO Conss. (3) [224.]

5. *Idem A.* SERAPIONI (4).—Qui exportandus a domino de civitate sua venit, nec in urbe Roma morari debet; qui autem de provincia certa, nec in Italia. Si itaque contra legem constitutam factum probare potes, utere iure, quod propterea tibi competit.

PP. III. Kal. Febr. FUSCO II. et DEXTRO Conss. (5) [225.]

TIT. LVI

SI MANCIPIUM ITA VENIERIT, NE PROSTITUATUR

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* (6) SOCRATI.—Praefectus urbi, amicus noster, eam, quae ita veniit, ut, si prostituta fuisset, abducendi potestas esset ei, cui secundum constitutionem divi Hadriani id competit, abducendi impertiet (7) facultatem. Quod si eum patientiam accommodasse contra legem, quam ipse dixerat, ut in turpi quaestu mulier haberetur, animadverterit, libertate competente secundum interpretationem eiusdem principis, perduci eam ad praetorem, cuius de liberali causa iurisdictio est, ut ibi (8) lis ordinetur, iubebit. Nec enim tenor legis, quam semel comprehendit, intermittitur, quod dominium per plures emtorum personas ad primum, qui prostituit, sine lege simili pervenit.

PP. III. Kal. Nov. MAXIMO II. et AELIANO Conss. (9) [223.]

2. *Idem A.* SEVERO (10) *P. U.* (11).—Mulierem, quam ita venisse allegas, ne prostitueretur, aut, si prostituta fuerit, libera esset, per officium militare exhiberi apud tribunal (12) oportet, ut, si controversia referatur (13) pacto (quod (14) tamen si verum est, libertas mulieri exsistente conditione competit), agatur causa apud eum, cuius de ea re notio est. Haec autem lex, et nisi (15) tabulis ven-

4. *El mismo Augusto á* PAPIA.—Me conmuevo, porque afirmas que siendo dueño de ellos fuiste vendido por tus esclavos con la condición de que no morases en tu patria, y dices que fuiste manumitido por aquel á quien el primer comprador te había vendido. Por lo cual, el juez competente prestará su conocimiento contra el que dices que está presente, y si hubiere verdad en la acusación, castigará para ejemplo con pena capital el exsecrable delito. Pero hasta que hubieres probado lo que sostienes, se considera que tu estado es el que se halla en ti después de la manumisión.

Publicada á 11 de las Calendas de Julio, bajo el consulado de JULIANO y de CRISPINO. [224.]

5. *El mismo Augusto á* SERAPION.—El que para ser deportado de su ciudad fué vendido por su dueño, tampoco debe morar en Roma; mas el que para serlo de cierta provincia, tampoco en Italia. Así, pues, si puedes probar que se obró contra la condición establecida, usa del derecho que por lo mismo te compete.

Publicada á 3 de las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de FUSCO y el de DEXTRO. [225.]

TITULO LVI

DE SI SE VENDIERE UNA ESCLAVA CON LA CONDICIÓN DE QUE NO SEA PROSTITUIDA

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SÓCRATES.—El Prefecto de la ciudad, nuestro amigo, concederá la facultad de que sea recobrada aquella esclava que fué vendida con la condición de que, si hubiese sido prostituida, tenga facultad para recuperarla aquel á quien según la constitución del Divino Adriano le compete este derecho. Pero si viere que él prestó su consentimiento contra la condición que él mismo había establecido, para que la mujer fuese poseída dedicada á torpe ganancia, mandará que, competiendo la libertad según la interpretación del mismo príncipe, sea ella llevada ante el Pretor, á quien compete la jurisdicción en causas sobre la libertad, para que allí se tramite el litigio. Porque no se invalida el tenor de la condición, que una vez consigna, porque sin semejante condición haya vuelto el dominio por medio de las personas de varios compradores al primero, que la prostituyó.

Publicada á 3 de las Calendas de Noviembre, bajo el segundo consulado de MAXIMO y el de ELIANO. [223.]

2. *El mismo Augusto á* SEVERO, *Prefecto de la Ciudad.*—La mujer que dices que fué vendida con la condición de que no fuese prostituida, ó de que, si hubiere sido prostituida fuese libre, debe ser presentada ante el tribunal por la fuerza armada, para que, si se suscitara controversia sobre el pacto, (según el cual, si es verdadero, le compete la libertad á la mujer, cumpliéndose la condición), se

(1) cui te priorem, *el ms. Veron.*
(2) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* is, *insertan Russ. y los demás. En el ms. Veron. se halla después* qui inter post manum.
(3) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(4) *Los mejores cód., y también el Veron.;* Seraphiano, *las ed.*
(5) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(6) Impp. Sever. et Antonin. AA., *el ms. Bg., contra la indicación de la fecha. Véase la ley 7. D. XL. 8.*
(7) faciet, *el ms. Veron.*
(8) ibi, *omítenla el ms. Veron., y la ed. Schf.*
(9) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(10) Imp. A. Severus, *las ed. Nbg. Hal.*
(11) *Los mms. Veron. Vat. Pl. 1.; la dignidad falta en el ms. Bg.;* P. P., *las ed.*
(12) tribunalem, *el ms. Veron.*
(13) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los cód. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* de, *insertan Hal. y los demás.*
(14) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 66. y los demás, excepto Bk.;* qui, *el ms. Bg.;* quo, *Hal. Russ. Cont. 62. Bk.*
(15) in, *inserta el ms. Veron.*

Digitized by Google

ditionis inserta sit, quamvis epistola vel sine scriptis facta ostenditur, valet.

PP. Kal. Dec. MAXIMO II. et AELIANO Conss. (1) [223.]

3. *Idem A.* AURELIO.—Eam, quae ita veniit, ne corpore quaestum faceret, nec in caupona sub specie ministrandi prostitui, ne frau legi dictae fiat, oportet.

PP. Id. Ian..... Conss. (2).

TIT. LVII

SI MANCIPIUM ITA FUERIT ALIENATUM, UT MANUMITTATUR VEL CONTRA

1. *Imp.* ALEXANDER *A.* PATRICENSI.—Si Patroclus, posteaquam te Hermiae donationis causa dedit lege dicta, ut, si quindecim annis continuis serviisses, ad libertatem perducereris (3) ita, ut civis Romanus esses tempore peracto, si modo Patroclus non contrariae voluntatis fuerit, aut etiam si (4) iam decesserit (5), ad libertatem pervenisti, quoniam placuit non solum ad venditos, sed etiam ad donatos eam legem, ut manumitterentur, pertinere, nec te potuit, semel translato dominio in Hermiam, postea alii Patroclus vendere; et ideo non de praestanda tibi libertate, quam ex constitutione iam fueras adeptus, litigare debuisti, sed libertatem, quam obtinueras, defendere.

PP. VI. Id. Nov. ALEXANDRO A Cons. (6) [222.]

2. *Idem A.* EUTYCHIANO *liberto* (7).—Si ea lege Chrestes servum (8), sed naturalem filium, venumdedit, ut emtor eum manumitteret, quamvis non est manumissus, ex constitutione divorum Marci et Commodi ad Aufidium Victorinum liber est.

PP. Non. Dec. ALEXANDRO A. Cons. (9). [222.]

3. *Idem A.* FULCINIO (10).—Si Iusta Saturnino puellam, nomine Firmam, agentem tunc annos septem, hac lege vendiderit, ut, quum haberet annos viginti quinque, libera esset, quamvis factum ab emtore praestandae libertatis pacto non sit insertum, sed ut libera esset, expressum, tamen constitutioni divorum Marci et Commodi in Semestribus scriptae (11) locus est. Ideoque impleto vicesimo quinto anno Firma libera facta est, nec obest ei, quod vicesimo septimo anno manumissa est, quae iam ex constitutione libera erat; et is,

ventile la causa ante aquel á quien compete el conocimiento sobre este asunto. Mas esta condición es válida, aunque no se haya insertado en la escritura de venta, no obstante que se pruebe que se hizo por carta ó sin escrito.

Publicada las Calendas de Diciembre, bajo el segundo consulado de MÁXIMO y el de ELIANO. [223.]

3. *El mismo Augusto á* AURELIO. — Conviene que, la que fué vendida con la condición de que no hiciera comercio con su cuerpo, no sea tampoco prostituida en una hostería, so pretexto de servicio, á fin de que no se defraude á la condición impuesta.

Publicada los Idus de Enero, bajo el consulado de.....

TITULO LVII

DE SI UN ESCLAVO HUBIERE SIDO ENAJENADO PARA QUE SEA MANUMITIDO, Ó AL CONTRARIO

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* PATRICENSE.—Si Patroclo, después que por causa de donación te dió á Hermia con la condición expresada, de que si durante quince años continuados hubieses servido, fueres puesto en libertad, de modo que, transcurrido el tiempo fueses ciudadano romano, si Patroclo no hubiere tenido una voluntad contraria, ó también si ya hubiere fallecido, llegaste á la libertad, porque plugo que esta condición, de que fuesen manumitidos, perteneciera no solamente á los vendidos, sino también á los donados, y, una vez transferido el dominio á Hermia, no pudo Patroclo venderte después á otro; y por lo tanto, no debiste litigar sobre que se te había de dar la libertad, que ya habías alcanzado en virtud de la constitución, sino defender la libertad que habías obtenido.

Publicada á 6 de los Idus de Noviembre, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

2. *El mismo Augusto á* EUTIQUIANO, *liberto.*—Si Crestes vendió un esclavo, pero hijo natural, con la condición de que el comprador lo manumitiese, aunque no haya sido manumitido, es libre en virtud de la constitución de los Divinos Marco y Cómmodo dirigida á Aufidio Victorino.

Publicada las Nonas de Diciembre, bajo el consulado de ALEJANDRO, Augusto. [222.]

3. *El mismo Augusto á* FULCINIO.—Si Justa le hubiere vendido á Saturnino una niña, llamada Firma, que tenía entonces siete años, con la condición de que fuese libre cuando tuviese veinticinco años, aunque en el pacto no se haya insertado el hecho de que por el comprador se le haya de dar la libertad, sino que se haya expresado que fuese libre, hay, sin embargo, lugar á la constitución de los Divinos Marco y Cómmodo, escrita en los Semestres. Y por esto, Firma se hizo libre habiendo cumplido los veinticinco años, y no le perjudica que

(1) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(2) *Así según el ms. Veron., en el que con alguna dificultad se leen los nombres de los cónsules,* Fuscus II. et Dexter [225.]
(3) producereris, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Russ.*
(4) etiam, *omitenla los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.; pero se halla en el ms. Veron.*
(5) fuerit—decesserit, *el ms. Veron.;* fuerit—decesserat, *nuestros demás cód.;* fuerat—decesserat, *vulgarmente las ed.*
(6) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(7) lib., *omítela el ms. Veron.*
(8) *Los mms. Veron. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* suum, *insertan Russ. y los demás.*
(9) *La indicación de la fecha ha sido restablecida según el ms. Veron.*
(10) *La mayor parte de los mms., y también el Veron.;* Fulginio, *las ed.*
(11) in Semestr. scriptae, *omítelas el ms. Veron.*

Digitized by Google

quem post vicesimum quintum annum ex te conceptum enixa est, ingenuus est.

PP. X. Kal. (1) Febr. IULIANO et CRISPINO Conss. [224.]

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* IOCUNDAE (2).—Si is, qui pretium pro te acceperat, ut statuto tempore te libertate (3) donaret, moram repromissae libertati praestitit, ex eo (4) te liberam esse effectam manifestum est, ex quo, quum posset dari libertas, non est praestita. Et ideo ex te natos ingenuos videri procreatos, non est incertae opinionis.

PP. VI. Kal Mai. SABINO et VENUSTO Conss. (5) [240.]

5. *Idem A.* MARTINO.—Ea quidem mancipia, quorum venditio eam legem accepit, ne ad libertatem producantur (6), etiamsi manumittantur, nancisci libertatem non possunt. Neque enim conditio, quae personae eius cohaesit, immutari facto eius, qui ea lege comparavit, potest. Nec tamen poenae exactio, si qua addita est conditioni non servatae, iustam exigendi tribuit causam. Qua igitur ratione te poterit vocare (7) ad officium procuratoris, qui eam legem venditioni dedit, perspici non potest, quum nec in privatorum contractibus fiscus se interponere debeat, et (8) literae ad te missae personae factum, si non ipse manumiseris, non (9) contineant (10).

PP. XVI. Kal. Sept. SABINO et VENUSTO Conss. [240.]

6. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* RUFINAE.—Si puellam ea lege vendidisti, ut manumitteretur, et, si manumissa non esset, centum aurei praestarentur, non servata fide, nihilominus eam raptam e vestigio servitutis ad libertatem, quae praestari potuit, constitit; nec pecunia, quasi rupta fide suscepta, recte petetur, quum, non mutata venditoris voluntate, conditionis potestate (11) [post (12)] manumittentis factum repraesentari, optima ratione placuit.

S. [XVI.] Id. Iun. ipsis (13) AA. Conss. [293—304.]

TIT. LVIII

DE AEDILITIIS ACTIONIBUS

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* (14) DECENSIO.—Si non simpliciter, sed consilio fraudis servum tibi nescienti fugitivum vel alio modo vitiosum quis ven-

haya sido manumitida á los veintisiete años, la que ya era libre en virtud de la constitución; y es ingénuo el que, concebido de tí, dió ella á luz después de los veinticinco años.

Publicada á 10 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de JULIANO y de CRISPINO. [224.]

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* YOCUNDA.—Si el que por tí había recibido el precio, para que en el tiempo establecido te donase la libertad, incurrió en mora respecto á la libertad prometida, es evidente, que te hiciste libre desde que, pudiéndosete dar la libertad, no se te dió. Y por lo tanto, no es de opinión incierta que se considera que fueron procreados ingénuos los que de tí nacieron.

Publicada á 6 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de SABINO y de VENUSTO. [240.]

5. *El mismo Augusto á* MARTINO.—A la verdad, los esclavos cuya venta recibió esta condición, que no sean puestos en libertad, aunque no sean manumitidos, no pueden alcanzar la libertad. Porque la condicion que se hizo inherente á su persona, no puede ser cambiada por acto de quien lo compró bajo esta condición. Pero ni aun la exacción de la pena, si alguna se añadió para la condición no cumplida, no da justa causa para exigirla. Así, pues, no se puede ver por qué razón te podrá llamar ante el ministerio del procurador el que expresó esta condición para la venta, porque en los contratos de los particulares no se debe interponer el fisco, y las cartas dirigidas á tí no contienen el hecho de una persona, si tú mismo no hubieres hecho la manumisión.

Publicada á 16 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de SABINO y de VENUSTO. [240.]

6. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* RUFINA.—Si vendiste una niña con la condición de que fuese manumitida, y de que si no hubiese sido manumitida se pagasen cien aúreos, es constante, que, no habiéndose observado el compromiso, fué ella, sin embargo, arrebatada del estado de servidumbre para la libertad, que se le pudo dar; y no se pedirá con razón el dinero, como si se hubiere quebrantado el compromiso aceptado, porque no habiéndose cambiado la voluntad del vendedor, plugo por muy poderosa razón, que por virtud de la condición se anticipe después el hecho del manumisor.

35. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, al* SENADO.—Aunque es sabido que los príncipes nuestros antecesores sancionaron muchas disposiciones respecto á los militares, que á título de arriendo toman para administrarlas posesiones ó casas ajenas, sin embargo, como esto ha sido desatendido, de modo que, no acordándose los militares de la conminación de la sacratísima constitución, se atreven á entrar en los sórdidos negocios de esta naturaleza, y abandonados los cuidados públicos y sus victoriosas banderas, á lanzarse á arrendamientos de cosas ajenas, y á hacer ostentación del rigor de las armas no contra los enemigos, sino contra sus vecinos, y acaso á volverlas contra los mismos míseros colonos de cuya administración se encargaron, hemos creido necesario venir á dar otra sacratísima constitución, para coregir más enérgica y cumplidamente semejante abuso. Así, pues, mandamos, que absolutamente todos los que militan en las armas, ya sean mayores ó meneres de edad, (y llamamos militares tanto á los que se conoce que soportan la milicia bajo los excelsos maestres militares, como á los que se hallan comprendidos en las once muy adictas escuelas, y también á los que con diversas opciones se hallan decorados con el título de federados), se abstengan á lo menos en la sucesivo de todo arrendamiento de cosas ajenas, debiendo de saber, que en virtud del mismo contrato saldrán desde luego, sin hecho alguno ó sin ninguna sentencia, de la milicia, y que no habrán de volver á su antiguo grado, ni por beneficio imperial, ni por consentimiento ó permiso del juez, bajo el que les correspondió soportar la milicia, á fin de que, creyendo que pueden administrar bienes ajenos á título de arrendamiento, no pierdan sus grados en la milicia y su reputación, habiéndose convertido de militares en paisanos, y de distinguidos en infames; y sean compelidos á devolver sin demora alguna ó dilación lo que después de semejante arrendamiento, que en absoluto hemos prohibido, hubieren recibido de los fondos públicos. Debiendo de saber también los mismos, que después de esta ley les hubieren dado sus bienes en arrendamiento, habiendo sido violada por el intento de ellos nuestra ley, que no se les concederá acción alguna de exacción contra ellos, á fin de que, así como el que habiéndose hecho demandante de una cosa ajena hubiere nombrado como procurador á un militar, decaiga de su derecho á sus rentas. Mas tengan todos expedita facultad para presentar ante los jueces competentes una acusación de esta naturaleza, de suerte que el que sea delator en esta causa, sea considerado más bien digno de alabanza que de vituperio; siendo aplicable en las causas futuras la pena que hemos establecido contra los militares menospreciadores de nuestros preceptos, y contra los mismos que les hubieren concedido los arrendamientos de los bienes que á ellos les pertenecen.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg.;* etiam, *las ed.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.;* tam qui, *la ed. Schf.;* tam eos qui, *Cont. 66. y los demás.*
(3) opinionibus. *var. l. gl.*
(4) egressus, *Russ. Cont. 62. también contra las Bas.*
(5) a, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf., y repitenla antes de* cons. *los mms. Pl. 2. Bg.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* interdicimus, *Hal. y los demás.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 76. Bk.;* eas, *Hal. y los demás.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* a, *insertan las ed.*
(9) casibus, *los mms. Bg. Gt.*

Digitized by Google

TIT. LXVI

DE IURE EMPHYTEUTICO (1)

1. *Imp.* ZENO *A.* SEBASTIANO *P. P.*—Ius emphyteuticarium neque conductionis neque alienationis esse titulis adiiciendum (2), sed hoc ius tertium sit constitutum (3), ab utriusque memoratorum contractuum societate seu similitudine separatum, conceptionem (4) definitionemque habere propriam, et iustum esse validumque contractum, in quo cuncta, quae inter utrasque contrahentium partes super omnibus, vel etiam fortuitis casibus, pactionibus scriptura interveniente habitis placuerint, firma illibataque perpetua stabilitate modis omnibus debeant custodiri; ita ut, si interdum ea, quae fortuitis casibus (5) eveniunt, pactorum non fuerint conventione concepta, si quidem tanta emerserit clades, quae prorsus etiam ipsius rei, quae per emphyteusin data est, facit (6) interitum, hoc non emphyteuticario, cui nihil reliquum permansit (7), sed rei domino, qui, quod fatalitate ingruebat, etiam nullo intercedente contractu habiturus fuerat, imputetur. Sin vero particulare vel aliud leve contigerit damnum, ex quo non ipsa rei penitus laedatur substantia, hoc emphyteuticarius suis partibus non dubitet adscribendum.

2. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* DEMOSTHENI *P. P.*—In emphyteuticariis contractibus sancimus, si quidem aliae (8) pactiones in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptae, easdem et in omnibus aliis capitulis observari, et de reiectione eius, qui emphyteusin suscepit, si solitam pensionem vel publicarum functionum apochas non praestiterit. Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neque pecunias solverit, neque apochas domino tributorum reddiderit, volenti ei licere eum a praediis emphyteuticariis repellere; nulla ei in posterum (9) allegatione nomine meliorationis vel eorum, quae emponemata (10) dicuntur, vel poena (11) opponenda, sed omnimodo eo, si dominus voluerit, repellendo, neque praetendente, quod non est super hac causa inquietatus, quum neminem oportet (12) conventionem vel admonitionem exspectare, sed ultro sese offerre, et debitum spontanea voluntate persolvere, secundum quod et anteriore lege nostri numinis generaliter cautum est. Ne autem ex hac causa dominis facultas oriatur emphyteutas suos repellere, et reditum minime velle suscipere, ut ex huiusmodi machinatione, triennio elapso, suo iure is, qui emphyteusin suscepit, cadat, licentiam ei concedimus, attestatione praemissa, pecunias offerre, hisque obsignatis et secundum legem depositis, minime deiectionis timere periculum.

(1) De emphyt. iure, *los mms. Cas. Vat. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*
(2) addicendum, *los mms. Pl. 1. Gt.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* esse constituimus, *Hal. y los demás.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* item, *insertan Hal. y los demás.*
(5) sicut, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.; pero en las ed. Nbg. Schf. está omitido el precedente* si.
(6) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* faciat, *el ms. Pl. 2., Hal. y los demás.*
(7) mansit, *los mms. Pl. 1. 2. Bg.*

TITULO LXVI

DEL DERECHO ENFITÉUTICO

1. *El Emperador* ZENÓN, *Augusto, á* SEBASTIAN, *Prefecto del Pretorio.*—El derecho enfitéutico no se ha de agregar ni á los títulos de la conducción, ni á los de la enajenación, sino que está constituido que este tercer derecho, independiente de asociación ó de semejanza con ambos mencionados contratos, tiene propios concepto y definición, y es un contrato justo y válido, en el que todo lo que entre ambas partes contratantes se hubiere convenido en los pactos celebrados mediante escritura, sobre todo, ó aun sobre los casos fortuitos, se debe guardar de todos modos firme é inalterable con perpétua estabilidad; de tal suerte que, si á veces no se hubieren comprendido en la convención de los pactos las cosas que ocurren por casos fortuitos, si verdaderamente hubiere sobrevenido una calamidad tan grande que causa por completo la pérdida aun de la misma cosa que fué dada en enfiteusis, esto no se le impute al enfiteuticario, á quien ningún resto le quedó, sino al dueño de la cosa, que habría de haber soportado, aun no mediando ningún contrato, lo que por fatalidad sobrevenía. Mas si hubiere ocurrido un perjuicio parcial ú otro leve, por el que no se lesione en absoluto la misma substancia de la cosa, este no dudará ponerlo á su cargo el enfiteuticario.

2. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* DEMÓSTENES, *Prefecto del Pretorio.*—Respecto á los contratos enfitéuticos mandamos, que si verdaderamente en los instrumentos enfitéuticos se hubieren consignado otros pactos, se observen los mismos también en todos los otros capítulos, y en cuanto á la expulsión del que tomó á su cargo la enfiteusis, si no hubiere entregado la pensión acostumbrada ó las ápocas de las contribuciones públicas. Mas si nada se hubiere pactado sobre este capítulo, pero durante todo un trienio ni hubiere pagado las pensiones, ni entregado al señor las ápocas de los tributos, séale lícito al que quiera lanzarlo de los predios enfiteuticarios; sin que á él se le haya de oponer en lo sucesivo ninguna alegación por razón de mejoras ó de lo que se dicen obras, ó pena alguna, sino que de todos modos ha de ser expulsado aquel, si el señor lo quisiere, y sin alegar que no fué molestado sobre este particular, porque nadie debe esperar la citación ó la conminación, sino ofrecerse voluntariamente y pagar con espontánea voluntad su deuda, según lo que en general se dispuso también en la anterior ley de nuestro númen. Mas para que de esta causa no se les origine á los señores facultad para expulsar á sus enfiteutas, y no querer en manera alguna recibir la pensión, con el objeto de que con semejante ardid, transcurrido el trienio, decaiga de su derecho el que tomó á su cargo la enfiteusis, le concedemos á este licencia, para que, precediendo atestiguación, ofrezca las pensiones, y para que, selladas estas y depositadas conforme á la ley, no teman de ningún modo el riesgo de la expulsión.

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Hal.;* alienae, *la ed. Schf.;* aliquae, *Russ. y los demás.*
(9) in posterum, *faltan en los mms. Pl. 1. Bg.*
(10) emphyteumata, *Russ. y Cont. al márgen, pero en las Bas. se halla* ἐμπονημάτων.
(11) poenae, *el ms. Pl. 1.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.;* oporteat, *Hal y los demás.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. Octob. Chalcedone, DECIO V. C. Cons. (1) [529.]

3. *Idem A.* IULIANO *P. P.*—Quum dubitabatur, utrum emphyteuta debeat cum domini voluntate suas meliorationes, quae Graeco vocabulo ἐμπονήματα dicuntur, alienare, vel ius emphyteuticum in alium transferre, an eius exspectare consensum (2), sancimus, si quidem emphyteuticum instrumentum super hoc casu aliquas pactiones habeat, eas observari. Sin autem nullo modo huiusmodi pactio interposita (3) est, vel forte instrumentum emphyteuseos deperditum (4) est, minime licere emphyteutae sine consensu domini meliorationes suas aliis vendere, vel ius emphyteuticum transferre. Sed ne hac occasione accepta domini minime concedant, emphyteutas suos accipere pretia meliorationum, quae invenerint, sed eos deludant, et ex hoc commodum emphyteutae depereat, disponimus, attestationem domino transmitti, et praedicere, quantum pretium ab alio revera accipi potest (5); et si quidem dominus hoc dare maluerit, et tantam praestare quantitatem, quantam ipsa veritate (6) emphyteuta ab alio accipere potest, ipsum dominum omnimodo haec comparare. Sin autem duorum mensium spatium fuerit emensum, et dominus hoc facere noluerit, licentia emphyteutae detur, ubi voluerit, et sine consensu domini meliorationes suas vendere, his tamen personis, quae non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad huiusmodi venire emtionem; necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum praefatum modum vendita sit, accipere emphyteutam, vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas sed concessas et idoneas ad solvendum emphyteuticum canonem transponere emphyteuta maluerit, non contradicere, sed novum emphyteutam in possessionem suscipere, non per conductorem vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se vel per literas suas, vel, si hoc non potuerint vel noluerint, per depositionem in hac quidem civitate apud virum clarissimum magistrum censuum, vel praesentibus tabulariis per attestationem, in provinciis autem per (7) praesides vel defensores celebrandam. Et ne avaritia tenti domini magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent, quod usque ad praesens tempus perpetrari cognovimus, non amplius eis liceat pro subscriptione (8) vel depositione, nisi quinquagesimam partem pretii vel aestimationis loci, qui ad aliam personam transfertur, accipere. Si autem novum emphyteutam vel emtorem meliorationis suscipere minime dominus maluerit, et attestatione facta intra duos menses hoc facere supersederit, licere emphyteutae et non consentientibus dominis ad alios ius suum vel emponemata (9) transferre. Sin autem aliter fuerit versatus, quam nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat.

(1) *Esta indicación de la fecha, que falta en Hal. y en los demás, ha sido restablecida por Cuyacio (Opp. ed. Fabrot. Append. p. 382.); Bk. restableció esta otra conforme á los mms. Pist. y Paris.:* Dat. XV. Kal. April. Lampadio et Oreste. [530.]

(2) an vero ei. exsp. cons. non oporteat, *Hal.*

(3) posita, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*

(4) perditum, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*

(5) accipere pot., *Russ. Cont. al márgen;* accipit, *el ms. Pl. 1.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y todos los mms. de Russ.;* quantam ipse revera, *las ed.*

(7) apud, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., concordando mejor con las Bas.*

Dada en Calcedonia á 15 de las Calendas de Octubre, bajo el consulado de DECIO, varon esclarecido. [529.]

3. *El mismo Augusto á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Como se dudaba si el enfiteuta deberá enajenar con la voluntad del señor sus mejoras, que en griego se llaman obras, ó transferir á otro el derecho enfitéutico, ó si deberá esperar su consentimiento, mandamos, que, si verdaderamente el contrato enfitéutico contuviera algunos pactos para este caso, se observen. Pero que si de ningún modo se interpuso un pacto de esta naturaleza, ó acaso se perdió la escritura de la enfiteusis, de ninguna manera le sea lícito al enfiteuta venderles á otros sin el consentimiento del señor sus propias mejoras, ó transferirles el derecho enfitéutico. Pero para que aprovechándose de esta ocasión los señores no impidan en modo alguno que sus enfiteutas obtengan el precio de las mejoras, que hubieren hallado, sino que los defrauden, y por ello se pierda para el enfiteuta el beneficio, disponemos que se le transmita al señor un atestiguamiento, y se le prevenga cuanto precio se puede en realidad recibir de otro; y que si verdaderamente el señor prefiriere darlo, y entregar tanta cantidad cuanta en verdad puede recibir de otro el enfiteuta, compre de todos modos estas cosas el mismo señor. Mas si hubiere transcurrido el espacio de dos meses, y el señor no hubiere querido hacer esto, désele facultad al enfiteuta, para que cuando quisiere y sin el consentimiento de su señor venda sus mejoras, pero á aquellas personas á quienes no se les suele prohibir, tratándose de contratos enfitéuticos, que verifiquen compra de esta naturaleza; pero que tengan los señores, si á otros les hubiera sido vendida la mejora en la forma mencionada, la obligación de aceptar al enfiteuta, ó, si el enfiteuta hubiere preferido traspasar el derecho enfitéutico á personas que no tengan prohibición, sino admitidas é idóneas para pagar el cánon enfitéutico, de no oponerse, sino de admitir en la posesión al nuevo enfiteuta, no por medio de arrendatario ó por procurador, sino por sí los mismos señores, ó por cartas suyas, ó, si esto no pudieren ó no lo quisieren, mediante declaración que, á la verdad, se habrá de celebrar en esta ciudad ante el muy esclarecido varon maestre de los censos, ó por atestiguamiento en presencia de escribanos, y en las provincias ante los presidentes ó los defensores. Y para que tentados de avaricia no exijan por esto grande suma de dinero los señores, lo que hemos sabido que se ha hecho hasta el tiempo presente, no les sea lícito en lo sucesivo recibir por su firma ó declaración sino la quincuagésima parte del precio ó de la estimación de la finca, que se transfiere á otra persona. Mas si el señor no hubiere querido en manera alguna admitir al nuevo enfiteuta ó comprador de la mejora, y hecho atestiguamiento hubiere dejado de hacerlo durante dos meses, séale lícito al enfiteuta transferir á otros su derecho ó sus obras aun no consintiéndolo los señores. Pero si se hubiere conducido de otro modo que como ha dispuesto nuestra constitución, decaiga de su derecho enfitéutico.

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.;* sua, *insertan las ed. Nbg. Hal. y los demás;* per subscriptionem vel depositionem, *el ms. Pl. 2., pero en las Bas. se lée* ἀντὶ ὑπογραφῆς.

(9) *Los mms. Pl. 1. 2.; Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Cont. 62. Bk.;* emphyteumata, *Cont. 66. y los demás también contra las Bas.*

Digitized by Google

Dat. XV. Kal. April. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. (1) [530.]

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

4.—*Graecam const., quae hic deesse notatur, ex l. 32. C. de episcop. aud. I. 4. repetendam esse dubio fere caret.*

4. *Es casi indudable que la constitución griega, que se nota que falta aquí, se ha de repetir tomándola de la ley 32. C. de episcop. aud. I. 4.*

(1) *Los mmss. Pist. Paris., Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*

Digitized by Google

D. IUSTINIANI,

SACRATISSIMI PRINCIPIS,

CODICIS

REPETITAE PRAELECTIONIS

LIBER QUINTUS

LIBRO QUINTO

DE LA SEGUNDA EDICIÓN

DEL

CÓDIGO

DEL SACRATÍSIMO PRÍNCIPE SEÑOR JUSTINIANO

TIT. I

DE SPONSALIBUS ET ARRHIS SPONSALITIIS ET PROXENETICIS

1. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (1) BIANORI (2).— Alii desponsatae (3) renuntiare conditioni ac nubere alii non prohibentur (4).

Dat. XVIII. Kal. Mai. AA. Conss. (5) [293—304.]

2. *Imp.* CONSTANTINUS *A.* (6) *ad* PACATIANUM (7) *P. U.* (8)—Si is, qui puellam suis nuptiis pactus est, intra biennium exsequi nuptias in eadem provincia degens supersederit, eiusque spatii fine decurso, in alterius postea coniunctionem (9) puella pervenerit, nihil fraudis ei sit, quae nuptias maturando vota sua diutius ludi (10) non passa est (11).

Dat. prid. Id. April. Marcianopoli, PACATIANO et HILARIANO Conss. (12) [332.]

3. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* EUTROPIO *P. P.*— Arrhis sponsaliorum nomine datis, si interea sponsus vel sponsa decesserit, quae data (13) sunt, iubemus restitui,

(1) et CC., *faltan en los mms. Pist. Cas. Bg.*
(2) Bianori, Vianori, Buanori, Dianori, Ananori, *los mms.*; Aunonariae, *Hal. y los demás.*
(3) desponsata, *las ed. Schf. Russ. Bk., Hal. en la nota.*
(4) prohibetur, *los mms. Pl. t. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal. Russ. Bk.; pero* prohibentur, *dice Cont. que puso él atendiendo á libros antiguos.*
(5) *El ms. Paris., Bk. En el ms. Pist. solamente se lée el dia. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(6) *El C. Theod., Bk.;* Imp. Constant. A. et C., *la ed. Nbg.;* Imp. Constantius (Constantinus) A. et Constans C., *Hal. y despues los demás. Los mms. tienen notas refiriéndose á los dos Augustos.*
(7) Caelium Probinum, *Hal. Russ.*

TITULO I

DE LOS ESPONSALES, DE LAS ARRAS ESPONSALICIAS Y DE LAS GRATIFICACIONES DE LOS MEDIADORES

1. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* BIANOR.—No se les prohibe á las desposadas con uno que renuncien á la condición y se casen con otro.

Dada á 18 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

2. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* PACACIANO, *Prefecto de la Ciudad.*—Si el que apalabró una joven para sus nupcias hubiere dejado durante un bienio de celebrar las nupcias viviendo en la misma provincia, y transcurrido el término de este tiempo la joven hubiere llegado á unirse después con otro, no comete fraude alguno la que apresurando sus nupcias no consintió que por más tiempo se frustraran sus deseos.

Dada en Marcianópolis á 1 de los Idus de Abril, bajo el consulado de PACACIANO y de HILARIANO. [332.]

3. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO, *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUTROPIO, *Prefecto del Pretorio.*—Si, dadas las arras á título de esponsales, entre tanto hubiere fallecido el esposo ó la es-

(8) *El ms. Pl. 1., y las ed. Nbg. Hal. y después las demás, excepto Sp., y el C. Theod.;* P. P., *Sp., lo que aprueba Jac. Godofr. en la nota correspondiente de la ley 4. Th. C. de sponsal. III. 5. La dignidad falta en los mms. Pist. Bg.*
(9) conventionem, *el ms. Gt. antes de la enmienda, y las ed. Nbg. Hal.*
(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., todos los mms. de Russ., y Cont. 62.;* eludi, *las demás ed.*
(11) *Las Bas. añaden que se requiere la mora de tres años, si el desposado habita en otra provincia.*
(12) *Esta indicación de la fecha, que falta en Hal. y en Russ., confírmanla los mms. Pist. Paris.*
(13) datae, *Sp. Bk.; pero las Bas.* τὰ δοθέντα.

Digitized by Google

nisi causam, ut nuptiae non celebrarentur (1), defuncta persona iam praebuit.

Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica (2), GRATIANO A. V. et THEODOSIO A. I. Conss. (3) [380.]

posa, mandamos que se restituyan las cosas que se dieron, si es que la persona difunta no dió ya motivo para que no se celebrasen las nupcias.

Dada en Tesalónica á 15 de las Calendas de Julio, bajo el quinto consulado de GRACIANO, y el primero de TEODOSIO, Augustos. [380.]

4. *Impp.* HONORIUS *et* THEODOSIUS *AA. ad* MARINIANUM (4) *P. P.*—Si pater pactum de filiae nuptiis inierit, et humana sorte consumtus ad vota non potuerit pervenire, id inter sponsos (5) firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur definitum (6), nihilque permittatur habere momenti, quod cum defensore, ad quem minoris commoda pertinebunt (7), docebitur fuisse transactum. Periniquum est enim, ut contra patriam (8) voluntatem redemti forsitan tutoris aut curatoris admittatur arbitrium, quum plerumque etiam ipsius feminae adversus commoda propria inveniatur laborare consilium.

Dat. IV. Non. (9) Novembr. (10) Ravenna (11), DD. NN. HONORIO XIII. et THEODOSIO X. AA. Conss. (12) [422.]

4. *Los Emperadores* HONORIO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* MARINIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Si un padre hubiere celebrado pacto sobre las nupcias de su hija, y habiendo fallecido no hubiere podido llegar á la realización de sus deseos, subsista firme y válido entre los esposos lo que se probare que fué concertado por el padre, y no se permita que tenga valor alguno lo que se probare que se transigió con el defensor á quien le incumbieren las conveniencias de la menor. Porque es muy injusto, que contra la voluntad del padre se admita el arbitrio de un tutor acaso sobornado, ó de un curador, porque muchas veces se halla que también las pupilas del mismo toman determinación contra su propia conveniencia.

Dada en Rávena á 4 de las Nonas de Noviembre, bajo el décimo tercer consulado de HONORIO, y el décimo de TEODOSIO, nuestros señores, Augustos. [422.]

5. *Impp.* LEO *et* ANTHEMIUS *AA.* ERYTHRIO *P. P.*—Mulier iuris sui constituta arrharum sponsalium nomine usque ad duplum teneatur, id est in id, quod accepit, et aliud tantundem, nec amplius, si post completum vicesimum quintum annum, vel post impetratam veniam aetatis atque in competenti iudicio comprobatam huiusmodi arrhas suscepit; in simplum autem, id est tantummodo in id(13), quod accepit, si minoris aetatis est, sive virgo sive vidua sit, sive per se sive per tutorem aut curatorem vel aliam personam easdem arrhas acceperit. Patrem vero vel matrem, legitimae videlicet (14) aetatis constitutos, sive simul sive separatim arrhas pro filia susceperint, avum autem(15) vel proavum, si (16) pro nepte vel (17) pronepte, in duplum tantummodo convenit teneri. Quae ita custodiri censemus, si non propter personam vel conditionem vel aliam causam, legibus vel generalibus constitutionibus interdictam, futurum matrimonium constare prohibetur; tunc enim, quasi nullo facto, utpote sine causa easdem arrhas praestitas tantummodo reddi consequens esse praecipimus. His hoc quoque (18) adiicimus, ut, etiamsi legibus prohibitae non sint speratae nuptiae, post arrhas autem sponsalitias sponsa coniugium sponsi propter turpem (19) vel impudicam conversationem, aut religionis vel sectae diversitatem recusaverit, vel eo, quod quasi vir coitum, ex quo spes

5. *Los Emperadores* LEÓN *y* ANTEMIO, *Augustos, á* ERITRIO, *Prefecto del Pretorio.*—La mujer constituida de propio derecho esté obligada hasta el duplo á título de arras de esponsales, esto es, á lo que recibió, y á otro tanto, y no más, si después de cumplidos los veinticinco años, ó después de impetrada la dispensa de edad y probada en el juicio competente tomó tales arras; pero al simple importe, esto es, solamente á lo que recibió, si es de menor edad, ya si fuera doncella ó viuda, ó si por sí ó por medio de tutor ó de curador ó de otra persona hubiere recibido las mismas arras. Pero el padre ó la madre, que, por supuesto, fueren de edad legítima, ya hubieren recibido juntos, ya separados, las arras por la hija, y el abuelo ó el bisabuelo, si por la nieta ó la biznieta, conviene que se obliguen solamente al duplo. Cuyas disposiciones mandamos que se observen en este caso, si no se prohibiese que se verificara el futuro matrimonio por causa de la persona, ó de condición, ó por otra causa, prohibida por las leyes ó por las constituciones generales; porque entonces, mandamos, que, como si nada se hubiera hecho, sea consiguiente que solamente se devuelvan las mismas arras como entregadas sin causa. A lo cual añadimos también esto, que, aun cuando no estén prohibidas por las leyes las nupcias esperadas, si después de las arras esponsalicias la esposa rehusare su unión con el es-

(1) celebrarentur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg Schf.*
(2) *El C. Theod. y la ed. Haenel.;* Thess. ó Thessal., *las ed. del Cód.*
(3) *La indicación de la fecha, que falta en Hal. Russ., fué restablecida por Cont. 62., á lo que parece, conforme al C. Theod.*
(4) *Hal. en la nota, Cont. 62. Bk., y el C. Theod.;* Marinlano, *el ms. Pl. 1.;* ad Maximianum, *la ed. Nbg., Hal. en el texto;* ad Marianum, *los demás.*
(5) *El ms. Bg., el ms. Pl. 1. antes de la corrección, y el C. Theod.;* luter sponsum et sponsam, *el ms. Pl. 2., y todas las ed.*
(6) *Los mms. Pl. 1. Rg., var. l. gl., C. Theod.;* destinatum, *los mms. Bg. Pl. 2., y todas las ed.*
(7) *El ms. Pl. 1., y el C. Theod.;* pertinebant, *los demás mms. y ed.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62., y el C. Theod.;* paternam, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(9) III. Non., *Hal. en la nota, Russ. Cont. 66. y después los demás excepto Sp. Bk.*
(10) P. N. D., *los mms. Pist. Paris., significando acaso estas abreviaturas* DD. NN., *que insertan después de* Rav. *el C. Theod. y Cont. 62.*
(11) *El C. Theod. según la ed. Haenel.;* Ravennae, *Cont. 62. Bk.; el lugar, que lo confirman los mms. Pist. Paris., falta en Hal. en la nota, en Russ. y en los demás.*
(12) *La indicación de la fecha falta en Hal. en el texto.*
(13) in id, *omitenla acertadamente los mms. Pl. 1. 2. Bg.*
(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.;* videlicet, *falta en las ed.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* etiam, *Hal. y los demás.*
(16) si, *falta en los mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* sive, *el ms. Pl. 2., y la ed. Schf.*
(17) pro, *insertan los mms. Pl. 1. Bg.*
(18) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal., diferiendo, sin embargo, el órden de las palabras;* his quoque, *el ms. Pl. 1.;* his illud quoque, *Russ. y los demás.*
(19) *Los mms. Pl. 1. 2., y la ed. Nbg., Hal. en el texto;* vel prodígam, *adicionan el ms. Bg. según enmienda, la ed. Schf., Hal. en la nota, Russ. y los demás; pero apoya la omisión el Schol. Bas., que dice* τὸ κατὰ πόδας.

Digitized by Google

sobolis oritur, facere non potuerit, vel ob aliam iustam excusationis causam, si quidem probatum fuerit, ante datas easdem arrhas sponsalitias hoc idem mulierem vel parentes eius cognovisse, sibi debeant imputare. Sin vero horum ignari sponsalitias arrhas susceperint, vel post arrhas datas aliqua iusta causa poenitentiae intercesserit, iisdem tantummodo redditis, super alterius simpli poena liberi custodiantur. Quae omnia simili modo etiam de sponsis super recipiendis nec ne arrhis praestitis custodiri censemus; quadrupli (1) videlicet poena, quae (2) anterioribus legibus definita erat, in qua et arrharum quantitas imputabatur, cessante, nisi specialiter aliud ex communi consensu inter contrahentes de eadem quadrupli ratione placuerit. Extra definitionem autem huius (3) legis, si cautio poenam stipulationis continens fuerit interposita, ex utraque parte nullas vires habebit, quum in contrahendis nuptiis libera potestas esse debet (4).

Dat. Kalend. Iul. MARCIANO et ZENONE Conss. (5) [469.]

poso por razón de torpe ó impúdico comportamiento, ó por diversidad de religión ó de secta, ó porque como varon no pudiere consumar el coito, del que nace la esperanza de descendencia, ó por otra justa causa de excusa, si verdaderamente se hubiere probado que antes de haberse dado las mismas arras esponsalicias conocieron esto mismo la mujer ó sus padres, se lo deben imputar á sí propios. Mas si ignorando estas cosas hubieren recibido las arras esponsalicias, ó si después de dadas las arras mediare alguna justa causa de arrepentimiento, manténganse libres de la pena del otro tanto, habiendo devuelto solamente aquellas. Todo lo cual mandamos que de igual modo se observe también respecto á los esposos, así en cuanto á las arras que deban recibir, como en cuanto á las entregadas; desapareciendo, por supuesto, la pena del cuádruplo, que en las anteriores leyes se había establecido, en la que se computaba también el importe de las arras, á no ser que especialmente se hubiere convenido otra cosa por común consentimiento entre los contratantes sobre esta misma cuenta del cuádruplo. Pero si fuera de la disposición de esta ley se hubiere interpuesto caución que contenga pena de estipulación, no tendrá fuerza ninguna por una y otra parte, pues debe ser libre la facultad para celebrar nupcias.

Dada las Calendas de Julio, bajo el consulado de MARCIANO y de ZENÓN. [469.]

Epitome graec. const. ex Bas.

6.—Constitutio vult, ut proxeneta nuptiarum potissimum nihil capiat. Si tamen omnino sustinet accipere, si quidem nihil de ea re convenerit, nihil omnino consequatur; sin pactum intercesserit, non ultra vicesimam partem dotis et ante nuptias donationis exigat, si dos ducentas libras auri non excedit. Minus autem si volet accipere, liberum ei facit. Cuiuscunque vero quantitatis dos fuerit, ultra decem libras auri proxenetam accipere non permittit, neque si perfecta est dos vel ante nuptias donatio. Quodsi praeter haec aliquis pactus sit, ne exigatur, sed et solutum reddatur, sive pecuniam accepit sive res, sive data est ei cautio debiti, sive omnino accepit aliquid mobile vel immobile vel se movens; movendis actionibus non solum contra accipientem, sed etiam contra eius heredes, nec solum ab eo, qui dedit, sed etiam ab eius heredibus; poena decem librarum auri definita adversus eos, qui contra haec facere tentaverint.

Epitome de la Constitución griega, tomado de las Basílicas

6.—Quiere la Constitución, que principalísimamente el mediador de las nupcias no reciba nada. Mas si en absoluto se empeña en recibirlo, si verdaderamente nada se hubiere convenido sobre este particular, no obtenga absolutamente nada; pero si hubiere mediado pacto, no exija más de la vigésima parte de la dote y de la donación de antes de las nupcias, si la dote no excede de doscientas libras de oro. Pero le deja libertad para recibir menos si quisiera. Mas de cualquier cuantía que fuere la dote, no permite que el mediador reciba más de diez libras de oro, ni si se perfeccionó la dote ó la donación de antes de las nupcias. Pero si alguno hubiera pactado prescindiendo de esto, no se exija, sino que aun se devuelva lo pagado, ya si recibió dinero, ya si cosas, ya si se le dió caución de la deuda, ya, en suma, si recibió alguna cosa mueble ó inmueble ó semoviente; debiéndose promover las acciones no solamente contra el que la recibe, sino también contra sus herederos, y no solo por el que la dió, sino también por sus herederos; habiéndose establecido la pena de diez libras de oro contra los que hubieren intentado contravenir á estas disposiciones.

TIT. II

SI RECTOR PROVINCIAE VEL AD EUM PERTINENTES SPONSALIA (6) DEDERINT

1. *Imppp.* GRATIANUS, VALENTINIANUS *et* THEODOSIUS *AAA.* EUTROPIO *P. P.* (7)—Si quis in po-

TITULO II

DE SI EL GOBERNADOR DE UNA PROVINCIA, Ó SUS SUBORDINADOS, HUBIEREN DADO ARRAS POR ESPONSALES

1. *Los Emperadores* GRACIANO, VALENTINIANO *y* TEODOSIO, *Augustos, á* EUTROPIO, *Prefecto del*

(1) quadruplici, *la ed. Schf.*
(2) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt.;* in, *insertan los demás.*
(3) huius, *falta en el ms. Pl. 1.; pero* παρὰ τὴν διάταξιν ταύτην, *las Bas.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* debeat, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(5) *La indicación de la fecha, que falta en Hal., fué restablecida por Russ. según la ley 16. C. I. 4.*
(6) *Los mms. Vat. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y el C. Theod. III. 6. en la rúbrica;* sponsalitias, *añadiendo* arrhas *después de* ded., *las ed. Nbg. Hal. Russ.;* sponsalitia, *Cont. y los demás.*
(7) Post alia, *añade Cont. 62. según el C. Theod.*

Digitized by Google

testate publica positus atque honore administrandarum provinciarum, qui parentibus aut tutoribus aut curatoribus aut ipsis, quae matrimonium contracturae sunt (1), potest esse terribilis, arrhas sponsalitias (2) dederit, iubemus, ut deinceps, sive parentes sive eaedem mutaverint voluntatem, non modo iuris laqueis liberentur poenaeque statutae expertes sint (3), sed extrinsecus data pignora lucrativa habeant, si ea non putent esse reddenda. Quod ita late patere volumus, ut non solum circa administrantes, sed etiam circa administrantium filios, nepotes ac propinquos, et participes, id est consiliarios (4), domesticosque locum habeat (5), quibus tamen administrator operam dederit. Impleri autem id postea matrimonium non vetamus, quod tempore potestatis ob eas personas, de quibus locuti sumus, arrhis fuerat obligatum, si sponsarum consensus accedat.

Dat. XV. Kal. Iul. Thessalonica (6), DD. NN. GRATIANO A. V. et THEODOSIO A. I. Conss. (7) [380.]

TIT. III

DE DONATIONIBUS ANTE NUPTIAS VEL (8) PROPTER NUPTIAS ET SPONSALITIIS (9)

1. *Impp.* SEVERUS *et* ANTONINUS *AA.* METRODORO.—Multum interest, si ea, quae donat vir futurus, tradiderit uxori et postea in dotem acceperit, an vero donandi animo dotem auxerit, ut videatur accepisse, quod non accepit. Priore enim casu donatio non impeditur, et res, quae in ea causa sunt, dotis effectae iudicio de dote peti possunt; posteriore autem (10) nihil actum (11) est donatione, et quod in dotem datum non est, repeti non potest.

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* ATTALO. — Si praesidi provinciae probaveris, ut Eutychiam (12) uxorem duceres, munera te parentibus eius dedisse, nisi Eutychia tibi nupserit, tibi restitui, quod dedisti, iubebit.

3. *Idem A.* MARCELLAE.—Pollicitatione a fratre quondam tuo sponsalium causa facta, etsi in stipulationem deducta sit (13), ideo praestanda non fuit, quoniam in dote (14) uxor maritum fefellit. Exceptionen itaque doli (15) adversus actionem ex stipulatu recte obiicies.

(1) sint, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(2) sponsalia, *por* arrh. spons., *el C. Theod. Véase la nota 6. de este título, página 551.*
(3) poenaeque expertes sint, quae quadruplum statuit, *el C. Theod.*
(4) id est consiliarios, *omítelas el C. Theod.*
(5) domesticosq. censeamus, *el C. Theod.*
(6) *El C. Theod. y la ed. Haenel.;* Thessalonicae, *las ed. del Cód. Iust. con Jac. Godofr.*
(7) *La indicación de la fecha, que falta en Hal., fué restablecida por Russ. según el C. Theod.*
(8) et, *los mms. Pist. Pl. 2.*
(9) et proxeneticis, *el ms. Pist.*

Pretorio.—Si alguno que estuviere investido de autoridad pública y del honor de administrar una provincia, y que puede ser temible para los padres, ó tutores, ó curadores, ó para las mismas personas que hayan de contraer matrimonio, hubiere dado arras por esponsales, mandamos, que en lo sucesivo, ya si los padres, ya si ellas mismas hubieren cambiado de voluntad, no solamente queden libres de los lazos del derecho, y estén exentos de la pena establecida, sino que tengan además las prendas lucrativas dadas, si no creyesen que estas deban ser devueltas. Lo que de tal manera queremos que sea en general sabido, que tenga aplicación no solamente respecto de los que ejerzan cargo administrativo, sino también respecto á los hijos, nietos y parientes, y auxiliares de tales funcionarios, esto es, á los consejeros y domésticos, pero, sin embargo, respecto de aquellos por los que se hubiere interesado el funcionario administrativo. Pero no prohibimos que se verifique después este matrimonio, que por razón de las personas de que hemos hablado se había contratado con arras al tiempo de ejercerse el cargo, si concurriese el consentimiento de las esposas.

Dada en Tesalónica á 15 de las Calendas de Julio, bajo el quinto consulado de GRACIANO, y el primero de TEODOSIO, nuestros señores, Augustos. [380.]

TITULO III

DE LAS DONACIONES ANTES DE LAS NUPCIAS, Ó POR CAUSA DE LAS NUPCIAS Y DE LOS ESPONSALICIOS

1. *Los Emperadores* SEVERO *y* ANTONINO, *Augustos, á* METRODORO.—Hay mucha diferencia, si lo que el futuro marido dona lo entregó á su mujer, y después lo recibió en dote, ó si hubiere aumentado la dote con ánimo de hacer donación, de modo que parezca que recibió lo que no recibió. Porque en el primer caso no se prohibe la donación, y se pueden pedir como hechas de la dote, en el juicio sobre la dote, las cosas que se hallan en este caso; pero en el segundo nada se hizo con la donación, y no se puede repetir lo que no se dió para dote.

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* ATALO.—Si le hubieres probado al Presidente de la provincia, que para tomar por esposa á Eutiquia, les diste regalos á sus padres, si Eutiquia no se casare contigo, mandará que se te restituya lo que diste.

3. *El mismo Augusto á* MARCELA.—Habiéndose hecho promesa por causa de esponsales por tu difunto hermano, aunque aquella haya sido comprendida en estipulación, no debió cumplirse precisamente porque la mujer engañó al marido respecto á la dote. Y así, con razón expondrás la excepción de dolo á la acción de lo estipulado.

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Schf. Cont. 62.;* casu, *añaden las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(11) auctum, *Russ. Cont. al márgen, Leuncl. Notat. II. 189.*
(12) Euclia, Thedusia, *algunos mms.*
(13) sit, *y antes* si, *omítenlas los mms. Pl. 2. Gt., contra las Bas.*
(14) in dotem, *los mms. Pl. 1. 2., y la ed. Schf.; pero* ἐν τῇ προικί, *las Bas.*
(15) itaque doli, *faltan en los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg., conviniendo Russ. y Cont. al márgen que deben suprimirse; pero la palabra* doli *la mantiene el Schol. Bas.*

Digitized by Google

4. *Imp.* GORDIANUS *A.* MARCO (1).— Quod sponsae ea lege donatur, ut tunc dominium eius adipiscatur, quum nuptiae fuerint secutae, sine effectu est.

PP. IV. Kal. Decemb. GORDIANO A. et .... Conss. (2) [239—241.]

4. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* MARCO. —Lo que se dona á la esposa con esta condición, que adquiera su dominio entonces cuando se hubieren verificado las nupcias, queda sin efecto.

Publicada á 4 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de..... [239—241.]

5. *Impp.* VALERIANUS (3) *et* GALLIENUS *AA.* (4) THEODORAE (5).—Ea, quae tibi ut sponsae daturum se promisit (6) is, qui te ficto coelibatu, quum aliam matremfamilias domi reliquisset, sollicitavit ad nuptias, petere cum effectu non potes, quum tu sponsa, uxore domi posita, non fuisti.

Accepta Idib. Mai. (7) Antiochiae, TUSCO et BASSO Conss. (8) [258.]

5. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* TEODORA.—No puedes pedir con eficacia lo que prometió que te daría como á esposa el que habiendo fingido celibato, dejando en su casa á otra madre de familia, te pretendió en matrimonio, porque tu no fuiste esposa hallándose establecida otra mujer en la casa.

Aceptada en Antioquia los Idus de Mayo, bajo el consulado de TUSCO y de BASSO. [258.]

6. *Imp.* AURELIANUS *A.* DONATAE.— Quum in te simplicem donationem dicas factam esse die nuptiarum, et in ambiguum (9) possit venire, utrum a sponso, an a marito donatum sit, sic distinguendum est, ut, si in tua domo donum acceptum est, ante nuptias videatur facta esse donatio, quodsi penes se dedit sponsus, retrahi possit; uxor enim fuisti.

6. *El Emperador* AURELIANO, *Augusto, á* DONATA.—Puesto que dices que se te hizo una simple donación en el día de las nupcias, y se puede poner en duda si se te haya hecho la donación por el esposo ó por el marido, se ha de distinguir de este modo, que si el donativo fué recibido en tu casa, se considera hecha la donación antes de las nupcias, pero que si el esposo la dió estando en su casa, se puede revocar; porque tu no fuiste su mujer.

7. *Imppp.* CARUS, CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* LUCIANAE (10).—Si, quum ante nuptias munera darentur, ita conventum est, atque huiusmodi (11) conscripta est (12) pactio, ut, si qua sors extitisset contra voluntatem eius et matrimonium distraxisset, tunc quae data erant apud eum, qui dedisset, heredemve eius remanerent, potest qui hereditatem eius accepit, cui pacta puella munera lege supradicta (13) susceperat, eadem iure postulare.

PP. Kal. April. .... (14).

7. *Los Emperadores* CARO, CARINO *y* NUMERIANO, *Augustos, á* LUCIANA.—Si al darse regalos antes de las nupcias se convino, y se escribió semejante pacto, que, si hubiese ocurrido algún accidente contra la voluntad de uno, y hubiese imposibilitado el matrimonio, en este caso quedasen en poder del que las hubiese dado, ó de su heredero, las cosas que se habían dado, puede el que recibió la herencia de aquel á quien la joven le había admitido los regalos pactados bajo la antedicha condición, reclamarlos en derecho.

Publicada las Calendas de Abril.....

8. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* EUPROSYNO (15).—Si ante matrimonium maior quinque et viginti annis constitutus sponsae suae, licet ante sponsalia, fundum donavit, eamque in vacuam induxit possessionem, postea nullo titulo superstitem vel testamento eundem relinquentem alienare potuisse, certi ac manifesti iuris est.

Dat. Kal. Mai. Tralli, AA. Conss. (16) [293—304.]

8. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* EUFROSINO.—Si antes del matrimonio le donó á su esposa un fundo, aun antes de los esponsales, el que era mayor de veinticinco años, y la puso en la vácua posesión, es de derecho cierto y evidente, que después no pudo enajenarlo por ningún título en vida, ó dejándolo por testamento.

Dada en Tralia las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

9. *Iidem AA. et CC.* (17) IULIANO.—Quum te sponsae filii tui quaedam donasse confitearis, perfectam donationem rescindi nec nostro oportet rescripto, quam tua voluntas iurisque auctoritas fecit ratam.

... VIII. Kal. Ian. .... (18).

9. *Los mismos Augustos y Césares á* JULIANO.— Puesto que confiesas que le donaste ciertas cosas á la esposa de tu hijo, no conviene que se rescinda ni aun por rescripto nuestro la donación perfeccionada, que tu voluntad y la autoridad del derecho ratificaron.

..... á 8 de las Calendas de Enero.....

(1) *Los mms. Pist. Cas. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg., Hal. en el texto;* Marcello, *Hal. en la nota, Russ. y los demás.*
(2) *El ms. Paris., Bk. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás.*
(3) Valentinian., *Cont. 66. 71. 76. Char. Pac.*
(4) et Valerian. C., *añade la ley 18. C. IX. 9.*
(5) Theodosiae, *la mayor parte de los mms.*
(6) repromisit, *los mms. Pl. 2. Bg.*
(7) V. id. mai., *el ms. Paris., en el cual falta la indicación de la fecha.*
(8) *Esta indicación de la fecha, reproducida con razón en Russ. Cont. 62. conforme á la ley 18. Cód. IX. 9., es omitida por Cont. 66. y los demás; Bk. consigna solo el día, tomándolo del ms. Paris.*
(9) in ambiguo, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*
(10) Incianae, Vicianae, Linicianae, *algunos mms.*
(11) huius, *la ed. Schf.*
(12) est, *falta en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt.*
(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Cont. 62.;* praedicta, *las demás ed.*
(14) *El ms. Paris., Bk.; también falta el día en Hal. y en los demás.*
(15) *Los mms. Pist. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.;* Euphrosinae, *Hal. y los demás.*
(16) D. K. Mai. Tirallo AA. et cc., *los mms. Pist. Paris. La indicación de la fecha falta en Hal. y en los demás excepto en Bk.*
(17) et CC., *faltan en los mms. Pist. Vat., y en las ed. Nbg. Hal.*
(18) *Los mms. Pist. Paris., Bk.; el día falta en Hal. y en los demás.*

Digitized by Google

10. *Iidem AA. et CC.* DIONYSIO.—Si filiae tuae sponsus ei mancipium donavit, ac tu in eum iumenta liberalitatis ratione contulisti, nec nuptiis secutis contra iuris rationem, quod dederat, abstulit, non invicem datorum restitutio, sed eius, quod illicite rapuit, repetitio competit.

Dat. V. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. (1) [294—305.]

11. *Iidem AA. et CC.* NEAE (2).—Si tibi res proprias liberalitatis causa sponsus tuus tradidit, eo, quod ab hostibus postea interfectus est, irrita donatio fieri non potest.

12. *Iidem AA. et CC.* TIMOTHEAE *et* CLEOTIMAE (3).—Si mater vestra filiae suae sponso vel marito praedia sine ulla repetendi lege donavit, et eum in vacuam possessionem induxit, nuptiis divortio solutis, perfecta non dissolvitur donatio.

Dat. VI. Id. Febr. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

13. *Iidem AA. et CC.* ALEXANDRO (4).—De rebus in sponsam donationis gratia collatis creditores mariti facti, si non prius obligatas (5) sibi probent, eam convenire minime possunt.

14. *Iidem AA. et CC.* AURELIAE (6)—Si consentiente matre sua sponsus filiae tuae mancipia donavit, et, his acceptis (7) in dotem non aestimatis, in matrimonio (8) post decessit, mater eademque heres eius pretium offerens restitutionem eorum improbe recusat (9).

15. *Imp.* CONSTANTINUS *A. ad* MAXIMUM *P. U.* (10).—Quum veterum sententia displiceat, quae donationes in sponsam nuptiis quoque non secutis decrevit valere, ea, quae largiendi animo inter sponsos et sponsas iure celebrantur, redigi ad huiusmodi conditiones iubemus, ut, sive affinitatis coëundae causa, sive non ita, vel in potestate patris degentes, vel ullo modo proprii iuris constituti, tanquam futuri causa matrimonii aliquid sibi ipsi vel consensu parentum mutuo largiantur, si quidem sponsus vel parens eius sortiri (11) filium noluerit (12) uxorem, id, quod ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum, et si quid apud donatorem resedit, ad sponsam et heredes eius submotis ambagibus transferatur. Quodsi sponsa vel is, in cuius agit potestate, causam non contrahendi matrimonii praebuerit, tunc sponso eiusque heredibus sine aliqua deminutione per condictionem aut per utilem in rem actionem (13) redhibeantur.

10. *Los mismos Augustos y Césares á* DIONISIO.—Si á tu hija le donó su esposo un esclavo, y tú le diste á él caballerías por razón de liberalidad, y no habiéndose seguido las nupcias le quitó contra razón de derecho lo que le había dado, no compete la recíproca restitución de las cosas dadas, sino la repetición de lo que ilícitamente quitó.

Dada en Sirmio á 5 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

11. *Los mismos Augustos y Césares á* NEA.—Si tu esposo te entregó cosas suyas por causa de liberalidad, por esto de que después fué muerto por los enemigos, no se puede hacer irrita la donación.

12. *Los mismos Augustos y Césares á* TIMOTEA *y á* CLEOTIMA.—Si vuestra madre le donó al esposo ó al marido de su hija unos predios sin condición alguna para repetirlos, y lo puso en la vácua posesión, disueltas por divorcio las nupcias, no se disuelve la donación perfeccionada.

Dada en Sirmio á 6 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

13. *Los mismos Augustos y Césares á* ALEJANDRO.—Los que se hicieron acreedores del marido no pueden en manera alguna demandar á la esposa por las cosas dadas á ella á título de donación, si no probáran que antes les habían sido obligadas á ellos.

14. *Los mismos Augustos y Césares á* AURELIA.—Si consintiéndolo su madre el esposo le donó á tu hija unos esclavos, y, recibidos estos en dote no habiendo sido estimados, falleció después estando casado, la madre y heredera de él rehusa injustamente la restitución de los mismos ofreciendo el precio.

(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., todos los mms. de Russ., y las ed. Ntg. Hal. Cont. 62.*; provinciae, *insertan las ed. Schf. Russ. y las demas; también las Bas. dicen solamente ὁ ἡγούμενος.*

(9) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; vel, *los demas.*

Digitized by Google

gligenter acta a curatoribus eorum, quibus successisti, allegas, agere debes, si modo annos legitimae aetatis implesti. Neque enim ignoras, non multum patrocinari foecunditatem liberorum feminis ad rerum suarum administrationem, si intra aetatem legitimam sint constitutae.

PP. III. Non. Octobr. GORDIANO A. II. et POMPEIANO Conss. [241.]

13. *Idem A.* LONGINO. — Tutores debita pupillaria seu deposita reposcentes (1) ad satisdationem compelli non posse, manifestum est.

PP. VIII. Kal. Mai. (2) ARIANO et PAPPO Conss. [243.]

14. *Imp.* PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *C.* CLEMENTI.— Rationes curae administratae ante impletum quintum et vicesimum annum durante officio posci iure non posse, manifestum est.

PP. prid. Non. August. PHILIPPO A. (3) et TITIANO Conss. [245.]

15. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* LICINIO.—Si non subcripsisti quasi fideiussor, frustra vereris, ne ex ea intercessione, qua (4) signasti ut curator, olim liberatus (ut affirmas) sententia praesidis, ex officio curatoris conveniri possis.

PP. prid. Non. Mart. DIOCLETIANO III. et MAXIMIANO AA. Conss. [287.]

16. *Iidem AA. et CC.* (5) PROCULO. — Non omni titulo res (6) pupilli potestatem alienandi tutores habent, sed administrationis tantum causa distrahentes, quae venumdare eis licet, iustam causam possidendi comparantibus praestant. Quum itaque donandi (7) nulla ratione res eorum, quorum administrant negotia, potestatem habeant, vindicare dominium a possidentibus non prohiberis.

Dat. X. (8) Kal. Mai. Heracliae, AA. Conss. [293—304.]

17. *Iidem AA. et CC.* (9) MARTIALI.—De successione sua tutores frustra timent, quum his, qui tutelam administraverunt, testamenti factio non denegetur. Nec de bonis suis donare aliquid prohibentur (10).

S. XVI. Kal. Novemb. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

18. *Iidem AA. et CC.* SOTERICO.—Debitoribus pupillae pro officii ratione tutorem te constitutum asseverans, ad te nominum periculo pertinente, parere solutioni denuntia. Qui si satis non fece-

tración por el tutor, ó negligentemente ejecutado por los curadores de aquellos á quienes sucediste, debes ejercitar acción, si es que cumpliste los años de la edad legal. Porque no ignoras que la fecundidad de hijos no les favorece mucho á las mujeres para la administración de sus propios bienes, si se hallaren constituídas dentro de la edad legal.

Publicada á 3 de las Nonas de Octubre, bajo el segundo consulado de GORDIANO, Augusto, y el de POMPEYANO. [241.]

13. *El mismo Augusto á* LONGINO.—Es sabido, que al reclamar los tutores débitos ó depósitos pertenecientes á los pupilos, no pueden ser compelidos á dar fianza.

Publicada á 8 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de ARIANO y de PAPPO. [243.]

14. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *César, á* CLEMENTE.— Es manifiesto, que no se pueden pedir en derecho, durante el cargo, antes de cumplidos los veinticinco años, las cuentas de la curatela administrada.

Publicada á 1 de las Nonas de Agosto, bajo el consulado de FILIPO, Augusto, y de TICIANO. [245.]

15. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* LICINIO.—Si no subscribiste como fiador, en vano temes que por el afianzamiento en que firmaste como curador, ya eximido (según afirmas) por sentencia del presidente, puedas ser demandado por razón del cargo de curador.

Publicada á 1 de las Nonas de Marzo, bajo el tercer consulado de DIOCLECIANO, y el de MAXIMIANO, Augustos. [287.]

16. *Los mismos Augustos y Césares á* PRÓCULO. —Los tutores no tienen facultad para enajenar por todo título bienes del pupilo, sino que solamente enajenando por causa de su administración lo que les es lícito vender, dan á los que lo compran justa causa para poseer. Y así, como no tienen facultad para donar por ninguna razón bienes de aquellos cuyos negocios administran, no se te prohibe que reivindiques de los que los poseen el dominio.

Dada en Heraclea á 10 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

17. *Los mismos Augustos y Césares á* MARCIAL. —Infundadamente temen los tutores respecto á su propia sucesión, puesto que la testamentifacción no se les deniega á los que administraron la tutela. Y tampoco se les prohibe donar alguna cosa de sus propios bienes.

Sancionada en Sirmio á 16 de las Calendas de Noviembre, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

18. *Los mismos Augustos y Césares á* SOTERICO. —Aseverando que fuiste nombrado tutor, intima por razón de tu cargo á los deudores de tu pupila, correspondiéndote el riesgo de los créditos, que

(1) poscentes, *Hal.*
(2) *El día se halla en el ms. Pist., en el que faltan los cónsules.*
(3) II., *añaden Hal. y los demás.*
(4) quam, *las ed. Nbg. Schf.*
(5) et CC., *omiténlas los mms. Pist. Cas. Pl. I. Bg.*
(6) rerum, *los mms. Pl. I. 2. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*
(7) donare, *los mms. Pl. I. 2. Gt., los antiguos de Cont., Hal.*
(8) X., *falta en el ms. Pist.*
(9) et CC., *omiténlas los mms. Cas. Pl. I.*
(10) *Los mms. Pl. I. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*; prohibeantur, *Hal. y los demás, suprimiendo el punto después de* denegetur.

Digitized by Google

rint, in venditione pignorum uti communi iure potes.

S. prid. Kal. Ianuar. Sirmii, AA. Conss. [293—304.]

19. *Idem AA. et CC.* VINDICIANO.—Tutor, licet absens, decreto datus, si sciens solemniter se non excusaverit, administrationi constituitur obnoxius.

S. III. Id. Februar. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

20. *Imp.* CONSTANTINUS *A.* (1) [EUFEMIANAE (2)].—Pro officio administrationis tutoris vel curatoris bona, si debitores exsistant, tanquam pignoris titulo obligata, minores sibimet vindicare minime prohibentur. Idem est, et si tutor vel curator quis constitutus res minorum non administraverit (3).

Dat. VII. Kal. April. Treviris, VOLUSIANO et ANNIANO Conss. [314.]

21. *Idem A.* MAXIMO (4) *P. U.* (5).—Pupillorum seu (6) minorum defensores, si per eos donationum conditio neglecta est, rei amissae periculum praestent.

Dat. (7) III. Non. (8) Februar. (9) Romae (10), SABINO et RUFINO (11) Conss. [316.]

22. *Idem A. ad populum.*—Lex, quae tutores curatoresque necessitate adstrinxit, ut aurum, argentum, gemmas, vestes, ceteraque mobilia pretiosa, urbana etiam (12) mancipia, domos, balnea, horrea atque omnia, quae intra civitatem (13) sunt, venderent, omniaque ad nummos redigerent praeter praedia et mancipia rustica, multum minorum utilitati adversa est.

§ 1.—Praecipimus itaque, ut haec omnia nulli tutorum curatorumve liceat vendere, nisi hac forte necessitate et lege, qua rusticum praedium atque mancipium vendere vel pignorare vel in donationem propter nuptias (14) vel in dotem dare in praeteritum (15) licebat, scilicet per inquisitionem iudicis et probationem causae et interpositionem decreti, ut fraudi locus non sit.

§ 2.—Ante omnia igitur urbana mancipia, quae (16) totius supellectilis notitiam gerunt, semper in hereditate et in domo retineantur (17); nam boni servi fraudem fieri prohibebunt, mali, si res exegerit, sub quaestione positi poterunt pro-

atiendan á su pago. Y si ellos no los satisficieren, puedes usar del derecho común para la venta de las prendas.

Sancionada en Sirmio á 1 de las Calendas de Enero, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

19. *Los mismos Augustos y Césares á* VINDICIANO.—El tutor nombrado, aunque ausente, por decreto, si sabiéndolo no se hubiere excusado solemnemente, se constituye obligado á la administración.

Sancionada en Sirmio á 3 de los Idus de Febrero, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

20. *El Emperador* CONSTANTINO, *Augusto, á* EUFEMIANA.—En manera ninguna se les prohibe á los menores que reivindiquen para sí por el desempeño de la administración los bienes del tutor ó del curador, si éstos fueren deudores, como obligados á título de prenda. Lo mismo es también si constituído uno tutor ó curador no hubiere administrado los bienes de los menores.

Dada en Tréveris á 7 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de VOLUSIANO y de ANNIANO. [314.]

21. *El mismo Augusto á* MÁXIMO, *Prefecto de la Ciudad.*—Respondan los defensores de los pupilos ó de los menores, si por ellos se descuidó la condición de unas donaciones, del quebranto de haberse perdido la cosa.

Dada en Roma á 3 de las Nonas de Febrero, bajo el consulado de SABINO y de RUFINO. [316.]

22. *El mismo Augusto al pueblo.*—La ley que obliga á los tutores y á los curadores con la necesidad de vender el oro, la plata, las perlas, los vestidos, y las demás cosas muebles preciosas, y también los esclavos urbanos, las casas, los baños, los graneros, y todo lo que se halla dentro de la ciudad, y de reducirlo todo á dinero menos los predios y los esclavos rústicos, es muy contraria á la utilidad de los menores.

§ 1.—Y así, mandamos, que á ningún tutor ó curador le sea lícito vender ninguna de estas cosas, á no ser acaso por esta necesidad y ley, por la cual era lícito en lo pasado vender ó pignorar ó dar en donación por causa de nupcias, ó en dote, un predio rústico ó un esclavo, por supuesto, mediante investigación del juez, prueba de la causa é interposición de decreto, para que no haya lugar á fraude.

§ 2.—Así, pues, ante todo reténganse siempre en la herencia y en la casa los esclavos urbanos, que dan noticia de todo el ajuar; porque los buenos esclavos impedirán que se cometa fraude, y los malos, si el caso lo exigiere, podrán, sometidos

(1) et Iulianus C., *añade el C. Theod. según la ed. Godofr., pero erradamente. Haenel cree que se debe añadir* Crispo.

(2) *Rechazan este nombre, que tienen las ed. Nbg. Hal. y después las demás, todos nuestros mms. y el C. Theod.*; Basso P. P., *conjetura Haenel*; Fileto, *los mms. Vat. Pl. I.*; Philiete, *el ms. Cas. Sería preferible leer* Phileto *ó* Philetae, *por ser muy común este nombre, según puede verse en la ley 7. C. V. H., ley 2. C. VII. 2., ley 1. C. VII. 14., y ley 3. C. VII. 48.*

(3) Idem est—administrav., *faltan en el C. Theod.*

(4) ad Maximum, *los mms. Pist. Cas., y el C. Theod.*

(5) *El C. Theod., y la ley 25. C. VIII. 54.*; P. P., *los mms. Pist. Bg., y todas las ed.*; *toda dignidad falta en los mms. Vat. Pl. I. Véase Haenel ed. del C. Theod. p. 215. en la nota.*

(6) Pupillorum seu, *omítelas el C. Theod., concordando mejor con los frag. Vat.*

(7) P. P., *Vat. fr., Bk.*

(8) *El C. Theod., ed. Haenel, y la ley 25. C. VIII. 54., Bk.*; IV. Kal., *el C. Theod. y la ed. Godofr.*; III. Kal., *las ed. del Cód. excepto la de Bk.*

(9) Novemb., *el C. Theod., ed. Godofr.*

(10) in foro divi Traiani, *añade Bk. según los Vat. fr.*

(11) Severo et Rufino, *refiriéndose al año 323, los frag. Vat. ed. Buchholtz, pero se anula por conjetura.*

(12) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., los antiguos de Cont., y las ed. Nbg. Hal.*; praedia, *inserta la ed. Schf.*; praedia et, *insertan Russ. y los demás.*

(13) civitates, *los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl.*

(14) vel in donat. propter nupt., *faltan en los mms. Pl. I. 2. Gl., Hal.*; in donationem, *faltan en el ms. Russ. y en los antiguos libros de Cont., según notan ambos al margen. Verdaderamente son muy sospechosas las palabras* vel—nuptias, *atendiendo á la dicción* donationem propter nuptias, *que ciertamente no puede creerse que fue de Constantino. Pero sostiene estas palabras Cuyacio en las Recitatt. in Cod. de este título.*

(15) in praeterito, *el ms. Bg.*

(16) quia, *los mms. Pl. I. 2., y la ed. Schf.*; qui, *el ms. Bg.*

(17) retineant, *los mms. Pl. I. 2.*

Digitized by Google

dere veritatem. Atque ita omnia observabunt, ut nec inventarium minuere nec mutare vel subtrahere aliquid (1) tutor valeat; quod in veste, margaritis, gemmis, et in (2) vasculis ceteraque supellectili necessarium est. Et tolerabilius est, si ita contigerit, servos mori suis dominis, quam servire extraneis. Quorum fuga potius tutori adscribitur, sive negligentia dissolutam esse patiatur disciplinam, sive duritia vel inedia atque verberibus eos afficiat. Nec enim dominos exsecrantur, sed magis diligunt, ita ut haec lex per hoc quoque melior antiqua sit; tunc enim remota servorum custodia, etiam vita minorum saepius prodebatur.

§ 3.—Nec vero domum vendere liceat, in qua defecit pater, minor crevit, in qua maiorum imagines aut non (3) videre fixas aut revulsas videre (4) satis est lugubre. Ergo et domus et cetera omnia immobilia in patrimonio minorum permaneant, nullumque aedificii genus, quod integrum hereditas dabat (5), collapsum tutoris fraude depereat. Sed et si parens vel (6) cuiuscunque heres est minor, reliquerit deformatum aedificium, tutor testificatione operis ipsius et multorum fide id reficere cogatur; ita enim annui reditus plus minoribus conferent, quam per fraudes pretia diminuta (7).

§ 4.—Servi etiam, qui aliqua sunt arte praediti, operas suas commodo minoris inferent (8), et reliqui, qui in usu (9) minoris domini (10) esse non poterunt, quibusque ars nulla est, partim labore suo partim alimoniarum taxatione pascantur.

§ 5.—Lex enim non solum contra tutores, sed etiam contra feminas immoderatas atque intemperantes (11) prospexit minoribus, quae plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt. Huic accedit, quod ipsius pecuniae, in qua robur omne patrimoniorum veteres posuerunt, foenerandi usus vix diuturnus, vix continuus et stabilis est; quo facto (12), intercidente (13) saepe pecunia, ad nihilum minorum patrimonia deducuntur.

§ 6.—Iam ergo venditio tutoris nulla sit sine interpositione decreti, exceptis his duntaxat (14) vestibus, quae detritae usu aut (15) corruptae servando servari non potuerint (16). Animalia quoque supervacua (17) minorum, quin veneant, non vetamus.

Dat. (18) Id. Mart. Sirmii (19) CONSTANTINO A. VII. et CONSTANTIO (20) Caes. Conss. [326.]

al tormento, descubrir la verdad. Y así lo observarán todo, para que el tutor no pueda, ni disminuir el inventario, ni cambiar ó substraer alguna cosa: lo cual es necesario en cuanto á los vestidos, margaritas, perlas, vasos pequeños, y lo demás del ajuar. Y más tolerable es, si así aconteciere, que los esclavos mueran para sus dueños, que no que sirvan á extraños. Su fuga se le imputa más bien al tutor, ora consienta por negligencia que se haya quebrantado la disciplina, ora los maltrate con dureza ó con falta de comida ó con azotes. Porque no execran á sus dueños, sino que más bien los aman, de tal manera que esta ley es por esto aun mejor que la antigua; porque entonces alejada la custodia de los esclavos, se hacia también muchas veces traición á la vida de los menores.

§ 3.—Y no sea lícito vender la casa en que falleció el padre, y creció el menor, en la que es bastante lúgubre no ver fijados los retratos de los mayores, ó verlos arrancados. Por lo tanto, permanezcan en el patrimonio de los menores tanto la casa como todos los demás inmuebles, y no desaparezca arruinado por fraude del tutor edificio de clase alguna, que la herencia daba íntegro. Pero si el padre ó aquel de quien el menor es heredero hubiere dejado un edificio ruinoso, sea obligado el tutor á restaurarlo con demostración de la misma obra y con el testimonio de muchos; porque de este modo les procurarán á los menores más rentas anuales, que no precios reducidos por fraudes.

§ 4.—Además, los esclavos que están dotados de algún arte prestarán su trabajo en beneficio del menor, y los demás, que no pudieren estar al servicio de su dueño, menor, y que no tienen ningún arte, sean alimentados en parte con su propio trabajo y en parte con lo señalado para su sustento.

§ 5.—Porque la ley protegió á los menores no solamente contra los tutores, sino también contra las mujeres inmoderadas é intemperantes, que la mayor parte de las veces entregan á sus nuevos maridos no solamente los bienes, sino también la vida de los hijos. A esto se añade, que la práctica de dar á interés el dinero del mismo, en el que los antiguos hicieron consistir toda la fuerza de los patrimonios, difícilmente es de larga duración, difícilmente continua y estable: con lo cual, perdiéndose frecuentemente el dinero, se reducen á la nada los patrimonios de los menores.

§ 6.—Sea ya por consiguiente nula la venta hecha por el tutor sin la interposición de decreto, exceptuándose únicamente aquellos vestidos que deteriorados por el uso ó estropeados no pudieren conservarse guardándolos. Tampoco vedamos que se vendan los animales supérfluos de los menores.

Dada en Sirmio los Idus de Marzo, bajo el séptimo consulado de CONSTANTINO, Augusto, y de CONSTANCIO, César. [326.]

(1) aliquis, *las ed. Nbg. Hal.*
(2) *Los mms. Pl. 1. 2., y las ed. Nbg. Hal.*; in, *omitenla los demás.*
(3) non, *falta en todos los cód. de Russ. Véase la nota siguiente.*
(4) aut videre fixas aut revulsas non videre, *el ms. Pl. 1. según enmienda, los mms. Pl. 2. Bg. Gt., la ed. Schf., y Cont. al márgen. Como quiera que todos los códices admiten la negación solamente después de* revulsas, *cabe conjeturar que se debe leer* aut videre refixas aut revulsas non videre.
(5) dabit, *los mms. Pl. 1. 2., y la ed. Schf.*
(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*: ille, *insertan el ms. Bg., Russ. y los demás*; alius, *dice Russ. que insertan algunos, procediendo seguramente de la glosa de Accursio.*
(7) praedia demolita, *Russ. al margen según un ms., pero contra las Bas.*
(8) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., Hal.*; inferunt, *la ed. Nbg.*; inferant, *los demas.*
(9) in usum, *los mms. Pl. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*
(10) reliqui minoris, qui in usu domini, *Hal.*
(11) intemperatas, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*; subsecuto, *las ed. Schf. Russ. y después las demás; una y otra palabra faltan en Hal.*
(13) intercedente, *el ms. Pl. 1.*
(14) his duntaxat, *omitenlas el ms. Gt. y Hal.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*; seu, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*
(16) etiam tutore vel curatore sollicito, ut easdem inspiciat frequenti recognitione incolumes, *inserta el C. Theod.*
(17) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., las ed. Nbg. Hal. Bk., y el C. Theod.* quamvis, *insertan el ms. Pl. 2., las ed. Schf. Russ. y las demas.*
(18) III., *inserta el C. Theod.*
(19) *El C. Theod., Bk., y la ley 2. C. II. 28.*; Constantinop., *Hal. y los demás.*
(20) *El C. Theod., Bk.*; Constantino, *los demás.*

Digitized by Google

23. *Idem A.* FELICI.—Si tutoris vel curatoris culpa vel dolo, eo quod vectigal praedio emphyteutico impositum minime dependere voluissent, minori (1) fuerit amissum, damnum, quod ei contigit, ex substantia eorum resarciri necesse est.

Dat. XIII. (2) Kal. Mai. Constantinop. DALMATIO et ZENOPHILO (3) Conss. [333.]

24. *Impp.* ARCADIUS *et* HONORIUS *AA.* EUTYCHIANO *P. P.*— Tutores vel curatores, mox quam (4) fuerint ordinati, sub praesentia publicarum personarum inventarium rerum omnium et instrumentorum solemniter facere curabunt. Aurum argentumque et quidquid vetustate temporis non mutatur, si in pupilli substantia reperiatur, in tutissima custodia collocent, ita tamen, ut ex mobilibus aut praedia idonea comparentur, aut, si forte (ut assolet) idonea non potuerint inveniri, iuxta antiqui iuris formam usurarum crescat (5) accessio, quarum exactio ad periculum tutoris (6) pertinet.

Dat. VII. (7) Kal. Mart. Constantinop. ARCADIO IV. et HONORIO III. AA. Conss. [396.]

25. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IULIANO (8) *P. P.* (9).—Sancimus, creatione tutorum et curatorum cum omni procedente cautela, licere debitoribus pupillorum vel adultorum ad eos solutionem facere, ita tamen, ut prius sententia iudicialis sine omni damno celebrata hoc permiserit (10). Quo subsecuto, si et iudex (11) pronuntiaverit et debitor persolverit, sequitur huiusmodi causam (12) plenissima securitas, ut nemo in posterum inquietetur; non enim debet, quod rite et secundum leges ab initio actum est, ex alio eventu resuscitari. Non autem hanc legem extendimus etiam in his solutionibus, quae vel ex reditibus vel ex pensionibus vel aliis huiusmodi causis pupillo vel adulto accedunt, sed si extraneus debitor ex foeneratitia forsitan cautione vel aliis similibus causis solutionem facere et se liberare desiderat; tunc enim eam (13) subtilitatem observari (14) censemus.

Dat. X. (15) Kal. Mart. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

26. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Quum quaedam mulier testamento condito filium suum praeteriisset, idem autem filius, qui praeteritus erat, vel fratris vel extranei esset tutor vel curator, qui scriptus a matre tutoris (16) fuerat heres, in praesenti specie manifestissimum erat, stare tutorem vel cura-

23. *El mismo Augusto á* FÉLIX.—Si por culpa ó dolo del tutor ó del curador, porque no hubiesen querido pagar el censo impuesto á un predio enfitéutico, se hubiere perdido este para el menor, es necesario que el daño que á éste le sobreviene sea resarcido con los bienes de los mismos.

Dada en Constantinopla á 13 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de DALMACIO y de ZENÓFILO. [333.]

24. *Los Emperadores* ARCADIO *y* HONORIO, *Augustos, á* EUTIQUIANO, *Prefecto del Pretorio.*— Los tutores ó los curadores cuidarán, inmediatamente que hubieren sido nombrados, de hacer solemnemente inventario de todos los bienes y documentos á presencia de personas públicas. Coloquen bajo segurísima custodia el oro y la plata y todo lo que no se altera con el transcurso del tiempo, si se hallase en los bienes del pupilo, pero de suerte, que con el importe de los muebles ó se compren predios convenientes, ó si acaso (como suele suceder) no se pudieren encontrar convenientes, aumente conforme á la disposición del antiguo derecho el ingreso de los intereses, cuyo cobro va á riesgo del tutor.

Dada en Constantinopla á 7 de las Calendas de Marzo, bajo el cuarto consulado de ARCADIO y el tercero de HONORIO. [396.]

25. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que, verificándose el nombramiento de los tutores y curadores con todas las formalidades, les sea lícito á los deudores de los pupilos ó de los adultos hacerles pago, pero de suerte que antes lo haya permitido sentencia judicial pronunciada sin ningunas costas. Hecho lo cual, si el juez la hubiere pronunciado y el deudor hubiere pagado, es consiguiente plenísima seguridad en este negocio, de modo que en lo sucesivo nadie sea molestado; porque no se debe volver á plantear por virtud de otra eventualidad lo que en un principio se hizo debidamente y conforme á las leyes. Mas no extendemos esta ley también á los pagos que ó por réditos, ó pensiones ó por otras causas de esta naturaleza se hacen á un pupilo ó á un adulto, sino si un deudor extraño, acaso por una caución de préstamo á interés ó por otras causas semejantes, desea hacer el pago y librarse de la deuda; porque en este caso mandamos que se observe esta formalidad.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Marzo, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

26. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Habiendo una mujer preterido á su hijo en el testamento que hizo, pero siendo el mismo hijo, que había sido preterido, tutor ó curador de su hermano ó de un extraño, que había sido instituído heredero por la madre del tutor, era evidentí-

(1) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; minoris, *el ms. Pl. 2., Russ. y los demás*; praedium, *añade Russ. y después los demás, faltando en los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., en los cód. de Russ., en los antiguos libros de Cont., y en las ed. Nbg. Schf. Hal.*

(2) XIV., *el C. Theod.*

(3) Xenophilo, *Hal. y los demás excepto Bk., contra el C. Theod.*

(4) eodem momento quo, *el C. Theod.*; mox quum, *la ed. Nbg.*

(5) aderescat, *los mms. Pl. 1. Bg., pero contra el C. Theod.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal.*; tutorum, *las ed. Schf. Russ. y las demás.*

(7) VI., *el C. Theod.*; VIII., *el ms. Pist.*

(8) *Los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., los antiguos mms. de Cont., y la ed. Nbg.*; Ioanni, *Hal. y los demas.*

(9) *Sin razón conjetura Russ. al márgen, que es falsa esta inscripción, atendiendo al § 2. I. II. 8. Véase Schrader en el § 2. I. II. 8., y Cuyacio en Recitat. del Cód. VIII. 37. 14.*

(10) permittat, *el ms. Bg., concordando mejor con el § 2. I. II. 8.*

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Cont. 62.*; hoc, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*

(12) solutionem, *§ 2. I. II. 8.*

(13) eandem, *los mms. Pl. 1. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*

(14) observare, *los mms. Pl. 1. Bg.*

(15) X., *omitenla Sp. Bk. contra Hal. y los demas.*

(16) tutoris, *omitela el ms. Pl. 2.*; tutoris vel curatoris, *el ms. Bg.*

Digitized by Google

torem in praecipiti loco. Sive enim auctoritatem suam vel consensum de adeunda hereditate (1) praestare pupillo aut adulto minime voluerit, ne ex hac causa sua iura aliquod patiantur praeiudicium, satis ei (2) imminet periculum tutelae vel utilis negotiorum gestorum actionis, ne pupillus vel adultus, utpote ex illius tarditate laesus, litem ei ingerat; sive huiusmodi timore perterritus auctor fuerit pupillo vel adulto, aliud (3) periculum emergebat. Dum enim alii consentit, ipse sua iura perdit; videbatur etenim confirmare matris suae iudicium, quod oppugnandum esse existimabat. Et multae aliae insuper species oriuntur, ex quibus verendum est tutori vel curatori circa suas res praeiudicium (4), puta in hypothecis et aliis variis causis (5). Invenimus autem generaliter definitum, post officium depositum omnes actiones, quas tutor vel curator ex necessitate officii subierit, in quondam pupillum vel adultum transferri. Quare tam optimo exemplo argumentati (6), nec non et in (7) aliis omnibus casibus (8), in quibus veretur tutor vel curator, ne praeiudicium ei aliquod fiat, timorem eius removemus. Damus igitur eis cum summa fiducia res pupillorum vel adultorum gubernare, scituris, quod lex nostra sua eis iura immutilata reservat, nihil ex huiusmodi auctoritate vel consensu praeiudicii subituris.

Dat. X. Kal. Septemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

27. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Constitutionem, quam nuper fecimus, disponentes, quemadmodum debent solutiones in contractibus minorum causa (9) fieri, sive ex reditibus, sive ex pensionibus, sive ex aliis similibus causis (10), etiam in usuras (11) extendimus, quae tamen non summatim, neque ex multis annis collectae iam debentur, biennales metas et centum solidorum quantitatem minime excedentes (12).

Dat. X. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

28. *Idem A.* IOANNI *P. P.*—Sancimus, neminem tutorum vel curatorum (13) pupilli vel adulti vel furiosi aliarumque personarum, quibus tam ex veteribus quam ex nostris constitutionibus (14) creantur curatores, defensionem, quam pro lite susceperunt, recusare, sed ab initio litis modis omnibus memoratas personas defendere, et litem praeparatam secundum leges instruere, scientes, quod et (15) hoc munus necessarium est tam tutesimo que en el presente caso se hallaba el tutor ó el curador en situación difícil. Porque si en manera ninguna hubiere querido prestarle al pupilo ó al adulto su autoridad ó consentimiento para adir la herencia, para que por esta causa no sufran sus derechos algún perjuicio, bastante responsabilidad le amenaza con la de la acción de tutela ó de la útil de gestión de negocios, para que el pupilo ó el adulto no le promueva litigio como habiendo sido perjudicado por su tardanza; y si atemorizado por semejante recelo hubiere prestado su autoridad al pupilo ó al adulto, surgía otro peligro. Porque prestando su consentimiento al otro, pierde él sus propios derechos; pues parecía que confirmaba la voluntad de su madre, que él creía que debía ser impugnada. Y se originan además otros muchos casos en los que se ha de temer por el tutor ó el curador quebranto en sus propios bienes, por ejemplo, en los casos de hipotecas y en otros varios. Pero hallamos resuelto en general, que después de dejado el cargo se transfieren contra el que fué pupilo ó adulto todas las acciones que el tutor ó el curador hubiere ejercitado por obligación de su cargo. Por lo cual, fundados en tan excelente ejemplo, también en todos los demás casos, en que teme el tutor ó el curador que se le cause algún perjuicio, alejamos su temor. Les concedemos, pues, que con toda seguridad administren los bienes de los pupilos ó de los adultos, debiendo saber que nuestra ley les reserva intactos sus derechos, no habiendo de sufrir ningún perjuicio por causa de semejante autorización ó consentimiento.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Septiembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

27. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—La constitución que recientemente hemos hecho, disponiendo de qué manera deben hacerse los pagos en los contratos por causa de los menores, ya por réditos, ya por pensiones, ya por otras causas semejantes, la extendemos también á los intereses, pero no á los que ya se deben acumulados, ni á los que reunidos de muchos años, no excediendo en manera alguna del límite de dos años ni de la cantidad de cien sueldos.

Dada en Constantinopla á 10 de las Calendas de Noviembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

28. *El mismo Augusto á* JUAN, *Prefecto del Pretorio.*—Mandamos, que ningún tutor ó curador de pupilo, ó de adulto, ó de furioso y de otras personas, á las que así por las antiguas, como por nuestras constituciones se les nombran curadores, rehuse la defensa que para su litigio aceptaron, sino que desde el principio del litigio defienda de todos modos á las mencionadas personas, y prosiga con arreglo á las leyes el litigio preparado, sabiendo

(1) ad adeundam hereditatem, *el ms. Gl.*
(2) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Hal.*; satis enim, *Hal. y los demas.*
(3) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.*; aliud, *omitenla las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(4) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., y la ed. Nbg., Hal. en el texto*; parari, *añaden la ed. Schf., Hal. en la nota, Russ. y los demás, contra Cont. y el Schol. Bas.*
(5) casibus, *los mms. Pl. 2. Gl.*
(6) argumenti, *el ms. Gl.*
(7) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Cont. 62.*; in, *omitenla los demas.*
(8) causis, *las ed. Nbg. Hal.*

(9) causa, *añaden los mms. Pl. I. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal., omitiéndola Russ. y despues los demás*; causae, *el ms. Pl. 2.*
(10) casibus, *los mms. Pl. I. Gl., Hal.*
(11) usuris, *los mms. Pl. 2. Gl., y la ed. Schf.*
(12) extendentes, *Russ. al margen, erradamente, segun prueban las Bas.*
(13) tutorem vel curatorem, *el ms. Pl. 2., Hal.*
(14) *Los mms. Pl. I. 2. Bg., y todos los mms. de Russ.*; ex nostris legibus, *las ed. Nbg. Hal. Cont. 62.*; ex nostr. legibus vel constitutionibus, *las ed. Schf. y las demas.*
(15) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Cont. 62.*; et, *omitenla las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

Digitized by Google

lae quam curationi. Et si hoc recusaverint vel subire distulerint, non solum utpote suspecti amoveantur, amissa eorum existimatione, sed etiam ex substantia sua omne detrimentum, quod antelatae personae ex recusatione defensionis sustineant (1), resarcire cogantur.

§ 1.—Sed et si quis ex quadam interpellatione admonitus propter litis instructionem (2) consuetam cautelam exposuerit, vel post litem contestatam, quam per se et (3) non per procuratorem suscepit (4), vel demens vel furiosus factus fuerit, sancimus, continuo curatorem ei in competente iudicio ordinari, cura et provisione tam iudicis, sub quo lis vertitur, quam cognatorum (5) et propinquorum, et actoris, si voluerit, ut non ab eo instituta lis diutius protrahatur: necessitatem habente creando (6) curatore defensionem subire et cetera litis adimplere;

§ 2.—personis etiam, quae periculo proprio vel suae substantiae tutores vel curatores petierunt, sive matres forte fuerint vel (7) quidam alii, compellendis, eos, quos ordinaverint tutores vel curatores, praeparare (8) talem subire defensionem. Vel si illi noluerint hoc facere, et propter huiusmodi defensionis recusationem a tutela vel curatione removeantur, (9) necessitatem imponimus memoratis personis alios tutores vel curatores ordinare, in ipsis gestis, in quibus tutores vel curatores creantur, ex sua confessione declarantes talem subire defensionem. Ne autem tales personae sine provisione debita relinquantur, vel contra eos agentium iura diutius protelentur, sancimus, continuo, id est post recusationem defensionis, in casibus videlicet, in quibus (sicut dictum est) hoc fieri possit, creationem aliorum tutorum vel curatorum celebrari; cognatis aliisque propinquis, et affinibus, vel creditoribus, vel aliis, quorum interest, adeuntibus vel admonentibus eos, qui secundum leges ius habent tutores vel curatores constituere.

§ 3.—Defensionem autem et nomen eius in hoc casu apertius declarantes, ne forte putaverint tutores vel curatores gravamen sibimet imponi, illam decernimus defensionem eos subire, quae non satisdatione pro eventu litis constituitur, sed ut tantummodo (10) litem secundum legum ordinem pro pupillo vel adulto aliisque personis instruant (11), licentiam ex hac nostra auctoritate habentes, sine decreto res, quarum gubernationem gerunt, pro cautela litis subsignare.

§ 4.—Omnem autem dubitationem pro defensione pupillorum et adultorum aliarumque personarum penitus amputantes, sancimus, omnes tutores vel curatores (12) non alias creari, nisi prius cum

que también este cargo es necesario tanto en la tutela como en la curatela. Y si lo hubieren rehusado ó si hubieren diferido desempeñarlo, no sólo sean removidos como sospechosos, perdiendo su estimación, sino que también sean obligados á resarcir con sus propios bienes todo quebranto que por la denegación de defensa sufran las mencionadas personas.

§ 1.—Pero también si citado alguno en virtud de cierta interpelación hubiere prestado la caución acostumbrada por causa del planteamiento del litigio, ó después de contestada la demanda, de que por sí y no por medio de procurador se hizo cargo, se hubiere vuelto ó demente ó furioso, mandamos, que inmediatamente se le nombre curador en el juicio competente, por cuidado y providencia tanto del juez ante quien vierte el juicio, como de los cognados y parientes, y del actor, si quisiere, para que no se demore más tiempo el litigio planteado por él; teniendo necesidad el curador que se haya de nombrar de asumir la defensa y de llenar las demás formalidades del litigio;

§ 2.—debiendo ser compelidas también las personas, que con riesgo propio ó de sus bienes pidieron tutores ó curadores, ora si acaso hubieren sido las madres, ora si otros cualesquiera, á procurar que aquellos á quienes los hubieren nombrado tutores ó curadores asuman tal defensa. Y si ellos no hubieren querido hacer esto, y por haber rehusado tal defensa fuesen removidos de la tutela ó de la curatela, les imponemos á las mencionadas personas la necesidad de nombrar otros tutores ó curadores, que declaren por propia confesión en las mismas actuaciones en que son nombrados tutores ó curadores que asumen tal tutela. Mas para que tales personas no sean dejadas sin la debida protección, ó no se demoren por más tiempo los derechos de los que contra ellos ejercitan acción, mandamos que inmediatamente, esto es, después de la denegación de la defensa, por supuesto, en los casos en que (según se ha dicho) esto pueda hacerse, se verifique el nombramiento de otros tutores ó curadores; dirigiéndose ó previniéndo los cognados y otros parientes, y los afines, ó los acreedores, ú otros á quienes les interesa, á los que según las leyes tienen tal facultad, para que nombren tutores ó curadores.

§ 3.—Pero definiendo en este caso con más claridad la defensa y su nombre, para que acaso no piensen los tutores ó los curadores que á ellos se les impone un gravamen, mandamos que desempeñen aquella defensa que no se constituye con fianza para el resultado del litigio, sino para que solamente planteen por un pupilo ó por un adulto y por otras personas con arreglo á las leyes el litigio, teniendo facultad por esta autorización nuestra para obligar por la caución del litigio, sin decreto, los bienes cuya administración desempeñan.

§ 4.—Mas quitando por completo toda duda respecto á la defensa de los pupilos y de los adultos y de las otras personas, mandamos, que no se nombren ningunos tutores ó curadores de otra suerte,

(1) *Los mss. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*; sustinent, *las ed. Nbg. Hal. y las demás.*
(2) *Los mss. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Hal.*; pro lit. instructione, *las ed. Nbg. Russ. y las demas.*
(3) *Los mss. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.*; et, *omiten'a las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(4) *Los mss. Pl. 1. 2. Gl., el ms. Bg. antes de la corrección, y las ed. Nbg. Hal.*; susceperit, *las demas.*
(5) adgnatorum, *Russ. al márgen; pero las Bas. dicen* συγγενῶν.
(6) *Los mss. Pl. 1. 2. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; creato, *el ms. Bg. por reciente enmienda, Russ. y los demas.*
(7) *Los mss. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; sive, *Russ. y los demas.*
(8) properare, *el ms. Pl. 2.*
(9) sic, *anteponen los mss. Pl. 2. Bg., y la ed. Nbg.*
(10) tantummodo, *falta en Hal.*; tantum, *la ed. Schf.*
(11) instituant, *el ms. Bg., en el que se halla sobrescrito* instruant.
(12) vel curatores, *omitenlas los mss. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Hal.*

Digitized by Google

aliis solemnibus verbis, quae pro gubernatione rerum tam in gestis, quam in cautionibus ab his conscribuntur, et hoc specialiter expresserint, quod omnimodo sine ulla dilatione defensionem pro pupillis et adultis aliisque supra memoratis personis subire eos necesse est.

§ 5.—Hisque adiicimus, nullam neque (1) in hoc capitulo ambiguitatem relinquentes, tutoribus et omnibus curatoribus licere fructus, sive qui ex reditibus praediorum colliguntur, sive ex (2) substantia personarum, quarum gubernationem habent (3), inventi fuerint, id est vinum et oleum et frumentum, vel cuiuscunque speciei sunt, sine decreto distrahere iusto pretio, quod in his locis, in quibus venditio celebratur, tunc temporis noscitur obtinere, et quae ex venditione eorundem fructuum colliguntur pecuniae, cum alia pupillorum vel adultorum aliarumque personarum substantia administrentur.

Dat. XII. Kal. Novemb. Constantinop. post consulatum LAMPADII et ORESTIS VV. CC. [531.]

TIT. XXXVIII

DE PERICULO TUTORUM ET CURATORUM

1. *Imp.* ALEXANDER (4) *A.* QUANTO (5).—Et qui notitiae causa liberti tutores dantur, quamvis soli administrandorum negotiorum pupillorum sive adultorum facultatem interdum non accipiant propter tenuitatem sui patrimonii, periculo tamen omnes sunt obligati, sive ea, quae scire debent ex utilitate eorum tutores sive curatores, dissimulaverint (6), aut (7) fraudem aliquam adhibuerint vel cum aliis participaverint, aut quum suspectos facere deberent, in (8) officio muneris vel debito obsequio cessaverint.

PP. IX. Kal. Februar. ALEXANDRO A. II. et MARCELLO Conss. [226.]

2. *Idem A.* SATURO.—Ad eos, qui in alia provincia tutelam administrant, periculum administrationis ex persona tutorum, qui in alia provincia res pupilli gerunt, non porrigitur.

PP. Non. Iul. ALEXANDRO A. II. et MARCELLO Conss. [226.]

3. *Imp.* PHILIPPUS *A. et* PHILIPPUS *C.* GRATIANO.—Si res pupillares, quas in horreo conditas habere aut etiam venumdare debuisti, in hospitio tuo, ut asseveras, vi ignis absumtae sunt, culpam seu segnitiem tuam non ad tuum damnum, sed ad pupilli tui spectare dispendium, minus probabili ratione deposcis.

sino si con las otras solemnes palabras, que para la administración de los bienes se consignan por ellos tanto en las actuaciones como en las cauciones, antes hubieren expresado especialmente también esto, que es necesario que ellos desempeñen de todos modos sin ninguna dilación la defensa en interés de los pupilos, de los adultos y de las otras personas antes mencionadas.

§ 5.—Y á esto añadimos, no dejando tampoco ninguna ambigüedad en este punto, que á los tutores y á todos los curadores les es lícito vender sin decreto los frutos, ora los que se obtienen de las rentas de los predios, ora los que se hubieren hallado procedentes de los bienes de las personas, cuya administración tienen, esto es, el vino, el aceite y el trigo, ó los que son de otra cualquier especie, por el justo precio que se conoce que entonces obtienen en las localidades en que se celebra la venta; y que se administre el dinero que con la venta de los mismos frutos se reuna juntamente con los demás bienes de los pupilos ó de los adultos y de las otras personas.

Dada en Constantinopla á 12 de las Calendas de Noviembre, después del consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [531.]

TÍTULO XXXVIII

DE LA RESPONSABILIDAD DE LOS TUTORES Y DE LOS CURADORES

1. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* CUANTO.—También los libertos que son nombrados tutores para dar noticias, aunque á veces no reciban solos la facultad de administrar los negocios de los pupilos ó de los adultos por razón de lo exíguo de su propio patrimonio, están todos, sin embargo, obligados á responsabilidad, si hubieren disimulado lo que por utilidad de ellos deben saber los tutores ó los curadores, ó si hubieren cometido algún fraude, ó participado del de los otros, ó si debiendo acusarlos de sospechosos hubieren dejado de cumplir el deber de su cargo ó de prestar el debido obsequio.

Publicada á 9 de las Calendas de Febrero, bajo el segundo consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de MARCELO. [226.]

2. *El mismo Augusto á* SATURO.—A los que administran la tutela en una provincia no se extiende la responsabilidad de la administración, nacida de la persona de los tutores que administran bienes del pupilo en otra provincia.

Publicada las Nonas de Julio, bajo el segundo consulado de ALEJANDRO, Augusto, y el de MARCELO. [226.]

3. *El Emperador* FILIPO, *Augusto, y* FILIPO, *César, á* GRACIANO.—Si, como aseveras, fueron consumidas por el fuego en tu casa cosas del pupilo que debiste tener guardadas en un granero ó aun vender, con razón poco plausible pretendes que tu culpa ó descuido no redunde en perjuicio tuyo sino en el de tu pupilo.

---

(1) neque, *falta en todos los mms. de Russ., según nota al márgen.*
(2) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.;* rive in, *Hal.*, sive qui ex, *Russ. y los demas.*
(3) habere, *el ms. Bg. según corrección.*
(4) Antoninus, *la ed. Nbg.; Hal. en el texto.*
(5) Quinto, *el ms. Cas.;* Quarto, *Cont. 71. Char. Pac. Sp. Bk.*
(6) dissimulaverunt, *y despues* adhibuerunt—participaverunt—cessaverunt, *los mms. Pl. I. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Hal.*
(7) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.;* sive, *Russ. y los demas.*
(8) *Los mms. Pl. I. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.;* vel in, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*

Digitized by Google

PP. III. Kal. April. PHILIPPO A. et TITIANO Conss. [245.]

4. *Iidem A. et C.* FLORO.—Tutoribus seu (1) curatoribus fortuitos casus, adversus quos caveri non potuit, imputari non oportere, saepe rescriptum est.

PP. XII. Kal. Septemb. PHILIPPO A. et TITIANO Conss. [245.]

5. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* (2) SEVERO.—Si tutor petitus vel testamento datus, tutorem te constitutum esse, non ex remissioris (3) negligentiae vitio, sed iustae ignorationis ratione non didicisti, idque liquidis probationibus ostenderis, periculo eius temporis, quod ignorante te transmissum est, non teneberis

PP. III. Id. Septemb. ipsis IV. et III. AA. Conss. [290.]

6. *Iidem AA. et CC.* EPICTETO.—Temporis, quod insequitur post tutelae translationem, administrationis officio finito, ad eos, qui fuerunt tutores, gerendae rei non pertinere periculum, rationis est.

S. V. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294.]

Publicada á 3 de las Calendas de Abril, bajo el consulado de FILIPO, Augusto, y de TICIANO. [245.]

4. *Los mismos Augustos y Césares á* FLORO.—Muchas veces se respondió por rescripto, que no se les debe imputar á los tutores ó á los curadores los casos fortuitos contra los que no fué posible precaverse.

Publicada á 12 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de FILIPO, Augusto, y de TICIANO. [245.]

5. *Los Emperadores* DIOCLECIANO, *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* SEVERO.—Si siendo tutor pedido, ó nombrado en testamento, ignoraste que fuiste nombrado, no por vicio de negligencia mayor, sino por razón de justa ignorancia, y esto lo hubieres demostrado con pruebas claras, no estarás sujeto á la responsabilidad del tiempo que transcurrió ignorándolo tú.

Publicada á 3 de los Idus de Septiembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

6. *Los mismos Augustos y Césares á* EPICTETO.—Es de razón, que, terminado el cargo de la administración, la responsabilidad de la administración de los bienes en el tiempo que sigue después de transferida la tutela no les corresponde á los que fueron tutores.

Sancionada á 5 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294.]

TIT. XXXIX

QUANDO EX FACTO TUTORIS VEL CURATORIS MINORES AGERE VEL CONVENIRI POSSUNT

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* SEPTIMO (4). — Iuliana (5), cuius tibi curatores condemnati sunt, si vicesimum quintum annum aetatis egressa est, actio iudicati utilis adversus ipsam bonaque eius (6) exercenda est. Nam tutores curatoresque finito officio non esse conveniendos ex administratione pupillorum vel adolescentium, saepe decretum (7) est.

PP. VIII. Kal. Iul. (8) Romae, ANTONINO A. IV. et BALBINO Conss. [213.]

2. *Imp.* ALEXANDER *A.* (9) SORARCHO (10).—Etsi tutores tui, quum pecuniam pupillarem crederent, ipsi stipulati sunt, utilis actio tibi datur (11).

PP. XV. Kal. Septemb..... (12).

3. *Imp.* GORDIANUS *A.* PRUDENTIANO.—Si in rem minoris pecunia profecta sit, quae curatori vel tutori eius nomine minoris mutuo data est,

TÍTULO XXXIX

CUÁNDO POR HECHO DEL TUTOR Ó DEL CURADOR PUEDEN DEMANDAR, Ó SER DEMANDADOS LOS MENORES

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* SEPTIMO.—Si Juliana, cuyos curadores fueron condenados á tu favor, pasó de los veinticinco años de edad, se ha de ejercitar contra ella misma y contra sus bienes la acción útil de cosa juzgada. Porque muchas veces se ha decretado, que, terminado su cargo, no han de ser demandados los tutores y los curadores por causa de la administración de los pupilos y de los adolescentes.

Publicada en Roma á 8 de las Calendas de Julio, bajo el cuarto consulado de ANTONINO, Augusto, y el de BALBINO. [213.]

2. *El Emperador* ALEJANDRO, *Augusto, á* SORARCO.—Aunque tus tutores estipularon por sí mismos al prestar dinero del pupilo, se te da la acción útil.

Publicada á 15 de las Calendas de Septiembre.....

3. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* PRUDENCIANO.—Si fué aplicado en cosa del menor el dinero que en nombre del menor se le dió á su cu-

(1) *Los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Hal.*; vel, *los demas.*
(2) et CC., *añade el ms. Pl. 1.*
(3) remissae, *Hal.*; remissionis, *los mms. Pl. 2. Gt., y la ed. Schf.*
(4) *La mayor parte de los mms.*; Septimio, *Hal. y después los demas.*
(5) Iuliana, *omitela Hal.*
(14) Nicio, Anicio, *la mayor parte de los mms.*

Digitized by Google

tium distrahi vel obligari prohibitum est, non iniuria etiam ad agnatum (1) furiosi porrigitur. Si igitur citra decretum praesidis fundus mente capti etiam ab agnato eius tibi pignori nexus est, vinculum pignoris in eo non consistit, utilem (2) tamen adversus eum personalem actionem, si ob eius utilitatem pecunia mutua accepta est, poteris habere.

PP. Kal. Ianuar. (3) PIO et PONTIANO Conss. [238.]

3. *Idem A.* AURELIO (4).—Si pater tuus mentis compos non est, pete ei curatores, per quos (5) si quid gestum est, quod revocari oporteat, possit causa cognita in pristinum statum restitui.

PP. VII. Id. April. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

4. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA. et CC.* (6) ASCLEPIODOTO.—Quum repudiante furiosam sui iuris constitutam marito (7), qui solus repudiare potuit, quaedam matrem furiosae marito quondam eius instrumenta confecisse significas, intelligis, nihil eam contra furiosam disponere potuisse, quum eius ad eam iure non pertinuerit defensio.

S. Id. April. Byzantii, AA. Conss. [293—304.]

5. *Imp.* ANASTASIUS *A. ad populum.*—Ne lucrum quidem antea indebitae successionis emancipato vel emancipatis deputasse, nihil vero de oneribus tutelae prospexisse videamur, curatores nihilo minus eos pro duodecim tabularum lege furiosis fratribus et sororibus, utpote (8) legitimos, exsistere, hac legis sanctione decernimus.

6. *Imp.* IUSTINIANUS *A.* IULIANO *P. P.*—Quum aliis quidem hominibus continuum furoris infortunium accidit (9), alios autem morbus non sine laxamento aggreditur (10), sed in quibusdam temporibus quaedam eis intermissio pervenit, et in hoc ipso multa est differentia, ut quibusdam breves induciae, aliis maiores ab huiusmodi vitio inducantur, antiquitas disputabat, utrumne in mediis furoris intervallis permaneat (11) eis (12) curatoris intercessio, an (13) furore quiescente finita iterum morbo adveniente redintegretur (14). Nos itaque eius (15) ambiguitatem decidentes sancimus (quum incertum est in huiusmodi furiosis hominibus (16), quando resipuerint, sive ex longo sive ex (17) propinquo spatio, et impossibile est,

gasen sin decreto del presidente las posesiones rústicas de los pupilos ó de los adolescentes, no injustamente se extiende también al agnado del furioso. Así, pues, si sin decreto del presidente se te obligó en prenda también por su agnado un fundo del privado de razón, no se consolida en aquel el vínculo de la prenda, pero podrás tener contra él la acción personal útil, si por utilidad suya se recibió dinero en mútuo.

Publicada las Calendas de Enero, bajo el consulado de Pío y de PONCIANO. [238.]

3. *El mismo Augusto á* AURELIO.—Si tu padre no está cabal de juicio, pide para él curadores, por medio de los que, si algo se hizo que deba ser revocado, pueda ser restituído con conocimiento de causa á su primitivo estado.

Publicada á 7 de los Idus de Abril, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

4. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos y Césares, á* ASCLEPIODOTO.—Puesto que expones que repudiando á una furiosa, que era de propio derecho, su marido, que fué el único que pudo repudiarla, la madre de la furiosa otorgó al que fué marido de ésta ciertas escrituras, ten entendido que nada pudo disponer aquélla contra la furiosa, porque la defensa de ésta no le perteneció en derecho á ella.

Sancionada en Bizancio los Idus de Abril, bajo el consulado de los Augustos. [293—304.]

5. *El Emperador* ANASTASIO, *Augusto, al pueblo.*—A fin de que no parezca que hemos concedido al emancipado ó á los emancipados el lucro de una sucesión indebida ciertamente antes, y que nada proveímos respecto á las cargas de las tutelas, mandamos por la sanción de esta ley, que, no obstante, sean ellos curadores, en calidad de legítimos, con arreglo á la ley de las Doce Tablas, de sus hermanos y hermanas furiosos.

6. *El Emperador* JUSTINIANO, *Augusto, á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.* — Como acontece ciertamente que es contínuo para algunos hombres el infortunio del furor, pero que á otros no los ataca sin tregua, sino que en ciertos periodos les llega cierta remisión, y hay en esto mismo mucha diferencia, de suerte que para unos se reduzcan á breves las treguas de semejante enfermedad, y para otros sean mayores, disputaba la antigüedad sobre si en los intervalos intermedios de furor subsistía para ellos la intervención del curador, ó si extinguida al cesar el furor se reintegraba de nuevo al volver la enfermedad. Así, pues, decidiendo nosotros su ambigüedad, mandamos (pues es incierto tratándose de semejantes hombres fu-

(1) agnatos, *Hal. Russ. Cont. 62. Bk. contra el testimonio de nuestros mms.*
(2) utiles, *y después* personales actiones, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal., con los que no concuerdan las Bas.*
(3) *Esta fecha ofrece dudas para algunos, porque dicen que Gordiano no comenzó á reinar hasta mediados del año.*
(4) *Los mms. Cas. Vat.;* Aureliano, *el ms. Pl. 1.;* Aureliae, *las ed.*
(5) *Erradamente ponen algunos coma después de* quos, *según se puede comprobar en las Bas.*
(6) *Los mms. Cas. Vat. Bg.;* et CC., *omitenlas las ed.;* Idem A., *escribe el ms. Pl. 1.*
(7) *Los mms. Bg. Gl., todos los mms. de Russ. y Cont., y la ed. Schf.;* repud. furiosa sui iuris constituta maritum, *los mms. Pl. 1. 2., las ed. Nbg. Hal. y las demás, contra las Bas., en las que se lee:* Ἀνὴρ μαινομένην ἔχων γαμετὴν ἀπεπέμψατο αὐτήν.

(8) utpote, *omitela el ms. Bg.*
(9) *Aquí, y en los siguientes* aggreditur — pervenit — est, *requieren el indicativo los mms. Pl. 1. 2. Gl., y las ed. Nbg. Schf.;* acciderit, *el ms. Bg.;* accidat, *y después* aggrediatur — perveniat — sit, *Hal. y los demas.*
(10) ingreditur, *los mms. Pl. 1. 2. Gl.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf.;* permaneret, *Hal. y los demas.*
(12) eius, *las ed. Nbg. Schf.*
(13) *Los mms. Pl. 1. Bg.;* cum, *añaden el ms. Pl. 2., y las ed.*
(14) *Los mms. Pl. 1. Gl., y las ed. Nbg. Schf.;* redintegratur, *los mms. Pl. 2. Bg.;* redintegraretur, *Hal. y los demas.*
(15) eiusmodi, *Hal. Russ. Cont. 62. Bk. contra los mms.*
(16) incert. est huiusmodi furiosi (furoris) homines, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*
(17) in, *los mms. Pl. 1. Bg. Gl.*

Digitized by Google

et in confinio furoris et sanitatis eum saepius constitui, et per (1) longum tempus sub eadem esse varietate, ut (2) quibusdam videatur etiam paene furor esse remotus (3)), curatoris creationem non esse finiendam, sed manere quidem eum, donec talis furiosus vivit, quia non est paene tempus in quo huiusmodi morbus desperatur; sed per intervalla, quae perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed ipsum posse furiosum, dum sapit, et hereditatem adire, et omnia alia facere, quae sanis hominibus competunt; sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit, curatorem in contractu suo coniungi (4), ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit, ne crebra vel quasi ludibriosa fiat curatoris creatio, et frequenter tam nascatur quam desinere videatur.

Dat. Kal. Septemb. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Conss. [530.]

7. *Idem A.* IULIANO *P. P.* — Quum furiosus, quem morbus detinet perpetuus, in sacris (5) parentis sui constitutus est, indubitate curatorem habere non potest, quia sufficit ei ad gubernationem rerum, quae ex castrensi peculio vel aliter ad eum pervenerunt, vel (6) ante furorem ei acquisitae sunt vel in furore obveniunt, vel in his, quorum proprietas ei tantummodo competit, paterna verecundia. Quis enim talis affectus extraneus inveniatur, ut vincat paternum? vel cui alii credendum est res liberorum gubernandas, parentibus derelictis? Licet Tertullianus, iuris antiqui interpres, libro singulari, quem de castrensi peculio condidit, tali tractatu proposito videatur obscure eandem attingere sententiam, tamen nos hoc apertissime introduximus.

§ 1.—Sin autem parentes ab hac luce decedere contigerit, nostra constitutio, quam promulgavimus de his, quae in testamento furioso relinquenda sunt, vel substitutione eorum, in suo robore permaneat.

§ 2.—Sin vero perpetuo (7) furiosus sui iuris sit, tunc in paterna quidem hereditate, quae quasi debita ad posteritatem suam devolvitur, nulla est iuris (8) veterum dubitatio, quum illico appareat (9) et suus heres exsistat suis parentibus.

§ 3.—Sin autem ex alia quacunque causa hereditas ad eum vel successio perveniat, tunc magna et inextricabilis vetustissimo iuri dubitatio exorta est, sive adire hereditatem vel bonorum possessionem petere furiosus possit, sive non, et si curator eius ad bonorum possessionem petendam admitti

riosos cuando recobrarán la razón, si después de largo ó de corto espacio, y es imposible que muchas veces se le determine en el límite del furor y de la locura, y está durante largo tiempo sujeto á la misma variación, de suerte que para algunos parezca aún que apenas remitió el furor), que no ha de terminar el nombramiento de curador, sino que ciertamente subsista éste mientras viva el furioso, porque apenas hay tiempo en que no se espere semejante enfermedad; pero que durante los intervalos, que son perfectísimos, nada haga el curador, sino que pueda el mismo furioso, mientras está cuerdo, adir la herencia y hacer todas las otras cosas que les competen á los hombres sanos: pero que si el furor le acometiere de nuevo con sus estímulos, se agregue el curador en sus contratos, de suerte que tenga este el nombre de curador en todo tiempo, pero su eficacia, cuando volviere la enfermedad, á fin de que no se haga á menudo y como en burla su nombramiento de curador, y con frecuencia parezca tanto que nace como que deja de existir.

Dada las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos. [530.]

7. *El mismo Augusto, á* JULIANO, *Prefecto del Pretorio.*—Cuando el furioso, que es presa de enfermedad perpétua se halla constituído bajo la potestad de su ascendiente, indudablemente no puede tener curador, porque le basta para la administración de los bienes, que por peculio castrense ó de otra manera fueron á su poder, ó que para él fueron adquiridos antes del furor ó á él van estando en el furor, ó para aquellos de los que solamente le compete la propiedad, la consideración del padre. Porque ¿qué otro extraño afecto se encontrará que venza al paterno, ó á qué otro se le han de confiar para que los administre los bienes de los descendientes, habiéndose prescindido de los ascendientes? Aunque Tertuliano, intérprete del antiguo derecho, parezca aceptar con oscuridad esta misma opinión habiendo tratado este tema en el libro único que escribió sobre el peculio castrense, sin embargo, nosotros establecemos esto con toda claridad.

§ 1.—Mas si aconteciere que fallecieran los ascendientes, subsista en su vigor nuestra constitución, que promulgamos respecto á lo que se ha de dejar en el testamento al furioso, ó en cuanto á la substitución de los mismos.

§ 2.—Pero si el perpétuamente furioso fuera de propio derecho, entonces no hay ciertamente duda alguna de los antiguos respecto al derecho en cuanto á la herencia paterna, que como debida se le dá á su posteridad, puesto que desde luego aparece que es también heredero suyo de sus ascendientes.

§ 3.—Mas si por otra cualquier causa fuera á él la herencia ó la sucesión, en este caso nació en el antiquísimo derecho la grande é inextricable duda de si podía, ó no, el furioso adir la herencia ó pedir la posesión de bienes, y de si su curador deberá ser admitido á pedir la posesión de los bienes.

(1) *Los mms. Pl.* 1. 2. *Bg., y la ed. Schf.*; post, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(2) *Los mms. Pl.* 1. 2. *By. Gt., y la ed. Schf.*; in, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(3) remissus, *los mms. Pl.* 2. *Bg., y las ed. Nbg. Schf. Cont. G2.*
(4) vocari, *los mms. Pl. J.* 2., *y el ms. Gt. según corrección; acaso antes se deba leer* in contractus suos.
(5) detinet in sacris perpetuis, *las ed. Nbg. Hal.*
(6) *Los mms. Pl.* 1. 2. *Bg., y las ed. Schf. Nbg.*; et vel, *Hai. y los demas.*
(7) perpetuus, *los mms. Pl.* 2. *Bg., y la ed. Schf.*
(8) *Los mms. Pl.* 2. *Gt., todos los mms. de Russ., y las ed. Nbg. Schf.*; iuri, *el ms. Bg., Hal. y los demas.*
(9) apparet, *los mms. Pl.* 1. 2. *Bg. Gt., y la ed. Nbg.*

Digitized by Google

debeat. Et iuris auctores ex utroque latere magnum habuere certamen. Nos itaque utramque auctorum aciem certo foedere compescentes sancimus, furiosum quidem nullo modo posse vel hereditatem adire vel bonorum possessionem agnoscere; curatori autem eius licentiam damus, immo magis necessitatem imponimus, si utilem esse (1) successionem existimaverit, eam bonorum possessionem agnoscere, quae antea ex decreto dabatur, et ad similitudinem bonorum possessionis Constantiniana (2) lege sublata est (3), et ab ea introducta observatio (4) pro antiqua sufficit petitione.

§ 4.—Sed quum antiquitas in curatore furiosi multas ambages constituit, quemadmodum ab eo cautio vel satisdatio detur, vel pro quibus rebus et quibus (5) personis, et si omnis curator talem praestet (6) cautelam, necessarium nobis visum est, ut humano generi consulentes omnem quidem obscuritatem et inextricabilem circuitum tollamus, compendioso autem et dilucido remedio totum complectamur. Et prius de creatione curatoris, qui furiosis utriusque sexus datur, sancientes, tunc et aliis certum finem imponemus (7).

§ 5.—Et si quidem pater (8) curatorem furioso vel furiosae in ultimo elogio heredibus institutis vel exheredatis dederit, ubi (9) et fideiussionem cessare necesse est, paterno testimonio (10) pro (11) satisdatione sufficiente, ipse, qui datus est, ad curationem perveniat, ita tamen, ut in hac florentissima civitate apud urbicariam praefecturam deducatur, in provincia autem apud praesidem eius, praesente etiam (12) tam viro religiosissimo locorum antistite, quam tribus primatibus, et actis intervenientibus, tactis sacrosanctis scripturis (13), edicat, omnia se recte et cum utilitate furiosi agere, neque (14) praetermittere ea, quae utilia furioso esse putaverit, neque admittere, quae inutilia existimaverit.

AUTHENT. *ut hi, qui obligatas. § penult. (Nov. 72. c. 8.)*—Quod nunc generale est circa omnes curatores, ut iurent quidem, non tamen a ratiociniis sint exempti. Idem est in tutore (15).

Et inventario cum omni subtilitate publice conscripto (16), res suscipiat, et eas secundum sui opinionem disponat sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum et adulti curatorum.

Y grande contienda sostuvieron por ambas partes los autores del derecho. Y así, conciliando nosotros con alianza cierta los dos bandos de los autores, mandamos, que ciertamente de ningún modo pueda el furioso ó adir la herencia ó aceptar la posesión de bienes; pero le damos á su curador la licencia, mas aún, le imponemos la necesidad, si estimare que es útil la sucesión, de admitir la posesión de bienes que antes se daba por decreto, y de tenerlos á semejanza que por la posesión de bienes, toda vez que la petición de la posesión de bienes fué suprimida por una ley de Constantino, y que la observancia que por ésta se introdujo es suficiente en lugar de la antigua petición.

§ 4.—Pero como la antigüedad produjo muchas ambigüedades respecto al curador del furioso sobre la manera como por él se diera la caución ó la fianza, ó por qué bienes y por qué personas, y sobre si todo curador deba prestar tal caución, nos ha parecido necesario que mirando por el género humano suprimamos ciertamente toda obscuridad y todo inextricable circuito, pero que todo lo comprendamos en compendioso y claro recurso. Y resolviendo primeramente sobre el nombramiendel curador, que se les da á los furiosos de ambos sexos, pondremos también después término cierto á las otras cuestiones.

§ 5.—Y si verdaderamente el padre le hubiere dado en su última voluntad curador á un furioso ó á una furiosa, habiéndolos instituído herederos ó habiéndolos desheredado, en cuyo caso es necesario que deje de tener lugar la fianza, bastando por fianza el testimonio del padre, entre en la curatela el mismo que fué nombrado, pero de suerte que en esta muy floreciente ciudad sea presentado ante la prefectura de la ciudad, y en provincia ante el presidente de ésta, hallándose también presentes así el muy religiosísimo prelado de la localidad como tres próceres, y mediando actuaciones declare, tocando las sacrosantas escrituras, que todo lo hará él rectamente y con utilidad del furioso, y que no omitirá lo que juzgare que es útil para el furioso, ni admitirá lo que considerare inútil.

AUTÉNTICA *ut hi, qui obligatas. § penúlt. (Nov. 72. c. 8.)*—Lo que es ahora general respecto á todos los curadores, ciertamente para que juren, mas no para que estén exentos de dar cuenta. Lo mismo es respecto al tutor.

Y hecho públicamente con toda escrupulosidad el inventario, tome á su cargo los bienes, y administrelos según su propia opinión bajo hipoteca de los bienes que á él le pertenezcan, á semejanza que los tutores y los curadores del adulto.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Hal. Cont. 62.*; util. eius, *la ed. Nbg.*; util. ei esse, *Russ. y los demas; pero con el texto las Bas.*

(2) Constantinia, *la ed. Schf.*; Constantiana, *quieren algunos, atendiendo á la inscripción de la ley 9. C. VI. 9.; pero también las Bas. confirman la lectura vulgar.*

(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Nbg. Schf.*; sit, *Hal. y los demas.*

(4) *Los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; quae, *insertan el ms. Pl. 2., Hal. y los demas.*

(5) vel pro quib., *Hal.*; et pro quib., *el ms. Bg.*; vel ex quib., *el ms. Pl. 1.*; vel quib., *los mms. Pl. 2. Gt.*

(6) praestabat, *los mms. Pl. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; praebeat, *el ms. Pl. 1.*

(7) imponimus, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*

(8) *Los mms. Pl. 1. Bg., y la ley 27. C. I. 4.*; pater vel parens, *la ed. Schf.*; parens, *el ms. Pl. 2., las ed. Nbg. Hal. y las demas.*

(9) ibi, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*

(10) testamento, *los mms. Pl. 1. Bg. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62.*

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Cont. 62., y la ley 27. C. I. 4.*; eius, *insertan Hal. y los demas.*

(12) ei, *el ms. Pl. 2.*

(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Gt., todos los mms. de Russ., las ed. Nbg. Schf. Cont. 62., y la ley 27. C. I. 4.*; evangeliis, *el ms. Bg., Hal. y los demas.*

(14) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg.*; et neque, *los demas, contra la ley 27. C. I. 4.*

(15) Idem est in tutore, *faltan en los mms. Pl. 1. 2. Bg., y en la ed. Nbg.*

(16) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., las ed. Nbg. Schf. Cont. 62., y la ley 27. C. I. IV.*; scripto, *las ed. Hal. Russ. y las demas.*

Digitized by Google

§ 6.—Sin autem testamentum quidem parens (1) non confecerit, lex autem curatorem utpote agnatum vocaverit, vel, eo cessante aut non idoneo forsitan exsistente, ex iudiciali electione curatorem ei dare necesse fuerit, tunc secundum praefatam divisionem in hac quidem florentissima civitate apud gloriosissimam urbicariam praefecturam creatio procedat; sed si quidem nobilis sit furiosi persona, etiam florentissimo senatu convocando, ut ex inquisitione curator optimae atque integrae opinionis nominetur. Sin vero non talis persona sit, etiam solo viro gloriosissimo praefecto urbi praesidente hoc procedat. Et si quidem curator substantiam idoneam possideat et sufficientem (2) ad fidem gubernationis, et sine aliqua satisdatione nominationem eius procedere. Sin autem non talis eius census inveniatur, tunc et (3) fideiussio, in quantum possibile est, ab eo exploretur, creatione quidem (4) omnimodo sacris scripturis propositis in omni causa celebranda, ipso autem curatore, cuiuscunque (5) substantiae vel dignitatis est, praefatum sacramentum pro utiliter rebus gerendis praestante, et inventarium publice conscribente, quatenus possint undique res furiosi utiliter gubernari. In provinciis vero his omnibus observandis, ut apud praesidem cuiuscunque provinciae, et virum religiosissimum episcopum civitatis, nec non tres primates memorata creatio procedat, eadem observatione et pro iureiurando, et pro inventario, et satisdatione, et hypotheca rerum curatoris modis omnibus adhibenda.

§ 7.—Tali itaque ordinatione in curatore furiosi disposita, si quid postea ad furiosum pervenerit sive ex hereditate, vel successione, vel legato, vel fideicommisso, vel alio quocunque modo, hoc furioso accedat, et hoc (6) cum alia eius substantia manibus curatoris tradatur, inventario etiam super his (7) rebus scilicet faciendo; et sub eius cura custodiatur (8), quatenus, si quidem resipuerit furiosus et acquisitionem admiserit, ipsi restituatur.

§ 8.—Sin autem in furore diem suum finierit (9), vel in (10) suam sanitatem perveniens eam repudiaverit, si quidem successio est, ad eos referatur, volentes tamen, id est vel substitutum vel ab intestato heredes vel ad nostrum aerarium; eo scilicet observando, ut hi veniant ad successionem, qui mortis tempore furiosi propinquiores exsistant ei, ad cuius bona vocabantur (11), si non in medio erat (12) furiosus, omni satisdatione vel cautione, quam per inextricabilem circuitum veteris iuris auctores induxerunt, radicitus excisa.

(1) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., la ed. Schf., y la ley 27. C. I. 4.*; eius, *insertan las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(2) *Las ed. Nbg. Schf., Russ. Cont. al márgen*; et eo sufficiente, *el ms. Pl. 1.*; eo sufficiente, *los mms. Pl. 2. Bg., Hal. y los demás; pero véase la ley 27. C. I. 4.*

(3) et tunc, *las ed. Nbg. Hal. y después las demás. Véase la ley 27. C. I. 4.*

(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62.*; quidem, *omitenlas las ed. Nbg. Hal. y las demás.*

(5) *El ms. Pl. 1., las ed. Nbg. Hal., y la ley 27. C. I. 4.*; vel, *insertan los demás.*

(6) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; hoc, *omitenla los demás.*

§ 6.—Mas si el ascendiente no hubiere hecho ciertamente testamento, pero la ley llamare curador en calidad de agnado, ó dejando de serlo éste ó no habiendo acaso ninguno idóneo, fuere necesario darle un curador por elección judicial, en este caso hágase el nombramiento según la antes mencionada división en esta muy floreciente ciudad ante la muy gloriosa prefectura de la ciudad; pero si verdaderamente fuera noble la persona del furioso, también se habrá de convocar al muy ilustre Senado, para que en virtud de investigación se nombre curador de muy buena y de íntegra fama. Pero si no fuera persona de tal condición, hágase también esto presidiendo solamente el muy glorioso varón prefecto de la ciudad. Y si verdaderamente el curador poseyera bienes bastantes y suficientes para responder de su administración, verifíquese su nombramiento aún sin fianza alguna. Mas si no se encontrara ninguno de tal condición, en este caso requiérase de él también fianza, en cuanto es posible, debiéndose verificar ciertamente de todos modos en todos los casos el nombramiento teniendo á la vista las sagradas escrituras, y prestando el mismo curador, cualesquiera que sean sus bienes ó su dignidad, el mencionado juramento de administrar útilmente los bienes, y haciendo públicamente inventario, para que puedan ser administrados útilmente los bienes de toda clase del furioso. Debiéndose observar todo esto en las provincias, de suerte que el mencionado nombramiento se haga ante el presidente de cualquier provincia que sea, y ante el muy religioso obispo de la ciudad, y además ante tres próceres, practicándose de todos modos la misma observancia, ora respecto al juramento, ora respecto al inventario, ora respecto á la fianza, ora respecto á la hipoteca de los bienes del curador.

§ 7.—Así, pues, habiéndose dispuesto tal procedimiento respecto al curador del furioso, si después le perteneciere al furioso alguna cosa ó por herencia, ó por sucesión, ó por legado, ó por fideicomiso, ó de otro cualquier modo, vaya esto al furioso, y entréguese con los demás bienes del mismo en manos del curador, debiéndose hacer, por supuesto, inventario, también sobre estos bienes; y custodiense bajo su cuidado, á fin de que, si verdaderamente el furioso sanare y admitiere la adquisición, le sea restituída á él mismo.

§ 8.—Mas si hubiere acabado su vida presa del furor, ó si al llegar á su curación la hubiere repudiado, si verdaderamente se trata de una sucesión, transmítaseles, con tal que lo quieran, á saber, ó al substituto ó á los herederos abintestato, ó á nuestro erario; debiéndose observar, por supuesto, que vengan á la sucesión los que al tiempo de la muerte del furioso existan siendo más próximos parientes de aquel á cuyos bienes eran llamados, si no estuviera interpuesto el furioso, quedando radicalmente suprimida toda fianza ó caución, que con inetxricables rodeos introdujeron los autores del antiguo derecho.

(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; omnibus, *añaden Hal. y los demás.*

(8) constituatur, *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*

(9) obierit, *los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf. Cont. 62.*; ad, *Hal. y los demás.*

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y las ed. Nbg. Schf.*; vocabuntur, *Hal. y los demás.*

(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; fuisset, *Hal.*; esset, *Russ. y los demás.*

Digitized by Google

§ 9.—(1) Legatis autem procul dubio et fideicommissis ceterisque acquisitionibus furioso acquirendis, et substantiae eius aggregandis; sin autem ipse resipuerit, et ea admittere noluerit, et aperte haec respuerit; vel heres eius hoc fecerit, a substantia eius illico separandis, quasi nec fuerint ab initio ad eum devoluta, et per (2) legitimum tramitem ambulantibus, substantiam furiosi neque praegravantibus neque adiuvantibus.

§ 10.—Sin autem curator furiosi secundum nostram legem nominatus decesserit, sub eodem modo eademque observatione (3) alius creabitur; quemadmodum et si suspectus reperiatur, alter subrogatur (4). Quod etiam veteribus legibus placuit.

§ 11.—Haec autem omnia, quae de creationibus curatorum (5) per novam definitionem introducta sunt, futuris casibus imponantur, et neque antea facti curatores removeantur, neque aliquid eis novum accedat, sed antiquo ordine statuti in antiquos, quantum ad creationem, permaneant (6) terminos; cautione videlicet vel satisdatione, quae antiquitus fuerat introducta, super postea venientibus (7) ad furiosos successionibus minime praestanda.

Dat. Kal. Septemb. Constantinop. LAMPADIO et ORESTE VV. CC. Cons. [530.]

TIT. LXXI

DE PRAEDIIS ET ALIIS REBUS MINORUM SINE DECRETO NON ALIENANDIS VEL OBLIGANDIS

1. *Imp.* ANTONINUS *A.* MUTIANO (8).—Venditio quidem praedii, quod iure pignoris vel in causa iudicati captum et distractum est, ad senatusconsultum, quod de non alienandis praediis pupillorum vel adolescentium, nisi auctore praetore vel praeside provinciae, factum est, non pertinet. Sed si etiamnum in ea aetate es, cui subveniri solet, aditus competens iudex, an te in integrum restituere debeat, praesente diversa parte causa cognita dispiciet.

PP. XIII. Kal. Decemb. duobus (9) ASPRIS Conss. [212.]

2. *Imp.* GORDIANUS *A.* CLEARCHO *et* APHRODISIO (10).—Non est vobis necessaria in integrum restitutio, si tutores vel curatores vestri possessionem, licet pignori nexam, vendiderunt sine decreto (11). Quodsi creditores id fecerunt, ita demum iuxta formam edicti beneficium tibi impertietur, si fraudulenta venditione, participante consilio emtoris (12), damnum tibi inflictum esse doceatur.

(1) *Aquí comienza más convenientemente el* §., *que no poco después en las palabras* sin autem, *como marcan otros.*
(2) per, *omitenlas los mms. Pl. 1. Gt.*
(3) ordinatione, *los mms. Pl. 1. Gt., Hal.*
(4) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y la ed. Schf.*; subrogetur, *las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(5) cum, *insertan los mms. Pl. 1. 2. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*
(6) pertineant, *el ms. Bg.*
(7) evenientibus, *el ms. Pl. 1., y la ed. Nbg.*
(8) *Los mms. Vat. Pl. 1. Bg.*; Minutiano, *Hal. y los demás excepto Bk., que escribe* Manutiano.

§ 9.—Debiéndose empero adquirir sin duda alguna para el furioso, y agregar á sus bienes, los legados, los fideicomisos y las demás adquisiciones; mas si él sanare, y no quisiere admitirlos, y claramente los hubiere rechazado, ó esto lo hiciere su heredero, habrán de quedar separados desde luego de sus bienes, como si desde un principio no le hubieren sido dados, pasando por sus legítimos trámites, sin que graven ni favorezcan á los bienes del furioso.

§ 10.—Mas si hubiere fallecido el curador del furioso nombrado conforme á nuestra ley, se nombrará otro del mismo modo y con la misma formalidad; á la manera que también si se hallara que es sospechoso, se le subroga otro. Lo que también se estableció en las antiguas leyes.

§ 11.—Mas todo esto, que por nueva decisión ha sido introducido respecto al nombramiento de los curadores, se aplicará en los casos futuros, y ni sean removidos los curadores nombrados antes, ni les alcance ninguna innovación, sino que en cuanto á su nombramiento permanezcan en los antiguos términos los nombrados con arreglo al orden antiguo; no debiéndose prestar, por supuesto, en manera alguna la caución ó la fianza, que antiguamente se había establecido, sobre las sucesiones que después vayan á los furiosos.

Dada en Constantinopla las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de LAMPADIO y de ORESTE, varones esclarecidos [530.]

TÍTULO LXXI

DE QUE SIN DECRETO NO SE HAYAN DE ENAJENAR Ú OBLIGAR PREDIOS Y OTROS BIENES DE LOS MENORES

1. *El Emperador* ANTONINO, *Augusto, á* MUCIANO.—A la verdad, la venta del predio, que por derecho de prenda ó por causa de cosa juzgada fué tomado y vendido, no está comprendida en el senadoconsulto que se hizo para que no se enajenen predios de pupilos ó de adolescentes, á no ser con autorización del pretor ó del presidente de la provincia. Pero si estás todavía en la edad, á la que es costumbre prestar auxilio, el juez competente á quien se recurra decidirá con conocimiento de causa, hallándose presente la parte contraria, si deberá restituírsete por entero.

Publicada á 13 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los dos ASPROS. [212.]

2. *El Emperador* GORDIANO, *Augusto, á* CLEARCO *y á* AFRODISIO.—No os es necesaria la restitución por entero, si vuestros tutores ó curadores vendieron sin decreto una posesión, aunque obligada en prenda. Pero si esto lo hicieron los acreedores, solamente se te concederá con arreglo á la disposición del edicto el beneficio, si se probara que se te causó perjuicio con una venta fraudulenta, con participación del consejo del comprador.

(9) ot, *insertan Hal. y los demás excepto Bk.*
(10) *Así según los mms. Cas. Vat. Pl. 1. Bg., y la ed. Nbg.*; Clearcho et aliis, *Hal. y los demás.*
(11) sine decreto, *omitenlas los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Nbg., pareciendo añadidas posteriormente estas palabras por via de interpretación. Véase la nota 9. de la ley 4. de este título, página 692.*
(12) consilio emtore, *los mms. Pl. 2. Bg.*; consilium emtore, *la ed. Schf.*

Digitized by Google

PP. III. Kal. Februar. GORDIANO A. et AVIOLA Conss. [239.]

Publicada á 3 de las Calendas de Febrero, bajo el consulado de GORDIANO, Augusto, y de AVIOLA. [239.]

3. *Impp.* VALERIANUS *et* GALLIENUS *AA.* THEODOSIANO *et aliis.*—Quum emancipatis vobis praedium acquisitum foret, alienari a patre eodemque curatore sine praesidis auctoritate non potuit, maxime si, tanquam suum esset (1) non tanquam (2) pupillare, vendiderit, illibataque (3) vobis persecutio eius manet.

3. *Los Emperadores* VALERIANO *y* GALIENO, *Augustos, á* TEODOSIO *y á otros.*—Como quiera que hallándoos emancipados se hubiera de adquirir para vosotros un fundo, no pudo este ser enajenado sin la autorización del presidente por vuestro padre y curador, mayormente si lo vendiere como si fuera suyo y no como del pupilo, y os queda intacta la reclamación del mismo.

PP. III. Non. Ianuar. TUSCO et BASSO Conss. (4) [258.]

Publicada á 3 de las Nonas de Enero, bajo el consulado de TUSCO y de BASSO. [258.]

4. *Iidem AA.* MITHRIDATI. — Non solum per venditionem rustica praedia vel suburbana pupilli vel adolescentes alienare (5) prohibentur, sed neque transactionis ratione (6), neque permutatione, et multo magis donatione, nec (7) alio quoquo modo ea transferre (8) sine decreto (9) a dominio suo possunt. Igitur etsi tu (10) fratribus tuis per transactionem fundum dedisti, vindicare eum potes. Sed (11) si quid invicem ab eis ex eodem pacto consecutus es, id mutuo restituere debebis (12).

4. *Los mismos Augustos á* MITRIDATES.—No solamente se les prohibe á los pupilos ó á los adolescentes enajenar por venta predios rústicos ó suburbanos, sino que tampoco pueden sin decreto transferirlos de su dominio ni por razón de transacción, ni por permuta, ni mucho menos por donación, ni de otro cualquier modo. Así, pues, aunque tú les diste por transacción un fundo á tus hermanos, puedes reivindicarlo. Pero si obtuviste recíprocamente de ellos alguna cosa en virtud del mismo pacto, deberás restituírla mútuamente.

PP. XV. Kal. Mai. SECULARE II. et DONATO Conss. [260.]

Publicada á 15 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de SECULAR y el de DONATO. [260.]

5. *Iidem AA.* SERENO.—Etsi praeses (13) decreverit alienandum vel obligandum pupilli suburbanum vel rusticum praedium, tamen actionem pupillo, si falsis allegationibus circumventam religionem eius probare possit, senatus reservavit; quam exercere tu quoque non vetaberis.

5. *Los mismos Augustos á* SERENO.—Aunque el presidente hubiere decretado que se enajene ú obligue un predio suburbano ó rústico de un pupilo, el Senado le reservó, sin embargo, al pupilo acción, si pudiera probar que con falsas alegaciones fué engañada la conciencia de aquél; la cual tampoco á tí se te negará que la ejercites.

PP. III. Kal. Mai. SECULARE II. (14) et DONATO Conss. [260.]

Publicada á 3 de las Calendas de Mayo, bajo el segundo consulado de SECULAR y el de DONATO. [260].

6. *Imppp.* CARUS, CARINUS *et* NUMERIANUS *AAA.* VARO.—Minorum possessionis venditio, per procuratorem delato ad praetorem vel praesidem provinciae libello, fieri non potuit, quum ea res confici recte aliter non potest (15), nisi apud acta causis probatis, quae venditionis (16) necessitatem inferant, decretum solemniter interponatur.

6. *Los Emperadores* CARO, CARINO *y* NUMERIANO, *Augustos, á* VARO.—No se pudo hacer la venta de una posesión de menores por haberse presentado por medio de procurador la instancia al pretor ó al presidente de la provincia, porque esta cosa no se puede hacer debidamente de otro modo, sino si, probadas en actuaciones las causas que impongan la necesidad de la venta, se interpusiera solemnemente decreto.

S. Non. Mai. (17) CARO et CARINO AA. Conss. [283.]

Sancionada las Nonas de Mayo, bajo el consulado de CARO y de CARINO, Augustos, [283.]

7. *Iidem AAA.* ISIDORO.— Si ad resolvendam donationem, quam in emancipatum te pater contulerat (18), minor (19) annis cautionem (20) emisisti (21), quum huiusmodi scriptura contra sena-

7. *Los mismos Augustos á* ISIDORO.—Si para renunciar la donación, que tu padre te había hecho estando tú emancipado, diste caución siendo menor de edad, como quiera que esta escritura fué

(1) esset, *omítela el ms. Bg.*
(2) tanquam suum esset, non tanquam, *indica Russ, y más claramente Char. al márgen, que faltan en otros.*
(3) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., todos los mms. de Russ., y las ed. Schf. Hal.*; itaque illibata, *las ed. Nbg. Russ. y las demas.*
(4) *Confirma esta indicación de la fecha el ms. Pist.*
(5) adolescentis alienari, *los mms. Pl. 1. 2.*
(6) neque transatione, *el ms. Bg. según corrección, Hal. Russ. Cont. 62.*
(7) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., Hal.*; vel, *las demás ed.*
(8) transferri, *el ms. Pl. 2.*
(9) sine decreto, *faltan en los mms. Pl. 1. 2. Gl., Hal. Véase la nota 11. de la ley 2. de este título, página 691.*
(10) et tu si, *el ms. Pl. 2., Russ. y después los demás excepto Bk.*
(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl.*; et, *insertan las ed.*
(12) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Schf. Hal. Cont. 62.*; debes, *las ed. Nbg. Russ. y las demás.*

(13) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal. Russ. Cont. 62.*; provinciae, *insertan las ed. Schf. Cont. 66. y las demas.*
(14) II., *omítela el ms. Pist.*
(15) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Schf.*; possit, *Hal. y los demás.*
(16) venditioni, *el ms. Bg., y la ed. Schf.*
(17) pp. non mar., *el ms. Pist.*
(18) contulit (contulerit), *los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y la ed. Schf.*
(19) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gl., y las ed. Nbg. Hal.*; viginti quinque, *añaden las ed. Schf. Russ. y las demás contra todos los mms. de Russ.*
(20) *Los mms. Pl. 1. Bg., y la ed. Schf.*; ei, *añaden el ms. Pl. 2., las ed. Nbg. Hal. y las demas.*
(21) remisisti, *el ms. Gl., erradamente, como demuestran también las Bas.*

Digitized by Google

tusconsulti auctoritatem data sit, non oberit iuri tuo.

PP. VI. Id. Decemb. CARO et CARINO AA. Conss. [283.]

8. *Impp.* DIOCLETIANUS *et* MAXIMIANUS *AA.* THEODORAE (1).—Praedia rustica, quae contra senatusconsultum donata (2) esse ante nuptias sponsaliorum nomine precum tuarum confessio ostendit, quum proprietas ad te propter iuris interdictum transire non potuerit, in dominio mariti permansisse palam est.

PP. (3) III. Non. Novemb. DIOCLETIANO A. (4) et ARISTOBOLO Conss. [285.]

9. *Iidem AA.* MUTIANO.—Etsi is, quem praedium rusticum minoris distraxisse affirmas, curatoris officio functus id fecit, venditio tamen, contra divi Severi orationem facta, praesidis sententia non immerito rescissa est. Pignora sane, quae ob evictionis periculum idem curator ex rebus propriis tibi obligavit, non prohiberis persequi.

PP. Non. Novemb. DIOCLETIANO et ARISTOBOLO Conss. [285.]

10. *Iidem AA.* (5) GRATO.—Praediorum, quae sine decreto alienata sunt, dominium tibi persequenti praeses opem feret. Apud quem si illuxerit, non universa pretia, quae curatori tuo data sunt, in patrimonium tuum processisse, pro ea duntaxat pecuniae parte te conveniri (6) permittet, quam in facultates tuas erogatam esse constiterit.

PP. V. Id. Aug. ipsis IV. et III. AA. (7) Conss. [290.]

11. *Iidem AA.* (8) TROPHIMO (9).—Si quidem sine decreto minor annis patronus tuus rusticum praedium venumdedit, supervacuum est de vili pretio tractare, quum senatusconsulti auctoritas, retento dominio, alienandi viam obstruxerit. Si vero iure interposito decreto venditionem vili pretio eius possessionis, cuius vires ignorabat, fecit, iuxta perpetui edicti auctoritatem in integrum restitutio causa (10) cognita ei (11) praebetur.

PP. XII. Kal. Decemb. ipsis IV. et III. AA. (12) Conss. [290.]

12. *Iidem AA. et CC.* LEONTIO.—Ob aes alienum tantum causa cognita praesidali decreto praedium rusticum minoris provinciale distrahi permittitur.

otorgada contra la autoridad del senadoconsulto, no le perjudicará á tu derecho.

Publicada á 6 de los Idus de Diciembre, bajo el consulado de CARO y de CARINO. [283.]

8. *Los Emperadores* DIOCLECIANO *y* MAXIMIANO, *Augustos, á* TEODORA.—Es evidente, que permanecieron en el dominio de tu marido los predios rústicos, que la confesión de tus súplicas muestra que fueron donados antes de las nupcias á título de esponsales contra el senadoconsulto, porque por razón de la prohibición del derecho no pudo pasar á tí la propiedad.

Publicada á 3 de las Nonas de Noviembre, bajo el consulado de DIOCLECIANO, Augusto, y de ARISTÓBOLO. [285.]

9. *Los mismos Augustos á* MUCIANO.—Aunque el que afirmas que enajenó un predio rústico de un menor lo hizo desempeñando el cargo de curador, sin embargo, no sin razón fué rescindida por sentencia del presidente la venta, hecha contra la oración del Divino Severo. Y no se te prohibe, á la verdad, perseguir las prendas que por el riesgo de la evicción te obligó de sus propios bienes el mismo curador.

Publicada las Nonas de Noviembre, bajo el consulado de DIOCLECIANO y de ARISTÓBOLO. [285.]

10. *Los mismos Augustos á* GRATO.—El presidente te prestará auxilio al perseguir tú el dominio de predios que fueron enajenados sin decreto. Y si ante él se evidenciare que no ingresaron en tu patrimonio todos los precios que se le dieron á tu curador, permitirá que seas demandado solamente por aquella parte del dinero que constare se invirtió en tus bienes.

Publicada á 5 de los Idus de Agosto, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

11. *Los mismos Augustos á* TROFIMO.—Si verdaderamente vendió sin decreto un predio rústico tu patrono, menor de edad, es supérfluo discutir sobre lo ínfimo del precio, toda vez que la autoridad del senadoconsulto ha obstruído el camino para enajenarlo, habiéndosete retenido el dominio. Pero si habiéndose interpuesto en derecho decreto hizo por ínfimo precio la venta de aquella posesión, cuyo valor ignoraba, se le da con conocimiento de causa la restitución por entero de conformidad á la disposición del edicto perpétuo.

Publicada á 12 de las Calendas de Diciembre, bajo el cuarto y el tercer consulado de los mismos Augustos. [290.]

12. *Los mismos Augustos y Césares á* LEONCIO.—Por una deuda tan solo es permitido que se enajene con conocimiento de causa mediante decreto del presidente un predio rústico de un menor, sito en una provincia.

---

(1) *Así, con arreglo á la ley 1. C. II. 30.; concuerda la ed. Nbg.*; Theodotae, *los mms. y las demás ed.*

(2) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Nbg. Schf.*; data, *Hal. y las demás.*

(3) S., *la ley 1. C. II. 30.*

(4) A., *según la ley 1. C. II. 30.*; A. II., *inserta Bk., quien también escribe* Aristobulo.

(5) et CC., *añaden los mms. Vat. Pl. 1.*

(6) convenire, *el ms. Pl. 1., y las ed. Nbg. Hal.*

(7) *La indicación de la fecha fué restablecida según el ms. Veron.*

(8) et CC., *añaden los mms. Vat. Pl. 1.*

(9) Trophino, Trophono, *algunos mms.*; Triphoni, *otros.*

(10) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg. Gt., y las ed. Schf. Cont. 62.*; tamen, *insertan las ed. Nbg. Hal. y los demas contra todos los mms. de Russ. y contra las Bas., que dicen* τὸ κατὰ τόσα.

(11) *Los mms. Pl. 1. 2. Bg., y la ed. Schf.*; ei, *omitenla las ed. Nbg. Hal. y las demás; pero* αὐτῷ ἀποζημίωτον, *las Bas.*

(12) *La indicación de la fecha fué restablecida según el ms. Veron.*; IV. et III., *omitenlas los demas en esta y en la anterior ley.*

Digitized by Google

Dat. II. Kal. Mai. (1) Heracliae, Caess. Conss. [294—305.]

Dada en Heraclea á 2 de las Calendas de Mayo, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

13. *Iidem AA. et CC.* ZENOPHILAE (2).—Etiam vectigale vel patrimoniale sive emphyteuticum praedium sine decreto praesidis distrahi non licet.

Dat. VIII. (3) Kal. Septemb. Sirmii, Caess. Conss. [294—305.]

13. *Los mismos Augustos y Césares á* ZENÓFILA. —Tampoco es lícito vender sin decreto del presidente un predio tributario ó patrimonial ó enfitéutico.

Dada en Sirmio á 8 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

14. *Iidem AA. et CC.* PHROMINIO (4). — Utere viri prudentissimi Papiniani responso ceterorumque, quorum precibus fecisti mentionem, sententiis, ac doli mali exceptionem oppone, pretium ob eorum debitum solutum probans, si sortem cum usuris, quae fisco deberentur, pupilli non offerentes, fundos provinciales citra decretum praesidis venumdatos cum fructibus petant.

Dat. IX. Kal. Decemb. ipsis Caess. Conss. [294—305.]

14. *Los mismos Augustos y Césares á* FROMINIO. —Válete de la respuesta del muy sabio Papiniano y de las opiniones de los demás, de quienes hiciste mención en tus súplicas, y opón la excepción de dolo malo, probando que el precio fué pagado por deuda de los mismos, si no ofreciendo los pupilos el capital con los intereses que se le debieran al fisco, pidieran con los frutos fundos sitos en una provincia, vendidos sin decreto del presidente.

Dada á 9 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los mismos Césares. [294—305.]

15. *Iidem AA. et CC.* SABINAE (5).— Si minor viginti quinque annis praedium rusticum, quum aliud deberes, sine decreto in solutum dedisti, dominium a te discedere non permisit (6) senatusconsulti auctoritas.

Dat. (7) VIII. Kal. Decemb. Caess. Conss. [294—305.]

15. *Los mismos Augustos y Césares á* SABINA.— Si siendo menor de veinticinco años diste en pago sin decreto un predio rústico, cuando debieras otra cosa, la autoridad del senadoconsulto no permitió que el dominio se separara de tí.

Dada á 8 de las Calendas de Diciembre, bajo el consulado de los Césares. [294—305.]

16. *Iidem AA. et CC.* EUTYCHIAE.—Si praedium rusticum vel suburbanum, quod ab urbanis non loco, sed qualitate secernitur, in pupillari aetate constituta tutore auctore, vel adulta sine decreto praesidis provinciae, in qua situm est, venumdedisti, secundum sententiam senatusconsulti dominium eius sive ius a te discedere non potuit, sed vindicationem eius et fructuum, vel his non exsistentibus condictionem competere constitit. Emtor autem, si probare potuerit, ex ceteris facultatibus obedire te muneribus sive oneribus non potuisse, ad utilitates praeterea tuas cessisse (8) pecuniam, quam pretii nomine sumseras, doli exceptionis auxilio pretium cum usuris, quas praestitura esses, et sumtus meliorati praedii servare tantummodo potest.

